<sup>11</sup> hii CLRXSWKNDBVPH; hii uel M; ii ZJOQA

<sup>12</sup> ord. (after corr. P) sue CLRXSKNDMVPZJOGHA; ord. WV<sup>2</sup>; sue ord. B

seruare debent, quibus uel sacerdocium uel ministerium sine successione est<sup>13</sup>, nec preterit dies qua uel<sup>14</sup> a sacrificiis diuinis<sup>15</sup> aut a<sup>16</sup> baptismatis officio uacent?  
JK 286; H 530b.1-19, M 700; ID 6.94, 6.194 to Deus uester, as BD 2.118; D 31 c 4 var.

<sup>13</sup> corr. fr. cessatione to subcessatione est H

<sup>14</sup> uel CLSWKNDMBVPZJOGHQ; om. A

<sup>15</sup> in mg. V<sup>1</sup>

<sup>16</sup> a CLXSWKNBVPZJOG; ab A; om. DMHQ

## 22

### *Idem. De curialibus non clericandis<sup>1</sup>*

Preterea frequenter<sup>2</sup> quidam ex fratribus nostris curiales uel quibuslibet publicis<sup>3</sup> functionibus occupatos<sup>4</sup> clericos facere contendunt. pro quibus postea maior est<sup>5</sup> tristitia, cum de<sup>6</sup> reuocandis eis aliquid ab imperatore precipitur quam gratia nascitur<sup>7</sup> de ascito. Constat enim eos in ipsis muniis<sup>8</sup> etiam uoluptates exhibere, quas a dyabolo<sup>9</sup> inuentas<sup>10</sup> esse non dubium est, et ludorum aut<sup>11</sup> munerum<sup>12</sup> apparatus aut preesse aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum sollicitudo [23vb] et tristitia fratrum quam sepe pertulimus imperatore presente<sup>13</sup> cum<sup>14</sup> pro his sepius rogaremus<sup>15</sup>, quam ipse nobiscum positus<sup>16</sup> cognouisti<sup>17</sup>. Quibus non solum inferiores clerici<sup>18</sup> ex curialibus. uerum etiam iam<sup>19</sup> in sacerdocio constituti<sup>20</sup> ingens molestia ut<sup>21</sup> redderentur<sup>22</sup> instabat.

JK 286; H 530b.58 -531a.8 (c 11), M 701; ID 6.349; +D 51 c 3

<sup>1</sup> -andis CLSWKNDMBVPZJOGHQ; -adis G; -andum A

<sup>2</sup> frequenter CLSKNDMBVPZJOGHA; om. Q

<sup>3</sup> publicis CLSWKNDMBVPZJOGHQ; om. A

<sup>4</sup> occupatos CLSWKNDMBVPZJOGHQ; occupationibus A

<sup>5</sup> ss JD

<sup>6</sup> de CLSWKNBVPZJOGHQA; om. DM

<sup>7</sup> -itur LRSWKNBVPZJOGHQA; -etur C; -atur DM

<sup>8</sup> muniis CLRSWKNDMZJGHQA; munus XBVPO; minus X<sup>2</sup>

<sup>9</sup> -lo ss D

<sup>10</sup> -tum G

<sup>11</sup> aut CLSWKNDMBVPZJOGHQ; ac A

<sup>12</sup> munerum RXWKBPZJOGQA; mimerum CVH; aut (*cancelled*) L; numerum S; mimorum NDM

<sup>13</sup> imp. pres. CLSWKNDMBVPZJOGHQ; pres. imp. A

<sup>14</sup> eum G

<sup>15</sup> -re- ss H

<sup>16</sup> nob. pos. CLRXSWBVPZJOGHA; pos. nob. KNDM

<sup>17</sup> agnou- S

<sup>18</sup> inf. cler. CLSWKNDMBVPZJOGHQ; cler. inf. A

<sup>19</sup> subsc. D

<sup>20</sup> corr. fr. -tui D

<sup>21</sup> corr. fr. aut Z

<sup>22</sup> -entur CLSWKNDMBVPZJOGH; -etur QA

## 23<sup>1</sup>

### *Idem Exuperio Tholosano<sup>2</sup> inter cetera. De his<sup>3</sup> qui tormenta exercuerunt*

Quesitum etiam est<sup>4</sup> super his<sup>5</sup> qui post baptismum administrauerint<sup>6</sup>, et aut tormenta sola<sup>7</sup> exercuerunt<sup>8</sup>, aut etiam capitalem protulere sententiam. Nichil de his legimus a

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> -h- ss D

<sup>3</sup> his CLSWKNDMBVPGHQ; iis ZJO

<sup>4</sup> etiam est] est etiam M

<sup>5</sup> his CLRSWKNDMBVPOGHQ; iis ZJ

<sup>6</sup> -erint CLRXSKNDBVP; -erunt WZJOGHQ

<sup>7</sup> omnia add. ss R<sup>2</sup>S (S *omitting* sola)

<sup>8</sup> exercuerunt CLRXSWKNDBPZJOGQ; exercuerint SMV; excreuerunt H

maioribus definitum. Meminerant<sup>9</sup> enim a Deo potestates has fuisse concessas et propter uindictam noxiorum gladium fuisse permissum. et Dei ministrum<sup>10</sup> esse datum in huiusmodi uindicem. Quomodo igitur<sup>11</sup> reprehenderent factum quod auctore Domino<sup>12</sup> uiderent esse concessum? De his ergo ut<sup>13</sup> hactenus seruatum est sic<sup>14</sup> habeamus<sup>15</sup>, ne aut disciplinam auertere aut contra auctoritatem Domini uenire uideamur. Ipsi autem in ratione<sup>16</sup> reddenda gesta sua omnia seruabuntur.

*JK 293; H 532a.55 – b.3 (c 3), M 704; ID 6.349A (cf BD 6.44), 10.94 (with added sentence); +C 23 q 4 c 45 (as ID 6.349A)*

<sup>9</sup> *corr. fr.* memorant D

<sup>10</sup> ministrum CLRXSZJOHQ; ministerium WKNDMBVP

<sup>11</sup> igitur CLRXWKNVPZJOGHQ; ergo SDMB

<sup>12</sup> Domino CLSWNDMBVPZOGHQ; Deo K

<sup>13</sup> ut CLRSWKNVPZJOGHQ; sicut DM

<sup>14</sup> *om.* G

<sup>15</sup> -bea- *ss* L

<sup>16</sup> ratione CLSWKNDMBVPZJGHQ; oratione O

## 24<sup>1</sup>

### *Idem. Parem<sup>2</sup> esse penam adulterii in uiro et uxore*

Et illud desideratum est sciri. cur communicantes uiri cum adulteris uxoribus non conueniant, cum e contra uxores<sup>3</sup> in consortio adulterorum uirorum manere uideantur? Super hoc<sup>4</sup> Christiana religio adulterium<sup>5</sup> in utroque sexu pari ratione condempnat, sed uiros suos mulieres non facile<sup>6</sup> de adulterio<sup>7</sup> accusant, et non habent latentia peccata uindictam, uiri autem liberius uxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt<sup>8</sup>, et ideo mulieribus<sup>9</sup> prodito earum crimine communitio denegatur, uirorum autem latente commisso non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui utique submouebitur<sup>10</sup> si eius flagitium detegatur. Cum<sup>11</sup> enim<sup>12</sup> par causa sit, interdum probatione cessante uindictae ratio conquiescit.

*JK 293; H 532b.4-21 (c 4), M 704; ID 8.214 (insc. var. as BD 9.77 but c. 24 as here); +C 32 q 5 c 23 (from Christiana religio)*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> Parem CLSWKNDMBVPZJOG(Esse parem)Q; *om.* H

<sup>3</sup> *om.* G

<sup>4</sup> hoc CLRSWKNBVP?ZJOGHQ; hec DM

<sup>5</sup> -i- *ss* H

<sup>6</sup> non. fac. *ss* S

<sup>7</sup> -ero J

<sup>8</sup> consueuerunt CLSWQ; consuerunt RXKNDMBVZJOGH; composuerunt P

<sup>9</sup> *corr. fr.* -ieres J

<sup>10</sup> *corr. fr.* sim- D

<sup>11</sup> Cur Q

<sup>12</sup> enim CLSWKNDMBVP; ergo ZJOGHQ

## 25<sup>1</sup>

### *Idem Felici episcopo Nucetano. Non repellendos omnes laicos a clericatu [24ra]*

De laicis uero religio tua consuluit quos canones ordinari prohibent. Certum est quidem hoc<sup>2</sup> ecclesiasticas regulas<sup>3</sup> continere<sup>4</sup>, sed non ita definitum est ut de<sup>5</sup> omnibus sit laicis<sup>6</sup> constitutum. Neque enim clerici nasci et non fieri possunt. Sed

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> quidem hoc CLRSWKNDVPZJOGHQ; enim quidem hoc M; hoc quidem B

<sup>3</sup> eccl. reg. CLSWKNDMBVPG; reg. eccl. ZJOG<sup>2</sup>HQ

<sup>4</sup> *corr. fr.* tenere D

<sup>5</sup> *ss* D

<sup>6</sup> sit laicis CLRXWKNDMBPZJOG; laicis sit SVHQ

designata sunt genera de quibus ad clericatum peruenire non<sup>7</sup> possunt. Id est<sup>8</sup> si quis fidelis militauerit<sup>9</sup>, si quis fidelis causas egerit. hoc est postulauerit<sup>10</sup>, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta<sup>11</sup> ratio est<sup>12</sup>, quoniam et si<sup>13</sup> inueniantur huiusmodi uiri qui debeant clerici<sup>14</sup> fieri, tamen quoniam sepius ad curiam repetuntur. cauendum ab<sup>15</sup> his est propter tribulationem que sepe de his ecclesie prouenit<sup>16</sup>. Laici uero qui habentes uxores baptizati sunt ac sic<sup>17</sup> se instituerunt<sup>18</sup>, ut opinio eorum in nullo uacillet, ut aut clericis iuncti sint, aut monasteriis ex quo baptizati sunt heserint<sup>19</sup>, si non concubinam, non pelicem norint, si in omnibus operibus uigilauerint. non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi, ita sane ut in eis tempora a maioribus constituta seruentur, ne cito quilibet lector, cito accolitus, cito dyaconus, cito sacerdos fiat.

*JK 314; H 533b.10-37, M 706 cc 3-5 pt; ID 6.95; IP 3.45 from Laici uero qui; D 51 c 2 (Designata - prouenit)*

<sup>7</sup> ss K

<sup>8</sup> Id est] Idem P

<sup>9</sup> fid. mil. CLSWKNDBVPZJOGQ; mil. fid. H

<sup>10</sup> si quis fidelis – post. *in mg.* X<sup>2</sup>

<sup>11</sup> manifestata S

<sup>12</sup> ratio est CLSWKNDBVPZJOGQ; est ratio MH

<sup>13</sup> si CLSWKNDBVPZJGHQ; sic O

<sup>14</sup> deb. cler. CLSMWNDBVPZJOGHQ; cler. deb. K

<sup>15</sup> ab CLRSWKNBVPZJOGH; de DMQ

<sup>16</sup> prou- CLRSWMKNBVZJOGHQ; peru- DP

<sup>17</sup> sic CLRXWMK<sup>2</sup>BVPZJOHQ; si SKNDG

<sup>18</sup> *corr. from* constit- O

<sup>19</sup> heserint J

## 26

*Item<sup>1</sup> Maximo et Seuero<sup>2</sup> episcopis. De presbiteris filios generantibus<sup>3</sup> cp. xi<sup>4</sup>*  
<sup>5</sup>Qui zelo fidei<sup>6</sup> ac discipline ductus<sup>7</sup> non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbiteris quos in presbiterio filios asserit<sup>8</sup> procreasse<sup>9</sup>. Quod non liceret<sup>10</sup> exponerem<sup>11</sup> nisi<sup>12</sup> nossem uestram prudentiam legis totius habere noticiam. Et ideo fratres carissimi, libelli qui subiectus<sup>13</sup> est tenore perspecto<sup>14</sup>. Eos qui talia perpetrasse dicuntur<sup>15</sup> iubebitis<sup>16</sup> in medio collocari discussisque obiectionibus<sup>17</sup> que ipsis

<sup>1</sup> Item CRXSK; Idem LWNDMPBVZOGHQA

<sup>2</sup> -ue- ss D; *corr. fr.* Seuerino Q

<sup>3</sup> De presbiteris filios generantibus LWKNDBVPZOGHQA; Quod hii qui in presbiterio filios genuerint (generauerint C) remoueri ab officio debeant CRXS

<sup>4</sup> cp. xi CRXSKNDM (DM *after* episcopis); *om.* LWBVPZOGHQA

<sup>5</sup> Qui – est tenore perspecto CLRXSWKNDM; *om.* BVPZOHQA

<sup>6</sup> fidei CLRXSKNDM; Dei W

<sup>7</sup> est *add.* LR<sup>2</sup>SW, *om.* CRXKNDM

<sup>8</sup> asserit C; a se LXS; asse RW; asseritur KNDM

<sup>9</sup> procreasse CRXKNDM; procrearunt R<sup>2</sup>SW; procreauerunt L

<sup>10</sup> liceret CLRXSW; licere D(*followed by short lacuna*)MKN

<sup>11</sup> exponerem CRMKN; exponere LSW

<sup>12</sup> quia *add. and canc.* D

<sup>13</sup> qui subiectus CRXSKNDM; quibus iniectus L; quibus subiectus (*corr. to* lectus) W

<sup>14</sup> tenore perspecto CRKND; tenor profectus L; tenore profecto S; tenore prospecto S<sup>2</sup>W

<sup>15</sup> Eos qui talia (*om.* LW) perp. dicuntur CLRXWKND; Eos (Hos G) presbiteros (sacerdotes Q) qui in presbiterio filios (*om.* O) procrearunt (-int BZ) BVPZJOGHQA (*cf* ID)

<sup>16</sup> iubebitis CLD<sup>2</sup>KNBV<sup>2</sup>ZJOH; uidebitis RXSWMP; debitis D; iubetis VQA

<sup>17</sup> obiect- CLSMKNBVPZJOGHQA; abiect- W



presbiteris impinguntur. si conuinci potuerint<sup>18</sup>, a sacerdotali remoueantur officio, quia qui sancti non sunt. sancta tractare non possunt<sup>19</sup>, atque alieni efficiantur a ministerio quod uiuendo illicite polluerunt. Miramur autem hec eorum dissimulare episcopos ut aut cohibere aut nescire esse illicita iudicentur.

*JK 315; H 544a.58 - b.15, M 707; ID 6.96 has pt 2 from Eos, as BVPZJOGHQA; cf D 81 c 6, with more at beginning*

<sup>18</sup> conuinci potuerint CRXKNDM; conuicti fuerint LSWBVPZJOGHQA

<sup>19</sup> quia qui - possunt *in text and also as (cancelled) rubric here* R

## 27<sup>1</sup>

*Idem Rufo et Eusebio Macedonibus episcopis<sup>2</sup>. Cur re[24rb]cepti sint Bonosiani<sup>3</sup> et Cathari et Nouatiani<sup>4</sup>*

Sacerdotum summa deliberatio hec fuit, ut quos Bonosius ordinauerat ne cum eodem remanerent. ac fieret non<sup>5</sup> mediocre scandalum ordinati reciperentur. Vicimus<sup>6</sup>, ut opinor, ambigua. Iam ergo quod pro remedio ac necessitate temporis statutum est. constat primitus non fuisse. Ac fuisse regulas ueteres, quas ab apostolis aut<sup>7</sup> apostolicis<sup>8</sup> traditas<sup>9</sup> ecclesia<sup>10</sup> Romana custodit, custodiendasque mandat his<sup>11</sup> qui eam audire consueuerunt. Sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat. Ergo quod necessitas<sup>12</sup> pro remedio repperit, cessante necessitate debet utique cessare pariter<sup>13</sup> quod urgebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio quam ad presens fieri tempus impellit. Sed canones apud Niceam constituti de Nouatianis<sup>14</sup> fieri permiserunt. Prius ille canon a patribus institutus ponendus<sup>15</sup> est<sup>16</sup>, ut possimus aduertere uel<sup>17</sup> quid<sup>18</sup> uel qualiter<sup>19</sup> ab eisdem sensum sit uel preceptum<sup>20</sup>. De his<sup>21</sup> inquit qui nominant se ipsos Catharos, id est mundos<sup>22</sup>, et aliquando ueniunt ad catholicam ecclesiam, placuit sancte et magne<sup>23</sup> synodo ut accepta manus impositione sic maneant in clero. Possumus uero dicere de solis hoc<sup>24</sup> Nouatianis<sup>25</sup> esse preceptum nec ad<sup>26</sup> aliarum<sup>27</sup> heresium<sup>28</sup> clericos pertinere. Nam si utique de omnibus ita

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> Mac. epp. *in mg.* M

<sup>3</sup> Bonosiani CLRXSNDMBVP<sup>2</sup>; Bonosani W; Bonosianis ZJO<sup>2</sup>GHQ; Bosonianis O

<sup>4</sup> et Cathari (-aris ZJOGHQ) et Nouatiani (-anis ZJOGHQ) CLRXSNDMBVPZOGHQ; *om.* KN

<sup>5</sup> *ss* Q

<sup>6</sup> Vicimus CLRSWKNDMPZJOGHQ; Vicinius B

<sup>7</sup> ab *add.* S(*ss*)VP

<sup>8</sup> uiris *add.* DM, *om.* CLRSWKNBVPZJOGHQ

<sup>9</sup> traditatas D; traditas *with lacuna* M

<sup>10</sup> *corr. fr.* -sie D

<sup>11</sup> his CLXSWKNDMBVPGH; iis ZJOQ

<sup>12</sup> temporis *add.* O

<sup>13</sup> pariter CLSWDMKBVPZJOGH; *om.* NQ

<sup>14</sup> -ianis CLRSKNDMVZJOH; -ionis XWBV<sup>2</sup>PGQ

<sup>15</sup> *corr. fr.* pondus P

<sup>16</sup> est CLSWKNBVPZJOGHQ; *om.* DM

<sup>17</sup> *erasure follows in* J

<sup>18</sup> uel quid CLRSWBVPZJOGHQ; quod KNDM

<sup>19</sup> caliter H

<sup>20</sup> sit uel preceptum CLRSWKNDMVPZJOGHQ; uel preceptum sit B

<sup>21</sup> his CLSWKNDMBVPOGHQ; iis ZJO<sup>2</sup>

<sup>22</sup> *corr. fr.* inmundos D

<sup>23</sup> sancte et magne CLSWKNDMBVPZJGHQ; magne et sancte O

<sup>24</sup> *ss* D; *before* de solis V

<sup>25</sup> -ionis P

<sup>26</sup> *ad repeated* O

definirent, addidissent<sup>29</sup>, a Nouatianis<sup>30</sup> aliisque hereticis reuertentes debere in suum ordinem recipi. Quod ita non esse, etiam illud maxime quod de Paulianistis dictum est poterit confirmare, a quibus uenientes etiam baptizari precipimus<sup>31</sup>. Nunquidnam cum de Paulianistis iubent<sup>32</sup> omnes qui ab hereticis reuertuntur erunt hoc exemplo baptizandi? Quod cum nullus audeat facere, de ipsis tantum esse preceptum ratio ipsa demonstrat.<sup>33</sup>

*JK 303; H 550b.46 - 551a.18 (c 5 pt), M 718; Prol. 128-9 to maneat in clero; ID 6.350 (insc. distinct)*

<sup>27</sup> aliarium J

<sup>28</sup> -sium R<sup>2</sup>SWD<sup>2</sup>KNBPZJOGH; -sum CL<sup>2</sup>; -si R; -sim XW<sup>2</sup>; -siarum DV

<sup>29</sup> -di- ss C

<sup>30</sup> -ianis CLR<sup>2</sup>XSWKNDMVZJOGH; -ionis RBPQ

<sup>31</sup> -imus CRXSKNDM; -iuntur LWBVPZJOGHQ

<sup>32</sup> iubent CLXSWNBVPZOHQ; iuberent RDM; iuberet K

<sup>33</sup> Explicit *add.* S

## A 1. XXXIX ZOSIMVS<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Quod monachi uel laici nisi per gradus ecclesiasticos non debeant ad summum sacerdotium peruenire
- ii. Quod nec Romana sedes contra statuta patrum quicquam potest

<sup>1</sup> Cap. Zosimi pape S

<sup>2</sup> capitulatio *om.* ZOHQA; *in* CLRXSWKNDBVP

### 1<sup>1</sup>

*Quod monachi uel laici nisi per gradus ecclesiasticos non debeant ad summum sacerdotium peruenire cap. i<sup>2</sup> [24va]*

Zosimus episcopus urbis Rome Hesitio episcopo Salonitano. Hoc autem specialiter<sup>3</sup> et sub predecessoribus nostris et nuper a nobis interdictum constat litteris ad Gallias Hispaniasque transmissis in quibus regionibus familiaris est ista presumptio. quamuis nec Affrica super hoc admonitione nostra habeatur aliena, ne quis penitus contra patrum precepta qui ecclesiasticis disciplinis<sup>4</sup> per ordinem non fuisset imbutus et temporum approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare presumeret, et non solum in eo ambitio inefficax haberetur, uerum etiam ut ordinatores eius carerent eo ordine quem contra precepta patrum crediderant presumendum.

*JK 339; H 553a.21-36 (c 1), M 743; ID 5.102; D 36 c 2 from qui ecclesiasticis*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> cap. i *here* CLRSWPOQ; *before* Quod KV; *in mg.*H; *om.* XNBZ

<sup>3</sup> specialiter CWNBPZOHQ; *spiritualiter* K

<sup>4</sup> *in mg.* M

### 2<sup>1</sup>

*Idem episcopis Narbonensis ecclesie. Quod nec Romana sedes contra statuta patrum quicquam potest<sup>2</sup>*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> Idem - potest CRXKNBVP; Zosimus papa episcopis Narbonensis (-iensis Q) ecclesie ZOHQ

Contra statuta patrum concedere aliquid uel mutare ne huius quidem sedis potest auctoritas<sup>3</sup>. Apud nos enim<sup>4</sup> inconuulsis<sup>5</sup> radicibus uiuit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reuerentiam.

*JK 334; CB Varia IB 11 as Hilary; ID 4.226; +C 25 q 1 c 7*

---

<sup>3</sup> auct. pot. *marked for reversal* O

<sup>4</sup> nos enim CNBPZOH; enim nos K

<sup>5</sup> inconu- CKNBPOH; conu- Z

## A 1. XL BONEFACIUS<sup>1</sup>

### 1<sup>2</sup>

*Epistola Bonifacii pape ad episcopos Gallie. De Maximo episcopo diuersis<sup>3</sup> criminibus accusato<sup>4</sup> cap. i*

Bonifacius episcopus ad Gallos. Decreuimus uestram debere intra<sup>5</sup> prouinciam esse iudicium, et congregare<sup>6</sup> synodum ante diem Kalendarum Nouembrium ut si adesse uoluerit presens si confidit ad obiecta respondeat. Si uero adesse neglexerit dilationem sententie de absentia non lucretur. Nam manifestum est confiteri eum de crimine<sup>7</sup> qui indulto et totiens delegato iudicio purgandi se occasione non utitur.<sup>8</sup>

*JK 349; H 555 b.36-45, M 747; ID 5.271 (complete letter as BD 1.161), 6.338 (as here); IP 4.105 as ID 5.271; C 3 q 9 c 10 originally as here; more added later*

---

<sup>1</sup> Bonifacius LRXWD(*corr. to* Boni-)MKNV<sup>2</sup>; *om.* CSBVP

<sup>2</sup> *om.* A

<sup>3</sup> di- *ss* O

<sup>4</sup> De - accusato *om.* N

<sup>5</sup> intra CKNBZHQ; inter O

<sup>6</sup> *corr. fr.* -ate H

<sup>7</sup> de crim. *in mg.* M

<sup>8</sup> Explicit *add.* S

## A 1. XLI CELESTINVS<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Quod nulli sit ultima penitentia deneganda
- ii. Quod nolentibus clericis uel populis nemo debeat episcopus ordinari
- iii. Quod quisque sacerdos canones non debeat ignorare
- iiii. Quod docendus sit populus non sequendus
- v. Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus debeat officium perueniri
- vi. Non esse ordinandos incestuosos

---

<sup>1</sup> Capitula Celestini pape S

<sup>2</sup> *capitulatio om.* ZOHQA; *in* CLRXSWKNDMBVP

### 1

*Quod nulli sit ultima penitentia deneganda cap. ii<sup>1</sup> [24vb]*

Celestinus uniuersis episcopis per Viennensem et Narbonensem prouinciam constitutis. Agnouimus penitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriiis annui, qui obitus sui tempore hoc<sup>2</sup> anime sue cupiunt remedio<sup>3</sup> subueniri. Horremus

---

<sup>1</sup> cap. ii *om.* DZ; *c. only* P; *in mg.* H

<sup>2</sup> hoc CNDZOHA; hac K

tamen in hoc tante impietatis aliquem repperiri ut de Dei pietate desperet. quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere et periclitantem sub<sup>4</sup> onere peccatorum hominem perdere quo se uelle<sup>5</sup> expediri desiderat et liberari. Quid ergo hoc aliud est quam morienti mortem addere, eiusque animam sua crudelitate<sup>6</sup> ne absolui possit occidere. ITEM. Salutem homini adimit, quisquis mortis tempore penitentiam<sup>7</sup> denegauerit, et desperauit<sup>8</sup> de clementia Dei. qui eum ad subueniendum morienti sufficere uel momento posse non credidit<sup>9</sup>. Perdidisset latro in cruce premium ad Christi dexteram pendens, si illum unius hore<sup>10</sup> penitentia non iuuisset. Cum esset in pena penituit et per unius sermonis promissionem habitaculum paradysi Deo promittente promeruit. Vera<sup>11</sup> ergo ad Deum conuersio in ultimis positorum mente potius est estimanda<sup>12</sup> quam tempore, propheta hoc taliter asserente, Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cum ergo Dominus sit cordis inspector quouis tempore non est deneganda<sup>13</sup> penitentia postulanti, cum illi se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

*JK 369; H 560a.4-15, Item - end, 21-38, M 755-6; ID 15.26 (Verum ergo - end, as BD 18.1), 15.44 to promeruit as BD 18.22; C 26 q 6 c 13 ( in the fuller, later form)*

<sup>3</sup> sue cup. rem. LSWBVPZOHA; sue remedio cupiunt C<sup>2</sup>R<sup>2</sup>D<sup>2</sup>; remedio sue cupiunt C; sue cupiunt RXKND

<sup>4</sup> sub CLSW<sup>2</sup>B; *om.* RXWKNDMVPZOHA

<sup>5</sup> uelle RXSWKNMBVPZHA; ille CL(?*after corr.*); uellet R<sup>2</sup>O

<sup>6</sup> -ate CKNBZOHQ; -atem A

<sup>7</sup> -tiam CKNBZHA; -tia O

<sup>8</sup> -auit CKNBZOH; -auerit QA

<sup>9</sup> credidit CRXSKNBVP; credit ZOHQA

<sup>10</sup> *ss* O

<sup>11</sup> *corr. fr.* Veni RK

<sup>12</sup> est estimanda CKNBZOHQ; estimanda est A

<sup>13</sup> deneg- LRXSWKNBVPZOHA; neg- C

## 2

*Quod nolentibus clericis uel populis nemo debeat episcopus ordinari cap. v<sup>1</sup>*

Nullus inuitis detur episcopus. Cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia<sup>2</sup>, si de ciuitatis<sup>3</sup> ipsius clero cui est episcopus ordinandus<sup>4</sup> nullus<sup>5</sup> dignus quod euenire non credimus poterit<sup>6</sup> repperiri. Primum enim illi reprobandi sunt ut aliqui<sup>7</sup> de alienis ecclesiis merito<sup>8</sup> preferantur. Habeat unusquisque sue fructum<sup>9</sup> militie in ecclesia in qua suam per omnia officia [25ra] transegit etatem<sup>10</sup>, in aliena stipendia minime alter<sup>11</sup> obrepat, nec alii debitam alter sibi audeat uendicare<sup>12</sup> mercedem. Sit facultas clericis renitendi<sup>13</sup> si se uiderint

<sup>1</sup> cap. v CLRXSWKNDVPZOQ (DV *before* Quod); *om.* BHA

<sup>2</sup> elig. eccl. CNDBZOHA; eccl. elig. K

<sup>3</sup> ciciuitatis H

<sup>4</sup> ep. ord. CKNBZOHQ; ord. ep. A

<sup>5</sup> sibi *add.* KND, *om.* CRSWBVPZOHA

<sup>6</sup> -erit CXKNBVP; -uerit ZOHA

<sup>7</sup> *corr. from* aliquis O

<sup>8</sup> eccl. mer. CRBPZOHA; mer. eccl. KND

<sup>9</sup> fructum LRXWKNBPZOHA; ? *inserted in mg.* C

<sup>10</sup> *after corr.* H

<sup>11</sup> minime alter CKNBPZOHQ; alter minime A

<sup>12</sup> uendic- CRXKNBP; uindic- ZOHA; mendic- A

<sup>13</sup> renitendi CSK<sup>2</sup>D<sup>2</sup>ZOHA; remittendis *corr. to* renit- L; remittendi RXWKNDV?P

pregruari, et quos sibi ingeri ex transuerso nouerint non timeant<sup>14</sup> refutare. qui si non debitum premium uel liberum de eo<sup>15</sup> qui eos<sup>16</sup> rectorus est debent habere iudicium<sup>17</sup>.  
JK 369; H 560b.38-55 (c 5), M 757; ID 5.61; IP 3.7; D 61 c 13

<sup>14</sup> non timeant CKBPZOHA; om. N

<sup>15</sup> de eo CKNBVPH\*; Deo ZOA; om. Q

<sup>16</sup> ss O

<sup>17</sup> corr. from iudicem O

### 3

*Item cuius supra ad episcopos per Apuliam<sup>1</sup> et Calabriam cp. i<sup>2</sup>. Quod quisque sacerdos canones non debeat<sup>3</sup> ignorare<sup>4</sup>*

Celestinus uniuersis episcopis per Apuliam et Calabriam constitutis. Nulli sacerdoti liceat canones ignorare. nec quicquam facere quod patrum possit regulis obuiare. Que enim a nobis res digna reseruabitur<sup>5</sup>, si<sup>6</sup> decretalium norma constitutorum pro aliorum libitu licentia populis permissa<sup>7</sup> frangatur.

JK 371; H 561a.28-35 (c 1), M 758; ID 6.251 as BD 3.137; D 38 c 4 as here, earlier form shorter

<sup>1</sup> corr. from Palliam O

<sup>2</sup> cp. i CRXSDBPZO; after ignorare KN; cap. ii Q; om. VA

<sup>3</sup> corr. fr. debet K

<sup>4</sup> Quod - ignorare CRXKNBVP; om. ZOHA(with lacuna)

<sup>5</sup> reseruabitur CKNBPZO; seruabitur Q; obseruabitur A

<sup>6</sup> erasure follows P; patrum add. and canc. A

<sup>7</sup> -issa CKNBZOHQ; -issas A

### 4<sup>1</sup>

*Quod docendus sit populus non sequendus cap. iii<sup>2</sup>*

Docendus est populus, non sequendus, nosque<sup>3</sup> si nesciunt eos quid liceat quidue<sup>4</sup> non liceat commonere, non his consensum prebere debemus. Quisquis uero conatus fuerit temptare prohibita, sciat<sup>5</sup> censuram sedis apostolice<sup>6</sup> minime defuturam.

JK 371; H 561b.26-31(c 3 pt), M 758; ID 16.14 as BD 15.13; +D 62 c 2 has more

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> iii CLRXSWBVPZO; iiii D(before Quod)KN; om. Q

<sup>3</sup> nosque CKNBVPZO; nos quoque HQ

<sup>4</sup> quidue CKNBZHQ; quid O

<sup>5</sup> sciat CRXKNBVP; sentiat ZOHQ

<sup>6</sup> -ice CRKNVPZO; -icam B

### 5<sup>1</sup>

*Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus<sup>2</sup> debeat officium<sup>3</sup> perueniri. Ex decretis<sup>4</sup> Celestini pape Galliarum<sup>5</sup> episcopis missis<sup>6</sup>*

Ordinatos uero quosdam fratres karissimi episcopos qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tante dignitatis fastigium fuerint instituti contra patrum decreta huius usurpatione qui se hec recognoscit fecisse didicimus, cum ad episcopatum his

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> -atos W

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> corr. fr. clericis L; cleretis W

<sup>5</sup> -arum CLRSKNPZO; -iorum BV<sup>2</sup>; -icorum V

<sup>6</sup> Quod - perueniri. Ex - missis LRXSWBVPZO; Quod - perueniri as rubric, Ex - missis in text C; Ex - missis.

Quod - perueniri KND

gradibus quibus frequentissime cautum est debeat perueniri, ut minoribus iniciati officii ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus<sup>7</sup> quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Omnis uite institutio. hac ad id quod tendit se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit, preceptor esse non potest litterarum. Qui non per singula stipendia creuerit, ad meritum stipendii ordinem non potest peruenire<sup>8</sup>. Solum sacerdo [25rb] cium inter ista rogo uilius est, quod facilius tribuitur, cum difficilium impleatur?

JK 369; H 560a. 39-57, M 756; ID 5.72a; +D 59 c 4

<sup>7</sup> corr. fr. -ulis Z

<sup>8</sup> in mg. H<sup>2</sup>

## 6<sup>1</sup>

*Idem uniuersis<sup>2</sup> episcopis per Viennensem et Narbonensem prouinciam. Non esse ordinandos incestuosos*

Tantis<sup>3</sup> Danihel grauatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum ut dicitur uirginum pollutus incesto episcopus asseritur ordinatus. et ut in nostri<sup>4</sup> libellis scrinii<sup>5</sup> continetur quorum ad uos quoque exemplaria direximus in pontificii dignitatem hoc tempore quo ad causam dicendam<sup>6</sup> missis a nobis litteris uocabatur obrepsit. Sacro nomini absit iniuria. Facilius est ut hanc dignitatem tali dando amiserit ordinator quam eam obtineat ordinatus. Cui conuicto<sup>7</sup> sociabitur qui eum sibi<sup>8</sup> credidit<sup>9</sup> largiendo pontificium sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit<sup>10</sup> ostendit.<sup>11</sup>

JK 369; H 560b.4-18, M 756 ; +D 81 c 3

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Idem uniuersis CXKKNBVP; Celestinus omnibus ZO HQ

<sup>3</sup> corr. fr. Santis L

<sup>4</sup> nostri CWD<sup>2</sup>NBPZOH; nostris LK; uestri R<sup>2</sup>XSV; uestri R; rer'i D

<sup>5</sup> lib. scrin. CRSBPZOH; scrin. lib. KND

<sup>6</sup> om. O

<sup>7</sup> conuicto RX(after erasure)SKNDBVPZH; conuincto C; coniuncto L; cum uicto W; inuicto O

<sup>8</sup> ss Z

<sup>9</sup> -idit CKNBPZOQ; -iderit H

<sup>10</sup> -auerit CRKNBVPO; -arit ZHQ

<sup>11</sup> Explicit add. S

## A 1. XLII SYXTVS<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Qui non sint<sup>3</sup> recipiendi ad accusationem sacerdotum  
 ii. De peregrinis iudiciis  
 iii. De appellatione  
 iiii. De pulsatis

<sup>1</sup> papa add. X; Incip' capitula Syxti pape S

<sup>2</sup> capitulatio om. ZO HQA; in CLRXSWKNDMBVP

<sup>3</sup> sunt X

1<sup>1</sup>

*Incipiunt decreta Syxti pape. Qui non sint recipiendi ad accusationem sacerdotum<sup>2</sup>*  
 Syxtus episcopus omnibus orientalibus episcopis. Statuentes decernimus ut hii qui non sunt bone conuersationis et quorum uita est accusabilis, uel quorum fides<sup>3</sup>, uita et libertas nescitur non possint Domini sacerdotes<sup>4</sup> accusare. Nec uiles<sup>5</sup> persone ad accusationem eorum<sup>6</sup> admittantur. Similiter hii qui in aliquibus criminibus irretiti sunt, uel qui sunt suspiciosi uocem aduersus maiores natu non habeant accusandi, quia suspiciosa uox et inimica ueritatem solet opprimere.

*JK +397; H 563.22-27, M 761*

---

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> Qui non sint (sunt LRX) - sacerdotum CLRXSKNBVP; *om. ZOHQ*

<sup>3</sup> *et add. Z, om. CRKNBVOH*

<sup>4</sup> Domini sac. LRXSWKNBVZOH; sac. Domini C

<sup>5</sup> uiles CNDBZOH; uilis K

<sup>6</sup> eorum CNDBZOH; episcoporum K

2<sup>1</sup>*De peregrinis iudiciis<sup>2</sup>*

Peregrina uero iudicia salua in omnibus apostolica auctoritate<sup>3</sup> generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab externis iudicetur qui prouinciales et a se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum. Vnde oportet, si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus ut<sup>4</sup> ab omnibus audiatur [25va] qui sunt in prouincia episcopis. Quia non oportet accusatum alibi quam in foro suo audiri.

*JK +397; H 563.28-32, M 761; ID 5.260 as Fabianus, with BD 1.147; C 3 q 6 c 12 to habere iudices*

---

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> De - iud. CRXWKNDBVP; *om. with no break ZOHQ*

<sup>3</sup> *after corr. Z*

<sup>4</sup> *ss K*

3<sup>1</sup>*De appellatione<sup>2</sup>*

Si quis uero iudicem aduersum sibi senserit, uocem appellationis exhibeat. Appellantiem autem non debet afflictio ulla aut detentionis iniuriare custodia. sed liceat appellatori uitiatam causam<sup>3</sup> appellationis remedio subleuare<sup>4</sup>. Liceat etiam in causis criminalibus appellare, nec appellandi uox denegetur ei quem<sup>5</sup> in supplicio sententia destinarit.

*JK +397; H 563.32-37, M 761*

---

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> De app. CXWKNBVP; *om. with no break ZOHQ*

<sup>3</sup> causam CKNBZHQ; causa O

<sup>4</sup> sed liceat – subl. *in mg. X<sup>2</sup>*

<sup>5</sup> quem CKNBZH; que O

4<sup>1</sup>*De pulsatis<sup>2</sup>*

Pulsatus ante suum iudicem causam dicat, et non ante suum iudicem pulsatus si uoluerit taceat. Et pulsatis<sup>3</sup> quotiens appellauerint inducie dentur. Si quis ergo iratus

---

<sup>1</sup> *om. A*

<sup>2</sup> De puls. CRXKNBVP; *om. with no break ZOHQ*

crimen aliquod cuilibet temere<sup>4</sup> obiecit<sup>5</sup>, conuicium non est pro accusatione habendum sed permissio tractandi spatio id quod iratus dixit per scripturam se probaturum esse fateatur, ut si forte<sup>6</sup> respiscens que pro iracundia dixit iterare<sup>7</sup> aut scribere noluerit<sup>8</sup>, non ut reus criminis teneatur. Omnis ergo qui crimen obiecit scribat se probaturum. Reuera ibi semper causa agatur, ubi crimen admittitur. Et qui non probauerit<sup>9</sup> quod obiecit<sup>10</sup>, penam quam intulerit ipse patiat. Placuit etiam ut si episcopus accusatus appellauerit apostolicam sedem. id statuendum, quod eiusdem sedis pontifex censuerit. Hec tamen omnino in sacerdotum causa forma seruetur ne<sup>11</sup> quemquam sententia non<sup>12</sup> a suo iudice dicta constringat. Occurrere quoque quisque fidelium ruinis debet oppressorum et miserorum subsidio, quo ualeant ex releuatione aliene uindictae a se Dei remouere uindictam.<sup>13</sup>

*JK +397; H 563.37 - 564.1, M 761; cf BD 16.10 (fragment only)*

<sup>3</sup> ? after corr. C

<sup>4</sup> in mg. D

<sup>5</sup> obiecit CXSRBVPZOH; obicit L; obiecerit KND

<sup>6</sup> forte CKNBP; fortasse ZOH

<sup>7</sup> itare O

<sup>8</sup> nol- CNBPZOH; uol- KD

<sup>9</sup> probauerit CKNBZH; probauit O

<sup>10</sup> corr. fr. obicit B

<sup>11</sup> ne CKNBOH; nec Z

<sup>12</sup> ss B

<sup>13</sup> Explicit add. RX

## A 1. XLIII LEO

- i. De potestate a Domino beato Petro collata et in eo ceteris apostolis
- ii. De abiciendis familiaribus inimicis
- iii. Sine consensu regio et sacerdotali res non esse tutas
- iiii. Quod in Pascha et Pentecosten<sup>2</sup> baptizandum sit
- v. Vt nullus episcoporum seruum alterius ordinare presumat
- vi. Quod usuras<sup>3</sup> non solum clerici exigere non<sup>4</sup> debeant. sed nec laici<sup>5</sup>  
[25vb]
- vii.<sup>6</sup> Vt clericus nec suo nec alieno nomine fenus exercent
- viii. Quod non sint habendi episcopi qui nec a clero nec a populo sunt electi
- viiii. Quod presbiteri aut<sup>7</sup> dyaconi si in aliquo crimine prolapsi fuerint, non possunt per manus impositionem penitentiae remedium consequi
- x. Quod diaconi<sup>8</sup> sicut episcopus et presbiter cessare debent ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugia
- xi. Quod non sit coniugii duplicatio, quando ancilla relicta uxor assumitur
- xii. De communione priuatis et ita defunctis

<sup>1</sup> capitulatio om. ZOHQA; in CLRXSWKNDMBVP

<sup>2</sup> -osten CLRXSKDBVP; -oste WB

<sup>3</sup> -uras CRXSWKND; -uram LBVP

<sup>4</sup> ss C

<sup>5</sup> laici ... clerici marked for reversal N

<sup>6</sup> vi repeated, so now one out B

<sup>7</sup> aut CRXBVP; et LWK?NDM; uel S

<sup>8</sup> diaconi CLRSWKNDV<sup>2</sup>P; diaconus B; -on V



- xiii. Quod oporteat<sup>9</sup> eum qui pro illicitis ueniam poscit etiam a multis licitis abstinere
- xiiii. Quod penitenti nulla luctra negotiationis exercere conueniat
- xv. Quod ad militiam secularem post penitentiam nullus redire debeat
- xvi. Quod adolescens si urgente<sup>10</sup> quocumque periculo penitentiam gessit, et non se continet, uxoris potest remedio sustineri
- xvii. Quod si quis propositum monachi deseruerit publica sit penitentia et satisfactione purgandus
- xviii. Quod puella que non coacte sed uoluntate<sup>11</sup> propria uirginitatis propositum susceperint delinquant cum nupserint etsi<sup>12</sup> nondum fuerant<sup>13</sup> consecrate
- xviii. De his<sup>14</sup> que consecrate sunt, si postea nupserint
- xx. De his de<sup>15</sup> quibus dubium est utrum baptismum perceperint, quod necesse sit ut renascantur
- xxi. Vt metropolitanis sua iura seruentur
- xxii. Vt nullus inuitis ordinetur episcopus
- xxiii. Vt metropolitanus episcopus de electo quem est ordinaturus episcopum referat ad uicarium sedis apostolice
- xxiii. Vt bina per annum prouincialia episcoporum concilia celebrentur, et si res difficilis emerit, nec fuerit Thessalonicensis episcopi iudicio terminata, ad Romanum episcopum referatur
- xxv. Vt si quis episcopus maiorem sedem ambierit, et suam<sup>16</sup> perdat et illam non obtineat
- xxvi. Vt nullus alienum clericum sollicitet inuito episcopo suo
- xxvii. Vt quisque prelatis obedientiam exhibeat quam exigit a subiectis
- xxviii. Quod uiri de captiuitate reuersi debent recipere uxores suas que aliis nupserant
- xxviii. Quod non<sup>17</sup> sit culpabilis qui uxorem capti<sup>18</sup> in<sup>19</sup> matrimonium duxit [26ra]
- xxx. Vt uiri de captiuitate reuersi, si non sint offensi intemperantia uxorum recipiant eas si uelint
- xxxi. Vt mulieres si redire ad priores maritos noluerint excommunicentur
- xxxii. Vt penitentie tempora pro etate et ualitudine temperentur
- xxxiii. Vt hii qui ab hereticis baptizati sunt sola Sancti Spiritus inuocatione firmentur
- xxxiii. Quod non sit principatus per ambitum aut seditionem occupandus
- xxxv. Non in eligendo episcopo apostolica et canonica decreta uiolentur
- xxxvi. Vt in die Resurrectionis leuitica et sacerdotalis fiat ordinatio
- xxxvii. Vnde supra et ne episcopi nisi in maioribus ciuitatibus constituentur
- xxxviii. De penitentibus in necessitate positis mox reconciliandis

---

<sup>9</sup> *ss C*

<sup>10</sup> urgente CRKDBV; urgente NM

<sup>11</sup> -te *ss C*

<sup>12</sup> -si *ss B*

<sup>13</sup> fuerant CLRKDMB; sint N

<sup>14</sup> De his CLRKDMBV; Que N

<sup>15</sup> *ss C*

<sup>16</sup> et *add. and canc.* B

<sup>17</sup> non CRWKNB; *om.* D

<sup>18</sup> capti CLRWKNDVP; captiui B

<sup>19</sup> in CRWNDB; *om.* K

xxxviii.	Quod loqui non ualentibus prodesse debeant testimonia fidelium
xl.	Quod mane dominico continuato ieiunio sabbati possit fieri ordinatio
xli.	Quid plus habeant episcopi quam corepiscopi uel presbiteri
xlii.	Quod non <sup>20</sup> omnis <sup>21</sup> confessio sit publice facienda
xliii. <sup>22</sup>	De baptismo
xliiii.	Non esse celebrandum baptisma in Epyphania
xlv.	De reuertentibus ab heresi
xlvi.	De stabilitate non mutandorum et discretionem temperandorum
xlvii.	De legitimis et non legitimis nuptiis
xlviii.	De castitate ministorum
xlviiii.	De uirginibus incorruptis
l.	De iis qui utrum baptizati sint nescitur
li.	Plusquam unam missam faciendam esse in die <sup>23</sup>

<sup>20</sup> ss C

<sup>21</sup> corr. fr. omnes B

<sup>22</sup> no. om. so now one out X

<sup>23</sup> miss. fac. esse (om. L, ss D) in die CLRSWDMB; miss. fac. esse X; miss. in die fac. esse K; fac. miss. esse in die N

## 1

### *Beatus<sup>1</sup> Leo<sup>2</sup> uniuersis Viennensis prouincie episcopis. De potestate a Domino beato Petro<sup>3</sup> collata. et in eo ceteris apostolis<sup>4</sup>*

Ita Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit. ut ueritas que antea<sup>5</sup> legis et prophetarum preconio continebatur. per apostolicam tubam in salutem uniuersitatis exiret, sicut scriptum est, In omnem terram exiit sonus eorum et in fines orbis terre uerba eorum. Sed huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum officium pertinere uoluit ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret. [26rb] ut ab ipso quasi<sup>6</sup> quodam capite dona sua uelut in corpus omne diffunderet ut exortem<sup>7</sup> se<sup>8</sup> misterii intelligeret esse diuini. qui ausus fuisset a Petri soliditate<sup>9</sup> recedere. Hunc enim<sup>10</sup> in consortium<sup>11</sup> indiuidue unitatis assumptum id quod ipse erat uoluit nominari dicendo. Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam ut eterni templi edificatio mirabili munere gratie Dei in Petri soliditate consisteret. hac ecclesiam suam firmitate corroborans ut illam nec humana temeritas posset appetere nec porte inferi contra illam<sup>12</sup> preualerent. Verum hanc petre istius sacratissimam firmitatem Deo ut diximus edificante constructam<sup>13</sup> nimis impia uult presumptione uiolare. quisquis eius potestatem temptat infringere<sup>14</sup>, fauendo cupiditatibus<sup>15</sup> suis et id quod accepit a ueteribus non sequendo.

<sup>1</sup> Beatus CRXKD(repeated)BVPZOHA; om. N

<sup>2</sup> papa add. ZOHA\*, om. CLRXSKNBVP

<sup>3</sup> beato Petro (Petrus P) CRXKDBVP; Petro S; Petro apostolo N

<sup>4</sup> De pot. - apost. CRXSKNBVP; De principatu Romani pontificis in mg. OA, in text HQ

<sup>5</sup> antea CKNBZHA; ante O

<sup>6</sup> a add. A, om. CKNBZOHQ

<sup>7</sup> exo- CRNDBOHA; exso- KZ

<sup>8</sup> ss C

<sup>9</sup> -didate H

<sup>10</sup> autem Q

<sup>11</sup> diuine et add. A, om. CKBNZOHA

<sup>12</sup> inferi contra illam CRXSKNBVP; contra illam inferi ZOHA; inferi contra eum A

<sup>13</sup> -uctam CKNBZOHQ; -ucta A

<sup>14</sup> infringere CRKNVZOHA; instringere B

<sup>15</sup> -di- ss C

JK 407; M 882-3; ID 5.6; +D 19 c 7

2<sup>1</sup>

*Idem Anatholio episcopo<sup>2</sup>. De abiciendis familiaribus inimicis*

Illud sane plurimum michi displicere significo quod inter ditionis<sup>3</sup> tue clericos quidam esse dicuntur qui aduersariorum conibeant<sup>4</sup> prauitati, et uesanie uasis misericordie uasa misceantur. quibus inuestigandis et seueritate congrua coercentis debet diligentia tua uigilanter insistere, ita ut his quibus prodesse non potuerit correctio non parcat abscisio. Oportet et enim nos euangelici meminisse mandati, quod ab ipsa ueritate precipitur, ut si nos oculus aut pes aut dextera scandalizauerit manus, a compage corporis auferatur, quia melius sit his in secula carere membris quam cum ipsis in eterna ire supplicia. Nam superfluo extra ecclesiam positus resistimus si ab his qui intus sunt in eis quos decipiunt uulneramur. Abicienda prorsus pestifera hec a sacerdotali uigore patientia est, que<sup>5</sup> sibimet peccatis aliorum parcendo non parcat.

JK 531; H 578a.11-30; ID 6.339 as here with inscr.; +C 24 q 3 c 34

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> Leo episcopus An. ep. after inimicis ZOHQ

<sup>3</sup> inter ditionis CLRSW(corr. fr. detio-)K<sup>2</sup>D<sup>2</sup>BVPZQ; interdictionis XKND OH

<sup>4</sup> conibeant LRXSKNDBPZOH; conieant CV(? after corr.); conibeatur W

<sup>5</sup> pat. est que CNBZOH; est pat. qui K

3<sup>1</sup>

*Sine consensu regio et sacerdotali<sup>2</sup> res non esse tutas. Item Leonis pape ad Pulcheriam<sup>3</sup> Augustam<sup>4</sup> [26va]*

Res omnes aliter tute esse non possunt nisi que ad diuinam confessionem pertinent, et regia et sacerdotalis defendit auctoritas.

JK 448; H 603a.16-19, M 788; +C 23 q 5 c 21

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> regio et sacerdotali CXSWKNBVP; regni et (om. Q) sacerdotii ZOHQ

<sup>3</sup> corr. from Pulcherimam O

<sup>4</sup> Sine - tutas. Item - Augustam (angustiam H) CLRXWBPZOHQ; Item - Augustam. Sine - tutas KND; cap. v add. HQ

4<sup>1</sup>

*Quod in Pascha et Pentecosten baptizandum sit<sup>2</sup>. cap. v<sup>3</sup>*

Leo uniuersis episcopis per Syciliam constitutis. Duo tempora, id est Pascha et Pentecosten ad baptizandum a<sup>4</sup> Romano pontifice legitima<sup>5</sup> sint<sup>6</sup> prefixa. Vnde quia manifestissime patet baptizandis in ecclesia electis hec duo tempora de quibus loquuti sumus esse legitima dilectionem uestram<sup>7</sup> monemus, ut nullos alios dies huic obseruantie<sup>8</sup> misceatis.

JK 414; H 611b.20-22 Duo - prefixa, 613a.50-54 (c 5) Vnde - end, M 873; ID 1.197 (mod. and fuller as BD 4.2); De cons. D 4 c 12

<sup>1</sup> after c 5 H

<sup>2</sup> Quod - sit CRXKNBP; om. ZOQA; Idem omnibus episcopis per Campaniam et Picenum (cf c 5) H

<sup>3</sup> cap. v CKNBPZOA; om. HQ

<sup>4</sup> a CRKNBZQA; ad H

<sup>5</sup> -ima CLSWBVPZOA; -ime RXKND

<sup>6</sup> sint CXKDBVPZOH; sunt SNV<sup>2</sup>QA

<sup>7</sup> uestram CKBNZOHQ; tuam A

<sup>8</sup> alios dies (om. Q) huic obseruantie CKBNZOHQ; obseruantie huic alios dies A

5<sup>1</sup>

*Idem omnibus episcopis per Campaniam et Picenum. Vt nullus episcoporum seruum alterius ordinare<sup>2</sup> presumat<sup>3</sup>*

Admittuntur passim ad ordinem sacrum quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur. Et qui a dominis suis libertatem consequi minime potuerunt ad fastigium sacerdotii tanquam seruilis uilitas<sup>4</sup> hunc honorem capiat prouehuntur, et probari posse Deo<sup>5</sup> creditur qui domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod et sacrum ministerium talis consortii uilitate<sup>6</sup> polluitur, et dominorum quantum ad illicite usurpationis temeritatem attinet<sup>7</sup> iura soluuntur. Ab his itaque fratres karissimi omnes uestre prouincie abstineant sacerdotes, et non tantum ab his, sed ab aliis etiam qui aut originali aut alicui conditioni obligati sunt uolumus temperari, nisi forte eorum peticio aut uoluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos uendicant<sup>8</sup> potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis qui diuine militie fuerit aggregandus. ut a castris dominicis quibus nomen eius inscribitur<sup>9</sup> nullis necessitatis uinculis abstrahatur.

*JK 402; H 614a.53-b.12 (c 1), M 865; ID 6.64; D 54 c 21 lacks central section and end*

<sup>1</sup> om. A

<sup>2</sup> ordinare CRXSKNBV; ad clericatus officium promovere ZOHQ\*

<sup>3</sup> Vt nullus – presumat *in mg.* ZO; om. H (*cf c 4*)

<sup>4</sup> seru. uil. CKNVZOH; uil. seru. B

<sup>5</sup> posse Deo CRKNBZO; Deo posse HQ

<sup>6</sup> uilitate CRKNBZO; utilitate HQ

<sup>7</sup> tem. attinet (*corr. fr.* atinet D) CRXKDBV; attinet tem. N; tem. pertinet ZOHQ\*

<sup>8</sup> uend- CXKNB; uind- ZOHQ

<sup>9</sup> inscr- CRXKNBV; ascr- ZOHQ\*

## 6

*Quod usuras non solum clerici exigere non debeant sed nec laici<sup>1</sup>. cp. iii<sup>2</sup>*

Nec<sup>3</sup> hoc quoque pretereundum esse duximus<sup>4</sup> quosdam lucri<sup>5</sup> turpi<sup>6</sup> cupiditate captos usurarium exercere pecuniam et fenore<sup>7</sup> uelle ditescere. Quod nos ut non dicamus eos qui sunt in clericali ordine<sup>8</sup> constituti, sed et<sup>9</sup> in laicos cedere qui [26vb] Christianos dici se<sup>10</sup> cupiunt<sup>11</sup> condolemus, quod uindicari<sup>12</sup> acrius in eos qui fuerunt<sup>13</sup> confutati decernimus, ut omnis peccandi oportunitas adimatur.

*JK 402; H 614b.51-59 (c 3), 866; ID 6.65; C 14 q 4 c 8*

<sup>1</sup> Quod usuras (*after* clerici X)- laici CLRXSKDBZOHA; Quod usuras non solum laici sed nec clerici exigere non debeant N

<sup>2</sup> iiiii CRK(*before rubric*)NBVQ; om. X; iii ZOHA

<sup>3</sup> De L

<sup>4</sup> dux- CKNBZOA\*; duc- H; dix- Q

<sup>5</sup> lacri Q

<sup>6</sup> turpi CKNBZA; turpis OHQ

<sup>7</sup> *corr. fr.* fauore L

<sup>8</sup> ordine CRXKNB; officio ZOHA

<sup>9</sup> om. K

<sup>10</sup> dici se CRKN; se dici XSBVPZOHQA

<sup>11</sup> constituti sed – cupiunt *om.* L

<sup>12</sup> *corr. from* uindicta O

<sup>13</sup> -erunt LRXSWKNBPZOHA; -erint C

## 7

*Vt clericus nec suo nec alieno nomine fenus exercent<sup>1</sup> c. iii<sup>2</sup>*

<sup>1</sup> alieno - exercent *om.* A

Illud etiam duximus premonendum, ut sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fenus<sup>3</sup> attemptet. Indecens enim est crimen suum commodis alienis impendere. Fenus autem hoc solum aspicere et exercere debemus ut quod hic misericorditer tribuimus a Domino qui multipliciter et imperpetuum mansura<sup>4</sup> retribuit recipere ualeamus.

*JK 402; H 614b.60-615a.4 (c 4), 866; Br fo. 77; ID 6.66; +D 46 c 10 begins Sicut non suo*

<sup>2</sup> cap. iii CRXKN D(*before* Vt)PZOH<sup>2</sup>Q; cap. ii B; *om.* HA

<sup>3</sup> ex. fen. CKBZOH; fenus N; fen. ex. QA

<sup>4</sup> *corr. fr.* mens- Z

## 8

*Quod non sint habendi episcopi qui<sup>1</sup> nec a clero nec a populo sunt<sup>2</sup> electi cp. i<sup>3</sup>*

Leo Rustico episcopo Narbonensi<sup>4</sup>. Nulla ratio sinit ut inter episcopos habeantur qui nec a clericis<sup>5</sup> sunt electi<sup>6</sup> nec a plebibus<sup>7</sup> expetiti nec a prouincialibus<sup>8</sup> episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Vnde cum sepe questio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis<sup>9</sup> in eis ecclesiis ordinati sunt que ad proprios episcopos pertinebant, et ordinatio eorum consueto iudicio presidentium facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis ecclesiis perseuerent. Aliter autem uana<sup>10</sup> habenda est consecratio<sup>11</sup> que nec loco fundata est nec auctoritate munita.

*JK 544; H 616b.28-43 (c 1), M 890-1; ID 5.65 as BD 1.11; +D 62 c 1 (originally only first sentence), C 1 q 1 c 40 has abbrev. vers. of pt 2, from Si qui*

<sup>1</sup> qui CXKNB; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> sunt CXKNB; *om.* ZOHA

<sup>3</sup> cap. i *bef. inscr.* K; *as here* CRXNBZOHA

<sup>4</sup> ep. Narb. LRXWKNBPZOHA; Narb. ep. C

<sup>5</sup> clericis CRKNVPZHA; cleris B; clero O

<sup>6</sup> sunt el. *om.* O

<sup>7</sup> plebibus CKNBOHA; plebus Z

<sup>8</sup> *corr. to* comprouinc. K

<sup>9</sup> p- ss H

<sup>10</sup> uana CSKNBZOA; una HQ

<sup>11</sup> habenda est uana *marked for reversal* O

9<sup>1</sup>

*Quod<sup>2</sup> presbiteri aut<sup>3</sup> dyaconi si in aliquo crimine prolapsi fuerint, non possunt per manus impositionem<sup>4</sup> penitentiae remedium consequi cp. ii<sup>5</sup>*

Alienum est<sup>6</sup> a consuetudine ecclesiastica ut qui in presbiterali honore aut diaconii gradu fuerint consecrati, hii pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant penitendi. Quod sine dubio ex apostolica traditione descendit secundum quod scriptum est, Sacerdos si peccauerit, quis orabit pro illo? Vnde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei priuata est expetenda secessio, ubi illis si satisfactio fuerit digna sit etiam fructuosa. [27ra]

*JK 544; H 616b.44-55 (c 2), M 891; ID 6.67; +D 50 c 67*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> nec *add.* N (*om.* CKDBZOH)

<sup>3</sup> aut CRSBVPZHO; et KND<sup>2</sup>; uel D

<sup>4</sup> man. imp. CRKNPZOHQ; imp. man. B

<sup>5</sup> cp. ii CK(*before inscr.*)NBPZOHQ<sup>2</sup>Q; *om.* DH

<sup>6</sup> est CRSBZOHA; est autem KN; autem est D

## 10

*Quod dyaconi sicut episcopus et presbiter cessare debent ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugia cp. iii*

Lex continentie eadem est altaris<sup>1</sup> ministris que episcopis atque presbiteris. qui cum essent laici siue lectores licito et uxores ducere et filios procreare potuerunt. Sed cum ad predictos peruenerint gradus cepit eis non licere quod licuit. Vnde ut de carnali fiat spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere uxores. et quasi non<sup>2</sup> habeant<sup>3</sup> sic habere quo et salua sit caritas conubiorum et cessent opera nuptiarum.

*JK 544; H 616b.56-66 (c 3), M 891; Br fo. 77r-v; ID 6.68; IP 3.106; D 31 c 10*

<sup>1</sup> et *add.* A

<sup>2</sup> sunt ? *add. and canc.* O

<sup>3</sup> habeant CS<sup>2</sup>BVPZOHA; ha'nt L; habent RXSKN

## 11

*Quod non sit coniugii duplicatio quando ancilla relicta uxor assumitur cp. v*

Ancillam a thoro abicere et uxorem certe ingenuitatis accipere non duplicatio<sup>1</sup> coniugii sed profectus est honestatis. Culpanda sit sane talium negligentia, sed non penitus desperanda, ut crebris cohortationibus<sup>2</sup> incitati quod necessarie expetiuerunt fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est dum in hoc corpore constitutus est. Quia nonnumquam quod<sup>3</sup> diffidentia<sup>4</sup> etatis differtur consilio maturiore perficitur.

*JK 544; H 617a.29-39 (c 5), M 892; +C 32 q 2 c 11*

<sup>1</sup> -ca- *ss* K

<sup>2</sup> coh- CRKNVPZOHQA<sup>2</sup>; exh- B; choh- A

<sup>3</sup> quod CLR<sup>2</sup>XSBVPZOHA; *ss before* nonnumquam K<sup>2</sup>; *om.* RKND

<sup>4</sup> nonn. quod diff.] non unquam qui fidentia W

## 12

<sup>4</sup> corr. fr. -ines Z

<sup>5</sup> correctos CKNBZHA; correptos O

<sup>6</sup> a se CKNBZOHQ; esse A

<sup>7</sup> omni add. KND, om. CRXSBPZOHA

<sup>8</sup> corr. to ut K

<sup>9</sup> societate CKNBOHA; sociate Z

<sup>10</sup> habeant C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SWDBVPZOHA; habent CRXKN

<sup>11</sup> adempta CKNBVZOA; adepta HQ

<sup>12</sup> -ate CRKDBPZOHA; -ati K<sup>2</sup>N

<sup>13</sup> perpetua maneant CRXSBPZOHA; permaneant KND

<sup>14</sup> unctio CLRXSWKDVP<sup>2</sup>; uel tinctio ss C; tinctio D<sup>2</sup>NBVZOH; tictione A

## 46

### *Idem<sup>1</sup> Rustico episcopo Narbonensi. De stabilitate non mutandorum et discretione temperandorum<sup>2</sup>*

Sicut quedam sunt que nulla possunt ratione<sup>3</sup> conuelli. ita multa sunt que aut pro necessitate temporum aut pro consideratione etatum oporteat temperari, illa semper conditione<sup>4</sup> seruata ut in his que uel dubia fuerint aut obscura id nouerimus sequendum quod nec preceptis euangelicis contrarium nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum.

*JK 544; H 616b.19-27, M 890; Prol. 126; D 14 c 2 as here, not as AL 2.76*

<sup>1</sup> Idem CKNBZHA; Item O

<sup>2</sup> De stab. - temp. in mg. to c 47 G, in mg to c 46 ZO

<sup>3</sup> ratione CKNBZOHQ; nomine A

<sup>4</sup> etatum - conditione in mg. B

## 47

*Idem<sup>1</sup>. De [31ra] legitimis<sup>2</sup> et non legitimis nuptiis<sup>3</sup>*

Non omnis mulier uiro iuncta uxor<sup>4</sup> est uiri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem federa inter ingenuos sunt legitima et inter equales et multo prius hoc ipsum Domino constituyente quam initium Romani iuris existeret. Itaque aliud est uxor. aliud concubina, sicut aliud<sup>5</sup> ancilla, aliud<sup>6</sup> libera. Propter quod etiam apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahe, Eice ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio meo Ysaac<sup>7</sup>. Vnde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut preter sexuum coniunctionem que haberet<sup>8</sup> in se Christi et<sup>9</sup> ecclesie sacramentum. dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium<sup>10</sup>. Igitur cuiuslibet loci clericus, si filiam suam uiro habenti concubinam in matrimonium dederit<sup>11</sup>, non ita accipiendum est<sup>12</sup> quasi eam coniugato dederit, nisi forte illa mulier et ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata uideatur. Paterno arbitrio uiris iuncte carent culpa si mulieres que a uiris<sup>13</sup> habebantur in matrimonio non fuerint<sup>14</sup>, quia aliud est nupta. aliud concubina<sup>15</sup>.

*JK 544; H 616b.67 - 617a.28 (c 4), M 891-2; ID 8.74 (pt only).8.139 (inscr. var. as BD 9.1); IP 6.23 as ID 8.74, 6.35 as ID 8.139; +C 32 q 2 c 12*

<sup>1</sup> Idem CLRXSWBVP; *om.* KN; Item ZOHA; D *has rubric*: Que sint legitima coniugia

<sup>2</sup> nuptiis *add.* HQA, *om.* CKXNBVZO

<sup>3</sup> nuptiis CRXKNBVZO<sup>2</sup>; nuptitiis O; *om.* HQA

<sup>4</sup> mulier (uxor *ss*) L

<sup>5</sup> *corr. fr.* alia Z

<sup>6</sup> *corr. fr.* alia Z

<sup>7</sup> meo Ys. *in mg.* L<sup>2</sup>

<sup>8</sup> haberet CKNBZOHQ; hereret A

<sup>9</sup> et C<sup>2</sup>LRXSWKNBVPZOH; *om.* C; et *with a mark of abbrev.* A

<sup>10</sup> ministerium RXWKNDVBPZO<sup>2</sup>HA; misterium CLSV<sup>2</sup>O

<sup>11</sup> nisi forte illa mulier *add. and canc.* N

<sup>12</sup> acc. est CRSBVPZOHA; est acc. KND

<sup>13</sup> que a uiris *ss* R

<sup>14</sup> fuerint CRSKNDV<sup>2</sup>; fuerunt BVPZO; fuer' A; sic erunt H

<sup>15</sup> N (*mg.*) Iuuenalis. Omne a'i uitium tanto [?] conspectius in se crimen habet quanto maior qui peccat habetur. V' qui maior est in ordine maior sit in crimine et quanto altior gradus tanto grauior casus; *at foot of leaf in small hand* O *adds* Ag. Non habent nuptie in se Christi et ecclesie sacramentum si eas non subsequatur commixtio sexuum. Nec pertinere poterit illa mulier ad matrimonium cum qua docetur non fuisse commixtio sexuum.

## 48

*Idem Anastasio episcopo Thessalonicensi. De castitate ministrorum*

Sacerdotum enim tam<sup>1</sup> excellens est electio ut hec<sup>2</sup> que in aliis membris ecclesie non uocantur ad culpam in illis tamen habeantur illicita. Nam cum<sup>3</sup> extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati et procreationi filiorum studere sit liberum. ad exhibendam<sup>4</sup> tamen perfecte continentie puritatem<sup>5</sup> nec subdiaconibus quidem carnale conubium conceditur. ut et<sup>6</sup> qui habent sint tanquam non habentes. et qui<sup>7</sup> non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine qui quartus est<sup>8</sup> a capite dignum

<sup>1</sup> tam CKNBZHQ; eam A; ta O

<sup>2</sup> *ss after* que Z

<sup>3</sup> cum CKDBZOHA; *om.* N

<sup>4</sup> -am CKNBZHA; -um O

<sup>5</sup> -u- *ss* C

<sup>6</sup> et CKDBZOHA; *om.* N

<sup>7</sup> habent - et qui *om.* A

<sup>8</sup> est CKNBOHA; *om.* Z

est custodiri. quantomagis in primo [31rb] uel secundo tercioue seruandum est, ne aut leuitico aut presbyterali honore. aut episcopali excellentia quisquam idoneus estimetur. qui<sup>9</sup> se a uoluptate luxurie necdum<sup>10</sup> refrenasse detegitur<sup>11</sup>.

*JK 411; H 619b.3-21, M 858; ID 6.98 (cf ID 6.221 as BD 2.148); IP 3.100 (Ad exhibendam tamen – singulares only); D 32 c 1*

<sup>9</sup> a add. A

<sup>10</sup> Z microfilm omits fos 51v-2 from here, and resumes at 52v in 1.45.1 below.

<sup>11</sup> detegitur CKNBZOHQ; detetigitur A

## 49

*Idem uniuersis episcopis per Affricam. De uirginibus incorruptis*

De his autem que in sacro uirginitatis proposito constitute barbaricam pertulerunt uiolentiam et integritatem pudoris non animo sed corpore perdiderunt. ea nobis uidetur seruanda moderatio ut neque in uiduarum deiciantur gradum, neque in sacrarum et<sup>1</sup> perseuerantium uirginum numero censeantur. Quibus si in omnibus uirginalibus perseuerant. et castimonie soliditatem mente custodiunt, sacramentorum non est neganda communio. Quia iniustum est illas in eo uel argui uel notari quod non uoluntas admisit sed uis hostilis eripuit.

*JK 410; H 624.33-39, om. M; ID 7.87 (insc. variant as BD 8.69)*

<sup>1</sup> et CKNBOHQ; om. A

## 50

*Idem Leoni<sup>1</sup> Rauennensi episcopo<sup>2</sup>. De his qui utrum baptizati<sup>3</sup> sint nescitur*

Cum itaque baptismi sui nichil recordetur qui regenerationis est cupidus. nec alter attestari<sup>4</sup> de eo<sup>5</sup> possit qui sciat consecratum<sup>6</sup>. nec ille qui consecratur. scimus quidem inexpiabile<sup>7</sup> esse facinus. quotiens iuxta hereticorum dogma contra sanctorum patrum instituta cogitur aliquis lauachrum quod regenerandis semel tributum est bis subire. apostolica reclamante sententia. que nobis unam predicat in Trinitate deitatem, unam in fide confessionem, unum in baptisate sacramentum. Sed in hoc nichil<sup>8</sup> simile formidatur, quoniam non potest in iterationis crimen uenire quod factum esse omnino nescitur. Atque ideo quotiens persona talis inciderit<sup>9</sup>, solita primum examinatione discutite. et longo tempore nisi forte supremus finis immineat indagate. utrum nemo penitus sit qui testimonio suo iuuare possit ignorantiam nescientis. et cum constiterit<sup>10</sup> hunc qui baptismatis indiget sacramento sola inaniter suspitione prohiberi<sup>11</sup>, accedat [31va] intrepidus ad consequendam gratiam. cuius in se nullum scit esse uestigium. Nec uereamur<sup>12</sup> huic ianuam salutis aperire<sup>13</sup> quam nunquam ante docetur ingressus.

*JK 543; H 626b.26-55, M 876; ID 1.48; De cons. D 4 c 112*

<sup>1</sup> Leoni CRXSKBVPNOQA; om. W; Leonis H

<sup>2</sup> Rau. (Rauanensi O) ep. LRXKNBVPOHA; ep. Rau. C; Rauannensi S; ep. Leo Nirauensiensi W

<sup>3</sup> utrum bapt. CKDBOHA; bapt. utrum N

<sup>4</sup> att- CKNDBHA; ast- O

<sup>5</sup> de eo CD(before att.)KBOHA; om. N

<sup>6</sup> P adds here: fuisse rationem – aqua baptismatis (from c 44, qv)

<sup>7</sup> inexpiabile CKNBOH; inexpiabilem Q; inexpugnabile A

<sup>8</sup> nichil CKNBOQA; om. H

<sup>9</sup> inciderit LRXSWKNBVPOHA; incederit C

<sup>10</sup> con- ss K

<sup>11</sup> prohiberi CKDBOHA; inhiberi N

<sup>12</sup> uereamur CLWNBVPOHA; uereantur RXSKD

<sup>13</sup> corr. fr. accipere C



*Idem Dyoscoro Alexandrino episcopo. Plusquam unam<sup>1</sup> missam faciendam esse<sup>2</sup> in die*

Necesse est autem ut quedam populi pars sua deuotione priuetur si unius tantum misse more seruato<sup>3</sup> sacrificium offerre non possunt nisi prima diei parte conuenerint. Studiose<sup>4</sup> ergo fraternitatem tuam familiariter admonemus, ut quod nostre consuetudini ex forma paterne traditionis insedit. tua quoque cura<sup>5</sup> non negligat, ut per omnia nobis fide et actibus congruamur<sup>6</sup>. Propter quod remeante filio nostro Possidonio presbitero hanc ad dilectionem tuam epistolam dedimus perferendam, qui nostris processioneibus atque<sup>7</sup> actionibus frequenter interfuit, et totiens ad nos missus quid in omnibus apostolice sedis auctoritas teneret<sup>8</sup> agnouit.<sup>9</sup>

*JK 406; H 627b.46-62, M 780; ID 2.87; De cons. D 1 c 51*

## A 1. XLIV HYLARIUS

### 1

*<sup>10</sup>Vt ea que illicite episcopus<sup>11</sup> uel decessor eius ordinauit ab eo qui superest emendentur<sup>12</sup>*

Hylarius episcopus ecclesie<sup>13</sup> catholice<sup>14</sup> urbis Rome synodo presidens dixit. Quod quis commisit<sup>15</sup> illicite, aut<sup>16</sup> a<sup>17</sup> decessoribus suis inuenit admissum, si proprium periculum uult uitare dampnabit. Nos enim in nullo uolumus<sup>18</sup> seueritatem ultionis exercere. Sed qui in causis Dei uel contumacia uel in aliquo excessu deliquerit aut ipse quod perperam facit abolere noluerit ipse quicquid in alio non resecauerit inueniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet omnes sententias et subscriptiones proprias<sup>19</sup> commodate, ut<sup>20</sup> synodali iudicio<sup>21</sup> aditus claudatur illicitus.<sup>22</sup>

*JK i.76; H 630b.12-23 (c 4a), M 923; C 35 q 9 c 3, of which the end from uitare dampnabit is a later addn*

<sup>1</sup> ss R<sup>2</sup>

<sup>2</sup> esse CRXKDVOA; om. NBP; H obsc.

<sup>3</sup> more seru. CRKNDVPOHA; seru. more B

<sup>4</sup> -e ss C

<sup>5</sup> cura CKNBVHA; om. O

<sup>6</sup> -amur LRXSWK?NBVPOHA; -amus CD

<sup>7</sup> atque CKNVPOHA; et B

<sup>8</sup> auct. teneret (-t ss C) CRXWBVPOHA; ten. auct. KND

<sup>9</sup> Explicit add. LRXS

<sup>10</sup> Hilarius add. LRXW; Hylarius papa add. S

<sup>11</sup> ss O

<sup>12</sup> -entur CLRWKBVPOQA -etur XNDO<sup>2</sup>

<sup>13</sup> ep. eccl. CWNDBOHA; eccl. ep. K

<sup>14</sup> ca add. and canc. N

<sup>15</sup> quis comm. CLRXSBVPOHQ; quid comm. W; comm. quis KND; commisit A

<sup>16</sup> aut CKNBOHQ; om. A

<sup>17</sup> a CKDBOHA; om. N

<sup>18</sup> uol- CKNBOHQ; nol- A

<sup>19</sup> ss V<sup>2</sup>

<sup>20</sup> in add. ss K

<sup>21</sup> iudicio CRXKNBV; concilio OHQA

<sup>22</sup> Explicit add. S

## A 1. XLV SIMPLICIUS

## 1

*Simplicius papa*<sup>1</sup>. *Vt nullus episcopus sibi eligat successorem cap. v*

Preterea fratres noua et inaudita sicut ad nos missis de Hyspaniis epistolis sub certa relatione peruenit, in quibusdam locis peruersitatum semina subinde nascuntur. Denique non nulli episcopatum qui non nisi [31vb] meritis precedentibus datur non diuinum munus sed hereditarium putantes esse compendium et credunt sicut res caducas atque mortales ita sacerdotium uelut<sup>2</sup> legatorio aut<sup>3</sup> testamentorio<sup>4</sup> iure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti locum suum feruntur aliis designatis nominibus subrogare. Scilicet ut non legitima expectetur electio. sed defuncti gratificatio pro populi<sup>5</sup> habeatur assensu<sup>6</sup>, quod quam<sup>7</sup> graue sit<sup>8</sup> existimatis. Atque ideo si placet<sup>9</sup> hanc<sup>10</sup> licentiam generaliter<sup>11</sup> ecclesiis auferamus.

*Recte Hilarius; JK i.76; H 630b.36-54, M 923-4; ID 5.104 as Hilarius*

<sup>1</sup> Simplicius papa CLRXSWVP; Simplicius KNDB; *om. without indication of attribution OHQA*

<sup>2</sup> uelut CKNBOQA; uel H

<sup>3</sup> aut CKNBOQ; uel H; *om. A*

<sup>4</sup> -orio CKNBQ; -ario OHA

<sup>5</sup> pro populi CRXSOHQ<sup>2</sup>; populi LWKNDBVP; propuli QA

<sup>6</sup> *corr. from* consensu O

<sup>7</sup> quam CLSWK<sup>2</sup>D<sup>2</sup>BVPOHA\*; cum RXKND

<sup>8</sup> sit CKDBOHA; *om. N*

<sup>9</sup> si placet *add. ss V*<sup>2</sup>, etiam *add. OHQA\**, *om. CRXKNB*

<sup>10</sup> *Z microfilm resumes*

<sup>11</sup> omnibus *add. S, om. CRXKNMBPZOHA*

## 2

*Simplicius papa Iohanni Rauennati*<sup>1</sup>

Si quid esses intuitus<sup>2</sup> ecclesiastice discipline uel siquid apud te sacerdotalis modestie teneretur, non plectibiles perpetrarentur excessus. A quibus si nullo te paternarum regularum poteras continere precepto, saltem sancte<sup>3</sup> memorie predecessoris tui fueras reuocandus exemplo. Qui cum faciendo presbiterum minus deliquisset inuitum, senserat tamen dignum pro tali usurpatione iudicium. Vbi ista didicisti que in fratrem et coepiscopum nostrum Gregorium non electione sed inuidia perpetrasti quem inexcusabili uiolentia protrahi ad te passus es atque uexari<sup>4</sup>, ut ei honorem<sup>5</sup> tantum non per animi<sup>6</sup> tranquillitatem sed per amentiam sicut dicendum irrogares. Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est. Nam priuilegium meretur amittere<sup>7</sup> qui permissa sibi abutitur potestate. ITEM IPSE<sup>8</sup>. Denunciamus autem quod si post hac quicquam presumpseris, et aliquem seu episcopum seu presbiterum seu dyaconum inuitum facere<sup>9</sup> forte<sup>10</sup> credideris, ordinationes tibi Rauennatis<sup>11</sup> ecclesie uel Emiliensis noueris auferendas<sup>12</sup>.

<sup>1</sup> *mg. C; -n- ss R*

<sup>2</sup> *corr. fr. inuitus Z*

<sup>3</sup> sancte CKNBZHQA; *om. O*

<sup>4</sup> *corr. to -are K*

<sup>5</sup> -orem CKNBZHQA; -ore O

<sup>6</sup> per animi CLRWK<sup>2</sup>D<sup>2</sup>BZOHQA; paramini KN; perarimini D

<sup>7</sup> amittere CKNBZHQA; admittere O

<sup>8</sup> ipse *ss V; rubric to new section in HQO; QA add. Ex decretis Gelasii pape, A continues de autenticis et apocrifis scripturis*

<sup>9</sup> inu. facere CLRWKNVZ<sup>2</sup>; facere inu. B; inuitum P; inuitum faceret ZOHQA

<sup>10</sup> *om. P*

<sup>11</sup> -n- *ss C; -ena- R*

<sup>12</sup> *Explicit add. RXSW; C has an illeg. marg. add., beginning with N (at least 5 words)*

*JK 583; M 931; ID 5.140 to abutatur potestate as BD 1.29; D 74 c 7 (Vbi ista - end), C 25 q 2 c 23 (Denunciamus - end)*

## A 1. XLVI GELASIVS<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Que scripture sint autentice et que apocriphe  
ii. Quod non possit uenia dari in errore durante [32ra]  
iii. Non esse iterum disputandum contra heresim ante dampnatam  
<sup>3</sup>iiii. De institutis ecclesiasticis pro temporum qualitate moderandis  
v. Vbi nulla urget necessitas instituta patrum non esse uiolanda  
vi. Vt cum defuerint cleri, de monachis eligantur  
vii. Vt nulla precia de baptizandis et consignandis fidelibus exigantur<sup>4</sup>  
viii. Non debere fieri baptisma preter Pascha et Pentecosten nisi necessitas cogat  
viiii. Ordinationes non esse faciendas nisi in ieiunio quatuor temporum  
x. Ne illiteratus uel membro imminutus ad clerum promoueat  
xi. De tricennali possessione  
xii. De promotione monachorum nouiter conuersorum uel laicorum  
xiii. Ne dyaconi baptizent sine episcopo uel presbitero  
xiiii. De tempore consecrandarum uirginum  
xv. De non uelandis uiduis ab episcopo  
xvi. De non recipiendis seruis ad clerum  
xvii. Non esse commitenda mysteria uexatis demone uel passione  
xviii. De uirginibus propositum uiolantibus  
xviiii. De diuidendis redditibus ecclesie  
xx. In potestate episcopi facultates ecclesie esse<sup>5</sup> debere  
xxi. De his qui intra anni spacium causam suam coram excommunicatoribus suis<sup>6</sup> non peregerint. et si obstinato animo sine communionem defuncti fuerint  
xxii. De his qui proficere noluerint  
xxiii. Item de tricennali possessione  
xxiiii. Ne quis<sup>7</sup> de re in litigio posita sinatur exigere pensiones donec iuridico examine diffiniatur  
xxv. De statu parrochiarum qui perpetue etatis firmitate durauit non mutando  
xxvi. De his qui alieno iuri debiti absque dominorum suorum licentia<sup>8</sup> clerici fiunt uel etiam ordinantur  
xxvii. De eodem  
xxviii. Item de eodem

<sup>1</sup> Incipiunt capitula Gelasii pape S

<sup>2</sup> capitulatio om. ZOHQA; in CLRXSWKNDMBVP

<sup>3</sup> cc. 4-5 reversed B

<sup>4</sup> corr. fr. elig- B

<sup>5</sup> non add. N, om. CKDB

<sup>6</sup> ss C

<sup>7</sup> Ne quis CLRD<sup>2</sup>BP; Qui KN; om. D

<sup>8</sup> dom. suorum lic. CRWKDBP; lic. dom. suorum N

- xxviii. Vt si de spaciis de quibus memoratur orta contentio diffinitio certa processit, intemerata seruetur. Si autem nichil constiterit terminatum pars que fudit prebeat sacramentum
- xxx. De his qui ad presbiterium uenire detrectant
- xxxī. De eo quod sicut ad sacerdocium ecclesiastica [32rb] disciplina debiles corpore non patitur uenire ita et si quis in eo actu fuerit constitutus ac<sup>9</sup> fuerit sauciatus amittere non potest quod sanus accepit
- xxxii. De uiduarum causis ab episcopis<sup>10</sup> impensius exequendis
- xxxiii. De baptizandis et de his que in die dedicationis offeruntur
- xxxiiii. De seruis ad ecclesiam fugientibus<sup>11</sup>
- xxxv. Quod iura ecclesiarum non sint turbanda ac priuilegia que metropolitanis uel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas non esse frangenda
- xxxvi. Quod decessorum statuta si iusta sint seruanda sunt, si iniusta corrigenda
- xxxvii. Quod nichil perit in ecclesiasticis utilitatibus si aliena reddantur
- xxxviii. De legibus principum que in negociis hominum custodiuntur, circa reuerentiam beati Petri multo magis custodiendis
- xxxviiii. De sacramento integre percipiendo<sup>12</sup>
- xl. De desolatis auxilio proprie defensionis et de his qui pro infirmitate etatis suis<sup>13</sup> actibus prodesse non possunt
- xli. De libertate clericis dominorum benignitate concessa per oppressionem heredum non auferenda
- xlii. De his qui clericos per uiolentiam<sup>14</sup> opprimunt
- xliii. De episcopo quem clerici sui graui necessitate uexari dicebant
- xliiii. Quod subueniendum sit a Romano pontifice his qui eius remedia sperant in suis negociis
- xliv. Quod iusta dispensatione sit seruandum testatoris arbitrium
- xlvi. De quodam qui ad basylicam confugerat<sup>15</sup>
- xlvii. Quod communione sint priuandi qui humanis legibus calcatis et religione abiecta ecclesiastica priuilegia calcare contendunt
- xlviii. Quod non sit eundem contra pontificalia constituta<sup>16</sup>
- xlviiii. Quod irreligiosum<sup>17</sup> sit et execrabile si quisquam in sua tuitione susceptos fideliter et sancte non educauerit
- l. Vt quilibet nisi pura conscientia ad sacrosanctam religionem non audeat peruenire
- li. Vt qui ecclesias uiolasse perhibentur accessu earum indigni iudicentur
- lii. De his qui ad ecclesiam confugerint<sup>18</sup> non absque sacerdotis licentia retrahendis
- liii. Quod pia sollicitudo<sup>19</sup> episcopi commodis egentium non sit neganda [32va]

<sup>9</sup> ac CLRWKNDVP; aut B

<sup>10</sup> -opis CKDBP; -opo N

<sup>11</sup> fug- CKDMB; confug- N

<sup>12</sup> percipiendo LSWKNDBVP; custodiendo (uel (*om.* R) percipiendo *ss* CR) CR<sup>2</sup>X; custodienda R

<sup>13</sup> suis CL<sup>2</sup>RXSWBVP; sue is L; sue KNDM

<sup>14</sup> cler. per uiol. LRXSWKNDBVP(*corr. fr.* viontiam); per uiol. cler. C

<sup>15</sup> -erat LRXSWKNDBVP; -erit C

<sup>16</sup> constituta CLRXSWP; instituta KNDMBV

<sup>17</sup> ir- *ss* C

<sup>18</sup> -erint CRXSWKBP; -erunt NDM

- liiii. De quodam seruo ecclesie qui ausu temerario molitus fuit condere paginam testamenti  
 Iv. De culpa non iterum punienda  
 Ivi. De rebus ecclesie in quattuor partes diuidendis  
 Ivi. De prediis<sup>20</sup> ab ecclesia<sup>21</sup> alienatis ecclesie restituendis  
 Ivi. De quodam seruo qui ad ecclesiam confugerat

<sup>19</sup> -do ss C<sup>20</sup> prediis CLSWKNDBV; presidiis RX<sup>21</sup> -c- ss C

## 1

*Ex decretis<sup>1</sup> Gelasii pape. Que scripture sint autentice et que apocriphe<sup>2</sup>*

Post propheticas atque euangelicas et apostolicas<sup>3</sup> scripturas quibus<sup>4</sup> ecclesia catholica<sup>5</sup> per gratiam Dei fundata est. etiam illud intimandum putauimus quod quamuis uniuerse per orbem catholice ecclesie unus thalamus Christi sit<sup>6</sup>. sancta tamen Romana catholica<sup>7</sup> et apostolica<sup>8</sup> ecclesia nullis synodicis<sup>9</sup> constitutis ceteris ecclesiis<sup>10</sup> prelata est. sed euangelica uoce Domini et Saluatoris nostri<sup>11</sup> primatum obtinuit, Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et cetera. Cui data est etiam<sup>12</sup> societas beatissimi Pauli apostoli<sup>13</sup> uasis<sup>14</sup> electionis. qui non diuerso sicut heretici<sup>15</sup> garriunt sed uno tempore, uno eodemque die gloriosa morte cum Petro<sup>16</sup> in urbe Roma sub Cesare Nerone agonizans coronatus est. Quamuis<sup>17</sup> aliud fundamentum nemo possit ponere preter id quod positum est. quod est<sup>18</sup> Christus Ihesus. tamen<sup>19</sup> edificationem<sup>20</sup> eadem sancta Romana ecclesia post illas ueteris uel noui testamenti quas<sup>21</sup> regulariter suscepimus etiam suscipi non prohibet scripturas, id est sanctam synodum Nycenam cccxviii patrum mediante Maximo Constantino augusto<sup>22</sup>, sanctam synodum Ephesinam in qua Nestorius dampnatus est, consensu

<sup>1</sup> Decretis CNDBZOHA; Decerptis K<sup>2</sup> Que - apocr. CKNBVP; De autenticis (autencinis O) et apocrifis (-isis OQ) scripturis in mg. ZOH (H before Ex - pape above), in text Q, with Ex - Gel. following; whole inscr. and rubric before 1.45.2 A<sup>3</sup> atque eu. et ap. CKNBP; et eu. atque ap. ZOA; et ap. atque eu. HQ<sup>4</sup> quibus CX<sup>2</sup>KNBZHA; om. O<sup>5</sup> quibus cath. eccl. in mg. X<sup>2</sup><sup>6</sup> sit LRXSWKNBVPZHOA; sint C<sup>7</sup> add. Q (mg.), om. A<sup>8</sup> cath. et apost. ss C<sup>9</sup> -icis CRKNBPO<sup>2</sup>; -ocis ZHQA; -is O<sup>10</sup> cet. eccl. CKNBZOA; ecc. cet. HQ<sup>11</sup> te add. A<sup>12</sup> etiam CKNBZHQA; om. O<sup>13</sup> ss SHQO<sup>14</sup> corr. fr. uas H<sup>15</sup> heret- CKNBOHA; herit- Z<sup>16</sup> petus A<sup>17</sup> -uis ss C<sup>18</sup> est C<sup>2</sup>LXSWKNBPZOHA; om. CR<sup>19</sup> tamen CRNDBZOHQ; tamen ad K; cum A<sup>20</sup> -ionem CKNBZO<sup>2</sup>HQ; -ionis O?; -ione A<sup>21</sup> post illas ueteris - quas in mg. V<sup>22</sup> augusto CLRS(before Const.)XKNZOHA; augustino W. Nicenam cccxviii - augusto in small cramped script over an erasure C; CL(mg.) add: in qua Arrius hereticus condempnatus est. Sanctam synodum Constantinopolitanam mediante Theodosio (Thod- L) seniore augusto in qua Machedonius hereticus (om. L) debitam condempnationem excepit (cf Gratian), om. RXWKNBPZGOHQ

beatissimi<sup>23</sup> Celestini pape, mediante Cyrino<sup>24</sup> Alexandrine sedis antistite et Archadio ab Italia destinato, sanctam synodum Calcedonensem mediante Martiano augusto et Anatholio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana et Eutichiana heresis [32vb] simul cum Dyoscoro<sup>25</sup> eiusque complicibus dampnate sunt. Item opuscula<sup>26</sup> Cecili<sup>27</sup>, Cypriani martyris et Carthaginensis episcopi<sup>28</sup>. Item opuscula beati Gregorii Nazannensis<sup>29</sup> episcopi. Item opuscula beati Basili<sup>30</sup> Capadocii episcopi<sup>31</sup>. Item opuscula beati Athanasii<sup>32</sup> Alexandrini episcopi. <sup>33</sup>Item opuscula beati Iohannis Constantinopolitani episcopi. Item opuscula beati Theophyli<sup>34</sup> Alexandrini episcopi. Item opuscula beati<sup>35</sup> Hylarii Pictauiensis<sup>36</sup> episcopi. Item opuscula beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. Item opuscula beati Augustini Ypone Regiensis episcopi. Item opuscula beati<sup>37</sup> Ieronimi presbiteri. Item opuscula beati Prosperi uiri religiosissimi. Item epistola beati Leonis pape ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum<sup>38</sup> destinata<sup>39</sup> cuius<sup>40</sup> textus<sup>41</sup> quispiam si usque<sup>42</sup> ad unum iota disputauerit<sup>43</sup> et non eam in omnibus uenerabiliter receperit<sup>44</sup>, anathema sit. Item opuscula atque tractatus omnium patrum orthodoxorum<sup>45</sup> qui in nullo a sancte Romane ecclesie<sup>46</sup> consortio deuiarunt. nec ab eius<sup>47</sup> fide uel predicatione seiuncti sunt, sed ipsius communionis per<sup>48</sup> gratiam Dei usque in ultimum diem uite sue fuere participes legendos decernimus<sup>49</sup>. Item decretales epistolas quas beatissimi pape diuersis temporibus ab urbe Roma pro diuersorum patrum consolatione<sup>50</sup> dederunt uenerabiliter suscipiendas. Item gesta sanctorum martyrum que<sup>51</sup> multiplicibus tormentorum<sup>52</sup> cruciatibus et<sup>53</sup> mirabilium confessionum triumphis irradiantur<sup>54</sup>. Quis ista catholicorum dubitet et maiora eos in agonibus fuisse perpressos. nec suis uiribus

<sup>23</sup> beatissimi CKDBZOHA; *om.* N

<sup>24</sup> Cyrino CRXKNBP; Cyrillo ZOHA

<sup>25</sup> *corr. fr.* Diss- H

<sup>26</sup> beati *add.* ZOGHA, *om.* CRXKNB

<sup>27</sup> -ci- *ss* C

<sup>28</sup> -opi CKNBZOQA; -opis H

<sup>29</sup> *corr. fr.* Nanz- A

<sup>30</sup> Blasii P

<sup>31</sup> Cap. ep. CRBZHOA; ep. Cap. KNDP

<sup>32</sup> -na- *ss* C; -asis R; -h- *ss* H

<sup>33</sup> *In mg. from here to:* Theoph. Alex. ep. M

<sup>34</sup> -o- *ss* A

<sup>35</sup> beati LRXWKNDBPZHGOA; sancti CS

<sup>36</sup> -iensis LRX(*corr. fr.* Pect-)SWKNPH; -ensis CBZOA

<sup>37</sup> *ss* C

<sup>38</sup> ep. Const. X

<sup>39</sup> -ata CRXKNBPH; -atam ZOQA

<sup>40</sup> *ss* H

<sup>41</sup> textus CBPZHOA; *om.* RXKND; textum R<sup>2</sup>S

<sup>42</sup> si usque CNBPZHOA; suisque KD

<sup>43</sup> *corr. to* refutauerit K

<sup>44</sup> receperit CKNBZOHQ; recesserit A

<sup>45</sup> -ox- *ss* K; -doxorum *in mg.* M

<sup>46</sup> Rom. ecc. CRXKDBPQ; ecc. Rom. ZH; Rom. NOA

<sup>47</sup> ab eius] *corr. fr.* Abius X

<sup>48</sup> *ss* K

<sup>49</sup> leg. dec. CKDBZOHA; dec. leg. N

<sup>50</sup> *corr. fr.* consuetudine L<sup>2</sup>

<sup>51</sup> que LRXSWBPZHA; que a C; que pro KND; qui O

<sup>52</sup> tormentorum CKNBZOHQ; cementorum A

<sup>53</sup> et CNDBZOHA; *om.* K

<sup>54</sup> -r- *ss* C

sed Dei gratia et adiutorio uniuersa tolerasse. Sed ideo secundum<sup>55</sup> antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur. quia et<sup>56</sup> eorum<sup>57</sup> qui scripsere nomina penitus ignorantur, et ab infidelibus aut<sup>58</sup> dictis superflua aut minus apta<sup>59</sup> quam rei ordo fuerit esse putantur, sicut cuiusdam [33ra] Cyrici et Iulite, sicut Georgii<sup>60</sup> aliorumque huiusmodi passionum que ab hereticis perhibentur conscripte<sup>61</sup>. Propter quod<sup>62</sup> ut<sup>63</sup> dictum est ne uel leuis subsannandi oriretur<sup>64</sup> occasio. in sancta Romana ecclesia non leguntur<sup>65</sup>. Nos tamen cum predicta ecclesia omnes martyres et eorum gloriosos agones qui Deo magis quam hominibus noti<sup>66</sup> sunt. omni deuotione ueneramur<sup>67</sup>. Item uitas patrum Pauli, Antonii, Hylarionis et omnium heremitarum quas tamen uir<sup>68</sup> beatissimus descripsit Ieronimus. Item actus beati Siluestri apostolice sedis presulis licet eius qui conscripsit<sup>69</sup> nomen ignoretur, a multis tamen<sup>70</sup> in urbe Roma catholicis legi<sup>71</sup> cognouimus et pro antiquo usu multe hec imitantur ecclesie. Item scripturam de inuentione dominice crucis et aliam scripturam de inuentione capitis sancti Iohannis<sup>72</sup>. Nouelle quidem relationis sunt et nonnulli eas catholici legunt. Sed cum hec ad catholicorum<sup>73</sup> manus aduenerint<sup>74</sup>, beati Pauli apostoli<sup>75</sup> precedat sententia, Omnia probate. quod bonum est tenete. Iterum Rufinus<sup>76</sup> uir religiosissimus plurimos ecclesiastici operis<sup>77</sup> edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatissimus Ieronimus<sup>78</sup> in aliquibus eum de arbitrii uoluntate<sup>79</sup> notauit illa sentimus quam predictum beatum<sup>80</sup> Ieronimum sentire cognoscimus. Et non solum de Rufino sed etiam de uniuersis quos uir sepius memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula que uir beatissimus Ieronimus non repudiat legenda suscipimus. Reliqua uero<sup>81</sup> omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. Item chronica<sup>82</sup> Eusebii Cesariensis atque eiusdem ecclesiastice hystorie<sup>83</sup> libros, quamuis in primo<sup>84</sup>

<sup>55</sup> *corr. from* Christus K

<sup>56</sup> et CLRKD<sup>2</sup>BPZOHA; *om.* ND

<sup>57</sup> *ss* C

<sup>58</sup> aut CRKNPZOHA; uel B

<sup>59</sup> *corr. to* aperta H

<sup>60</sup> Georgii CRXS<sup>3</sup>KNBZOH; Gregorii R<sup>2</sup>S; Georgi A

<sup>61</sup> conscripte CKNBZOHQ; scripte A

<sup>62</sup> quod CKNBZOH; que A

<sup>63</sup> *in mg.* M

<sup>64</sup> subs. or. CKNBZHA; or. subs. O

<sup>65</sup> eccl. non leg. CKDBZOHA; non leg. eccl. N

<sup>66</sup> noti CKNBZOHQ; nati A

<sup>67</sup> -amur CKNBZOHQ; -antur A

<sup>68</sup> uir CKNBZHA; *om.* O

<sup>69</sup> conscripsit CKNBZO; scripsit HQA

<sup>70</sup> tamen CKNBZOQ<sup>2</sup>A; enim HQ

<sup>71</sup> *corr. fr.* legis H

<sup>72</sup> sancti Iohannis CXKNBP; Iohannis baptiste ZOHA

<sup>73</sup> coth- X

<sup>74</sup> peruenerint R<sup>2</sup>S

<sup>75</sup> *ss* O

<sup>76</sup> Rufinus A

<sup>77</sup> operis CKDBZOHA; ordinis NG

<sup>78</sup> -r- *ss* H

<sup>79</sup> uoluntate LRXWKNDP; libertate R<sup>2</sup>SBZGOHA; ? C

<sup>80</sup> beatum CKNBZHA; *om.* O

<sup>81</sup> uero CXKNB; autem ZGOHA

<sup>82</sup> -icia N; -ni- *ss* A

<sup>83</sup> eccl. hist. CXKNBP; hist. eccl. ZOHA

narrationis sue libro<sup>85</sup> tepuerit, et post in laudibus atque excusatione Origenis scismatici unum conscripserit librum propter rerum tamen singularem noticiam que ad [33rb] instructionem<sup>86</sup> pertinet usquequaque non dicimus renuendos. Item Orosium uirum eruditissimum<sup>87</sup> collaudamus quia ualde necessariam aduersus paganorum calumpnias<sup>88</sup> ordinauit hystoriam<sup>89</sup> miraue breuitate contexit. Item uenerabilis uiri Sedulii Paschale<sup>90</sup> opus quod heroicis descripsit uersibus<sup>91</sup> insigni laude preferimus. Item Iuuenci nichilominus laboriosum opus non spernimus sed miramur. Cetera que ab hereticis siue scismaticis conscripta uel predicta sunt nullatenus recipit catholica et apostolica Romana ecclesia. E quibus pauca que ad memoriam uenerunt et catholicis uitanda sunt credimus<sup>92</sup> subdenda<sup>93</sup>.

Ariminensem sinodum a Constantino cesare<sup>94</sup> Constantini<sup>95</sup> augusti filio congregatam<sup>96</sup>, mediante Tauro<sup>97</sup> prefecto ex tunc et nunc et<sup>98</sup> usque in eternum confitemur esse dampnatam. Itinerarium nomine Petri apostoli quod appellatur sancti Clementis libri decem apochriphum. Actus nomine Thome apostoli apochriphi, Actus nomine Petri apostoli apochriphi<sup>99</sup>, Actus nomine Philippi apostoli apochriphi, Actus nomine Andree apostoli apochriphi, Euangelium nomine Mathie apochriphum, Euangelium nomine Petri apostoli apochriphum<sup>100</sup>, Euangelium nomine Iacobi minoris apochriphum, Euangelium<sup>101</sup> nomine Barnabe<sup>102</sup> apochriphum, Euangelia<sup>103</sup> nomine Thome<sup>104</sup> quibus<sup>105</sup> Manichei utuntur apochripha<sup>106</sup>. Euangelia<sup>107</sup> nomine<sup>108</sup> Bartholomei apostoli apochripha, Euangelia que falsauit Lucianus apochripha, Euangelia que falsauit Isicius apochripha. Liber de infantia Saluatoris et de Maria uel obstetrice<sup>109</sup> apochriphus, Liber qui appellatur Pastoris apochriphus. Libri omnes quos fecit Leucius<sup>110</sup> discipulus diaboli apochriphi. Liber qui appellatur Fundamentum apochriphus, Liber qui appellatur Thesaurus apochriphus, Liber de filiabus Ade lecto Geneseos apochriphus, Liber qui appellatur<sup>111</sup> Actus Tecele et Pauli apostoli apocriphus,

<sup>84</sup> primo CLRXWBPZOHA; primum KND

<sup>85</sup> libro CLRWBPZOHA; librum KND

<sup>86</sup> -ionem CKNBOHA; -inem Z

<sup>87</sup> erudent- A

<sup>88</sup> in mg. M

<sup>89</sup> historiam CKNBZHA; uictoriam O

<sup>90</sup> Paschale CKNBZO; Pasche HQA?

<sup>91</sup> uersibus CKNBZOHQ; usibus A

<sup>92</sup> credimus CKNBZOA; credidimus H

<sup>93</sup> uit. - subd.] credimus uitanda subdenda sunt Q

<sup>94</sup> repeated G

<sup>95</sup> corr. to -antio Z

<sup>96</sup> congregat- A

<sup>97</sup> Tanro B

<sup>98</sup> et CND<sup>2</sup>BPZOHA; om. KD

<sup>99</sup> Actus nomine Petri ap. apoc. before Actus nomine Andree below A

<sup>100</sup> Eu. nomine Thome - utuntur apoc. here HQ

<sup>101</sup> corr. fr. -elia R

<sup>102</sup> apoc. CBZOA; apostoli apoc. KNH; apostoli P.

<sup>103</sup> -elia CRKNB; -ium ZHA; O uncertain

<sup>104</sup> apostoli add. S<sup>2</sup>H, om. CLXKNBZOA

<sup>105</sup> corr. from qui O

<sup>106</sup> after Thome GQ; see above for HQ

<sup>107</sup> -lia CKNBZ; -lium HQA; Eu' O

<sup>108</sup> nomine CRKNBZO; om. HQA

<sup>109</sup> abstet- A

<sup>110</sup> corr. from Leuticius G

<sup>111</sup> -atur C?KBPZOHA; -atus est N; appell' D



Liber qui appellatur Nepotis apocrifus<sup>112</sup>, Liber prouerbiorum qui ab [33va] hereticis conscriptus<sup>113</sup> et Sancti Syxti nomine prenotatus est<sup>114</sup> apochriphus. Reuelatio que appellatur Pauli apostoli apochripha<sup>115</sup>, Reuelatio que appellatur Thome apochripha, Reuelatio que appellatur Stephani apochripha, Liber qui appellatur Transitus sancte Marie apochriphus, Liber qui appellatur Penitentia Ade apochriphus, Liber de Vegia nomine gigante apochriphus<sup>116</sup> qui cum dracone post diluuium ab hereticis pugnasse perhibetur<sup>117</sup>, Liber qui appellatur Testamentum Iob apochriphus, Liber qui appellatur Penitentia Origenis apochriphus, Liber qui appellatur Sancti Cypriani<sup>118</sup> apochriphus. Liber qui appellatur Iamne Penitentia<sup>119</sup> et Manbre apochriphus, Liber qui appellatur Physiologus laus apostolorum apochriphus. Liber qui appellatur Sortes apostolorum<sup>120</sup> apochriphus<sup>121</sup>, Liber qui<sup>122</sup> appellatur Physiologus qui ab hereticis conscriptus et<sup>123</sup> beati Ambrosii nomine signatus est apochriphus. Hystoria Eusebii Pamphyli apochripha. Opuscula Tertulliani apochripha. Opuscula Lactantii<sup>124</sup> apochripha, Opuscula Affrici apochripha, Opuscula Postumiani<sup>125</sup> et Galli apochripha, Opuscula Montani et<sup>126</sup> Priscille<sup>127</sup> et Maximille<sup>128</sup> apochripha<sup>129</sup>, Opuscula omnia Fausti manichei<sup>130</sup> apochripha, Opuscula Commodiani apochripha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini<sup>131</sup> apochripha, Opuscula Tharsi Cypriani apochripha, Opuscula Arnobii apochripha, Opuscula Tyconii<sup>132</sup> apochripha, Opuscula Cassiani presbiteri Galliarum apochripha. Opuscula Frumentii ceci, Victorini Pictauiensis<sup>133</sup> apochripha, Opuscula Fausti Regensis Galliarum<sup>134</sup> apochripha. Opuscula Frumentii ceci apochripha<sup>135</sup>, Certonem de Christo uirgilianis compaginatum uersibus<sup>136</sup> apochriphum, Epistola Ihesu ad Abagarum<sup>137</sup> apochripha, Epistola Abagari<sup>138</sup> ad Ihesum apochripha, Passio Cirici<sup>139</sup> et Iulite apochripha, Scriptura<sup>140</sup> que appellatur Contradictio Salomonis apocripha. Hec et his similia que Simon magus, Nicholaus,

<sup>112</sup> Liber qui app. Nep. ap. *in mg.* V<sup>1</sup>

<sup>113</sup> conscriptus CLRWBPZHQ; conscriptus est KNDO; scriptus A

<sup>114</sup> est CRSPZOHQ<sup>2</sup>A; *om.* KNDBGQ

<sup>115</sup> Reuelatio que appellatur Pauli ap. apoc. *om.* A

<sup>116</sup> apoc. CKDBZOHA; *om.* N

<sup>117</sup> ap. *add.* N

<sup>118</sup> -r- *ss* C

<sup>119</sup> Iamne Penitentia CRWKNPZOHQ; Pen. Iamne B; Iamne Penitennia A

<sup>120</sup> a- *ss* C; apostolorum *om.* R; Liber qui app. Physiol. – apostolorum *in mg.* L<sup>2</sup>

<sup>121</sup> Liber qui appellatur Phys. – apoc. *in mg.* H<sup>2</sup>

<sup>122</sup> qui CKNBZOHQ; *om.* A

<sup>123</sup> *corr. fr.* est O

<sup>124</sup> Iact- B

<sup>125</sup> -iani CRKNBZOQA; -ani H

<sup>126</sup> et CRXKNVO; *om.* BGZHQA

<sup>127</sup> Piscille B

<sup>128</sup> Mamaximille O

<sup>129</sup> opusc. Montani - apoc. *om.* P; Opuscula Affrici - Max. apoc. *in mg.* V<sup>1</sup>

<sup>130</sup> -ni- *ss* Z

<sup>131</sup> Clem. Alex. CKNBZOHQ; Alex. Clem. A

<sup>132</sup> -onii CRXWKNDP; -onii SBVZOHQA

<sup>133</sup> -ionensis RWKNZBP?OQA; -iensis LXS; -ianensis G?; -onensis H; ? C

<sup>134</sup> Galliarum C?RXKNBPZOHQ; *om.* A

<sup>135</sup> Opuscula Frumentii cec. apoc. *om.* N, *in* C?LKDBPZ(*om.* apoc.)OHA

<sup>136</sup> comp. uers. LRXWBPZOHA; uers. comp. KND; ? C

<sup>137</sup> Abagarum RXKDB; Adgabarum N; Abagum P<sup>2</sup>; Abgarum OH<sup>2</sup>Q<sup>2</sup>A; Agarum H; Abgarium Q; ? C

<sup>138</sup> Abagari CRXKNDB; Agari P; Abgari ZOHQA

<sup>139</sup> Cirici RXSWKNBPZOHA; Ciri L; ? C

<sup>140</sup> -c- *ss* N

Cherintus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus Fotinus<sup>141</sup> et Bonosus, et qui simili errore<sup>142</sup> deferunt<sup>143</sup>. Montanus quoque cum suis [33vb] obscenissimis sequacibus, Apollinaris<sup>144</sup>, Valentinus siue Manicheus, Faustus, Affricanus, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbastius<sup>145</sup>, Celertus, Donatus, Eustatius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus<sup>146</sup> Celanensis, Celertius<sup>147</sup>, Maximianus<sup>148</sup>, Priscillianus, Persilianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Vnicus, Lampetius, Dyoscorus, Euthincius, Petrus et alius Petrus e<sup>149</sup> quibus unus Alexandriam alius Antiochiam maculauit, Acatius Constantinopolitanus cum<sup>150</sup> sociis suis, necnon et omnes heresiarche, heresisque eorum discipuli siue scismatici quod<sup>151</sup> docuerunt uel conscripserunt quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, uerum etiam ab omni Romana ecclesia catholica et<sup>152</sup> apostolica eliminanda atque cum suis auctoribus auctorumque<sup>153</sup> subsequacibus sub anathemate indissolubili uinculo in eternum confitemur esse dampnata.

[N.B. That apoc. and Euangel. expansions here cannot be collated with profit, since the forms are usually heavily contracted; much of C is illeg.]

JK 700; H 635a-637b, M 984-8; Thiel 1.454; Coll. Sem. 1.126-7; ID 4.64-65 as BD 3.220-1; IP 2.91, 2.123; D 15 c 3

<sup>141</sup> Fotinus C?RKNBZOHQ; Fortenus A

<sup>142</sup> herrore corr. fr. horore O

<sup>143</sup> deferunt RXSKDBVP; defecerunt LWV<sup>2</sup>ZOHA; ferunt K<sup>2</sup>; deferuntur N; ? C

<sup>144</sup> Apollinaris CRXSKNV<sup>2</sup>P; Apollonaris LBVZOHQA; Apollonarius G

<sup>145</sup> -astius CKNBZOHQ; -astinus A

<sup>146</sup> ss K

<sup>147</sup> Celertius RXSWNDBVZOH; Cellertius CK; uel clercius L; Celertus PQ; Celertinus A

<sup>148</sup> Maximianus CKNBZHOA; Maximinius O<sup>2</sup>

<sup>149</sup> e CKNBZOHQ; om. G

<sup>150</sup> cu O

<sup>151</sup> quod CKDBZOHQ; om. N

<sup>152</sup> et CKNBZOHQ; om. A

<sup>153</sup> auctoribus auctorumque CKNBZOH; actoribus actorumque Q; auctorum auctoribusque A

## 2

*De iusta dampnatione Achatii<sup>1</sup>. Quod non possit uenia dari in errore duranti<sup>2</sup>*

Gelasius Fausto<sup>3</sup> magistro fungenti legationis officio Constantinopolim. Legatur ex quo est<sup>4</sup> religio Christiana uel certe detur exemplum in ecclesia Dei a quibuslibet pontificibus aut ab ipsis apostolis, ab ipso denique Salvatore ueniam nisi se corrigentibus fuisse concessam. Auditum autem sub isto celo non<sup>5</sup> legitur omnino nec dicitur quod eorum uoce depromitur, <sup>6</sup>Date nobis ueniam ut tamen nos<sup>7</sup> in errore duremus. Id quoque par esse<sup>8</sup> ostendant qui nobis canones nituntur opponere quibus hoc<sup>9</sup> canonibus, quibus regulis qua lectione, quoue<sup>10</sup> documento siue a maioribus nostris siue ab ipsis apostolis quos potiores merito fuisse non dubium est seu ab ipso

<sup>1</sup> De - Achatii in mg. H

<sup>2</sup> rubr. in mg. ZO; text HQ; om. A

<sup>3</sup> facto O

<sup>4</sup> repeated H

<sup>5</sup> non CLRXKNBP; nec ZOHQA

<sup>6</sup> New section begins here in A, with rubric: Quod non possit uenia dari in errore duranti

<sup>7</sup> nos CRKDBZOHQ; om. N

<sup>8</sup> par esse CRXKNBP; est GO; par est Z<sup>2</sup>HQ; pars est ZA

<sup>9</sup> hoc CKBPZOHQ; om. N; hec D

<sup>10</sup> quoue CXKNBP; quo uel ZOHA

Domino Salvatore qui iudicaturus creditur<sup>11</sup> uiuos<sup>12</sup> et mortuos siue factum est unquam uel faciendum esse mandatur<sup>13</sup>. Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos [34ra] absoluisse non legimus. Et qui hoc certam faciendi solus<sup>14</sup> habuit potestatem<sup>15</sup>. beato Petro mandat principaliter apostolo, Que ligaueris super terram ligata erunt<sup>16</sup> et in celo et que<sup>17</sup> solueris super terram soluta erunt<sup>18</sup> et in celo<sup>19</sup>. Super terram, inquit, nam<sup>20</sup> in hac ligatione<sup>21</sup> defunctum nusquam dixit absolui. Non solum presuli apostolico<sup>22</sup> facere licet. sed<sup>23</sup> unicuique<sup>24</sup> pontifici quo scilicet<sup>25</sup> quemlibet locum secundum regulam hereseos ipsius ante<sup>26</sup> dampnate<sup>27</sup> a catholica communione<sup>28</sup> discernunt<sup>29</sup>. Achatius quippe non fuit noui uel proprii inuentor erroris ut in eum noua scita<sup>30</sup> procederent. Sed alieno facinori suam communionem miscuit. Itaque necesse fuit ut in illam recideret<sup>31</sup> iusta lance sententiam qua cum suis successoribus per conuentiam<sup>32</sup> synodalem susceperat auctor<sup>33</sup> erroris<sup>34</sup>. Nobis opponunt canones dum<sup>35</sup> nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipsi uenire se produunt quod prime sedi sana rectaque suadenti parere diffugiunt<sup>36</sup>. Ipsi sunt canones qui appellationes<sup>37</sup> totius ecclesie ad huius sedis examen uoluere differi<sup>38</sup>. Ab ipsa uero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt ac per hoc illam de tota<sup>39</sup> ecclesia iudicare, ipsam<sup>40</sup> ad nullius commear<sup>41</sup> iudicium, nec de eius unquam preceperunt<sup>42</sup>

<sup>11</sup> -itur CLSWK<sup>2</sup>DBVPZOHA; -iturus RXKN

<sup>12</sup> *All from here to errore mortuos below in mg. M*

<sup>13</sup> *A begins new section, with rubric: Viuenti tantum posse dari ueniam; same rubric in mg. XZOG??HQ*

<sup>14</sup> *corr. fr. salus Z*

<sup>15</sup> *in mg. M*

<sup>16</sup> *ligata erunt CRBPZO; erunt ligata KNHA*

<sup>17</sup> *corr. fr. quecumque Z*

<sup>18</sup> *soluta erunt CKNBZOQ; erunt soluta HA*

<sup>19</sup> *et que solueris - in celo in mg. W<sup>2</sup>; L(mg.)SW begin new section with rubric: Viuenti tantum (tamen W) posse dari (dare S) ueniam. Same passage added in text L, in mg. R<sup>2</sup>X<sup>2</sup>P (P with no break)*

<sup>20</sup> *na O*

<sup>21</sup> *leg- A*

<sup>22</sup> *Licere cuicumque pontifici sequaces heresis ante dampnate (-ato L, -ata Q) a communione separare (-ari K, sep. om. O) in mg. LR<sup>2</sup>SVPZOGHQA, cf W at note below*

<sup>23</sup> *ss Z*

<sup>24</sup> *unicuique CRXKNB; iunicuique P?; cuicumque ZOHA*

<sup>25</sup> *scil. CNBZOHA; sane K*

<sup>26</sup> *ante CKDBZOHA; autem N*

<sup>27</sup> *-ate CKNBZOHQ; -are A*

<sup>28</sup> *ante add. Z (om. CKNBOHA)*

<sup>29</sup> *-unt CRXKN; -ant BVGZOHA. W here begins a new section, with rubric: Licere quicumque episcopi sequaces heresis ante dampnate a communione separare*

<sup>30</sup> *scita CRXK<sup>2</sup>NBZOHA; cita KD; scista P*

<sup>31</sup> *recid- CRNDBPZOHQ<sup>2</sup>; reced- KQA*

<sup>32</sup> *coniu- CRKNBZOHQ<sup>2</sup>; conu- QA*

<sup>33</sup> *auctor CKNBZOHQ; actor A*

<sup>34</sup> *A begins a new section, with the rubric: De iudicio sedis apostolice non esse iudicandum; same rubric in mg. LSVPOHQ; see below for W*

<sup>35</sup> *in mg. Z*

<sup>36</sup> *diffig- A. W here begins a new section with rubric: De iudicio sedis apostolice non esse iudicandum; same text in mg. R<sup>2</sup>X<sup>2</sup>S<sup>2</sup>*

<sup>37</sup> *-iones CRK<sup>2</sup>BPZOHA; -ionis KND*

<sup>38</sup> *differri CRXKNBPZ<sup>2</sup>; deferri ZOHA*

<sup>39</sup> *de tota CKNBZHA; deuota O*

<sup>40</sup> *ipsam CKNBZOHQ; ipsa A*

<sup>41</sup> *ad null. comm. CKNVPZOHA; comm. ad null. B*

<sup>42</sup> *prec- CRNDBPZOHQ; perc- KA*

iudicio<sup>43</sup> iudicari, sententiamque<sup>44</sup> illius constituerunt non<sup>45</sup> oportere dissolui, cuius potius sequenda decreta mandarunt<sup>46</sup>. In hac<sup>47</sup> ipsa causa Timotheus Alexandrinus et Petrus Antiochenus<sup>48</sup>, Petrus, Paulus, Iohannes et ceteri non solum unus sed plures utique<sup>49</sup> nomen sacerdotii preferentes, sola<sup>50</sup> sedis apostolice sunt auctoritate deiecti.<sup>51</sup> Qua traditione maiorum apostolicam sedem in iudicio uocant<sup>52</sup>? An secunde sedis antistes<sup>53</sup> et<sup>54</sup> tercie ceterique bene conscii sibi sacerdotes depelli debuerunt et qui extitit religionis inimicus depelli non debuit? Viderint ergo<sup>55</sup> si alios habent canones quibus suas ineptias exequantur. Ceterum isti<sup>56</sup> qui sacri, qui ecclesiastici, [34rb] qui legitimi<sup>57</sup> celebrantur<sup>58</sup> non solum sedem apostolicam ad iudicium uocare non possunt, et Constantinopolitane<sup>59</sup> episcopus ciuitatis que utique<sup>60</sup> per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens<sup>61</sup> perfidorum non debuit submoueri?<sup>62</sup>

*JK 622; Thiel 1.107; H 637a Inscr., 637b.24-48 to dixit absoluti, 638a 3-32 to auctoritate deiecti, 638a.56 - 638b.2, M 954-5, 956; Coll. Sem. 1.228a to dixit absolui; ID 5.9 (Nobis opponunt - submoueri), 14.61 (Mortuos suscitasse - dixit absolu[i]); IP 5.119 as ID 14. 61; +D 22 c 5 (Qua traditione - end), +C 9 q 3 c 16 (Ipsi sunt - mandauerunt), +C 24 q 1 c 3 (Achatius non fuit - auctor erroris), C 24 q 2 c 2 (Legatur ex quo - [dixit absolui], of which the end is an addn)*

<sup>43</sup> iudicio C<sup>2</sup>LSWKNDPZOHA; om. CRX

<sup>44</sup> -que CKNBZOQA; om. H

<sup>45</sup> non CRXKNBP; om. ZOHA

<sup>46</sup> -arunt CKNBZO; -auerunt HQA

<sup>47</sup> ss A

<sup>48</sup> -o- ss N

<sup>49</sup> utique CKNBZOHQ; tutique A

<sup>50</sup> ss A

<sup>51</sup> A places the rest of this canon after c 3; HQ begin a new canon, (H with rubric: Idem de eodem)

<sup>52</sup> -ant CKNBZOQA; -antur H

<sup>53</sup> corr. to antistites Q

<sup>54</sup> et CKNBZOHQ; om. A

<sup>55</sup> ergo CKNV<sup>2</sup>ZOHA; om. BVP

<sup>56</sup> isti CKDBPZ<sup>2</sup>OHA; om. NZ

<sup>57</sup> -gi- ss A

<sup>58</sup> isti add. N (om. CKBZOHA)

<sup>59</sup> -ane CKNBZOHQ; -ano A

<sup>60</sup> que utique C<sup>2</sup>LSWKNBVPZOHA; om. CRX

<sup>61</sup> recidens CNDBPZOHQ<sup>2</sup>; recides K; recedens QA

<sup>62</sup> -oueri CKNBZOHQ; -oui A

### 3

*Ex decretali epistola. Non esse iterum disputandum contra heresim ante dampnatam<sup>1</sup>*

Gelasius dilectissimis fratribus uniuersis episcopis per Dardaniam constitutis. Maiores nostri diuina inspiratione cernentes necessarie<sup>2</sup> precauerunt<sup>3</sup>, ut<sup>4</sup> quod contra unam quandoque<sup>5</sup> heresim coacta semel synodus pro fide. communionem et ueritate catholica atque apostolica promulgasset non sinerent nouis post hec<sup>6</sup> retractationibus<sup>7</sup>

<sup>1</sup> Ex - dampnatur om. A

<sup>2</sup> necessarie CRWNBPZOHA; necesse KD

<sup>3</sup> corr. fr. predicauerunt ND

<sup>4</sup> ss L<sup>2</sup>

<sup>5</sup> quandoque CRXWDBVP; quamque KNZOHA

<sup>6</sup> nouis post hec C(with lacuna)LSK<sup>2</sup>NDVZHA; nouis post hec nouis RXKB; nouis post hec nouis P; post hec nouis O

<sup>7</sup> retractationibus CKDBZOHA; traditionibus N

mutilari<sup>8</sup> ne prauis occasio preberetur<sup>9</sup> que medicinaliter fuerant<sup>10</sup> statuta pulsandi. sed auctore cuiuslibet insanie ac pari errore dampnato sufficere iudicauerunt ut quisquis aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia<sup>11</sup> dampnationis eius esset obstrictus<sup>12</sup>. Sic Sabellium dampnauit synodus nec fuit necesse<sup>13</sup> ut eius sectatores postea dampnarentur, sed pro tenore constitutionis antike<sup>14</sup> qui uel prauitatis illius uel communionis extitere participes<sup>15</sup> uniuersalis ecclesia duxit esse refutandos. Sic Arrium, Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condempnans ulterius ad noua concilia uenire non sinit<sup>16</sup>.  
*JK 664; H 642a.34-46 to esset obstrictus, 51-57 to esse refutandos, 57-64 (much abbreviated), M 963; +C 24 q 1 c 2*

<sup>8</sup> id est detruncari *add. S ss*

<sup>9</sup> -ur *added in red O*

<sup>10</sup> *corr. fr. -int Z*

<sup>11</sup> *corr. fr. sententia Z*

<sup>12</sup> obstrictus LRXSWKNBVPZOHA; constrictus C

<sup>13</sup> *after corr. H*

<sup>14</sup> antike LRXSWKNBVPZOHA; antiquis *with -u- ss C*

<sup>15</sup> extitere participes CKNBPHA; existere (-s- ss) participes Z; extiterit particeps O

<sup>16</sup> *A here adds the end of c 2 above, Qua traditione - debuit submoui, with the rubric: Ex decretali epistola. Non est iterum disputandum et contra heresim ante dampnatam*

#### 4

*Ex generalibus decretis pape Gelasii. cp. i<sup>2</sup>. De institutis ecclesiasticis pro temporum qualitate<sup>3</sup> moderandis<sup>4</sup>*

Dilectissimis fratribus uniuersis episcopis<sup>5</sup> per Lucaniam et Syciliam Gelasius. Necessaria rerum<sup>6</sup> dispositione constringimur sic canonum paternorum decreta librare et retro presulum decessorumque nostrorum precepta metiri ut que presentium necessitas temporum restaurandis ecclesiis relaxanda deprecatur, adhibita consideratione diligenti quantum potest [34va] fieri<sup>7</sup> temperemus.

*JK 636; H 650b.14-22, M 939-40 (c 1 pt); ID 3.141; C 1 q 7 c 6*

<sup>2</sup> cp. i *after moderandis K*

<sup>3</sup> calitate O

<sup>4</sup> moderandis CKDBZOHA; temperandis N. De – moderandis *in mg. ZO*

<sup>5</sup> frat. uniu. episc. CNBZOHA; uniu. ep. atque fratribus K

<sup>6</sup> rerum CKNBZQA?; rex H

<sup>7</sup> potest fieri CKNBZOQA; fieri potest H

#### 5

*Vbi nulla urget necessitas instituta patrum non esse uiolanda cp. ii*

Priscis igitur<sup>1</sup> pro sua reuerentia manentibus constitutis que ubi<sup>2</sup> nulla uel rerum uel<sup>3</sup> temporum<sup>4</sup> perurget angustia regulariter conuenit custodiri, quatinus ecclesiis que uel cunctis sunt priuate ministris uel sufficientibus usque adeo despoliate<sup>5</sup> seruitiis<sup>6</sup> ut plebibus ad se pertinentibus diuina munera supplere non ualeant, tam instituendi quam prouidendi clericalis<sup>7</sup> obsequii<sup>8</sup> sic spacia dispensanda concedimus.

*JK 636; H 650b.40-9, M 940, (c 2); ID 3.142; cf D 55 c 1a var.*

<sup>1</sup> igitur CNDBZOHA; ergo K

<sup>2</sup> ubi CRKNVPZOHA; ibi B

<sup>3</sup> ss K

<sup>4</sup> nulla uel rerum - temp. *om. P*

<sup>5</sup> -ate CRXKNBP; -ata ZOHA

<sup>6</sup> -s ss C

<sup>7</sup> cler- CKNBOHA; clar- Z

<sup>8</sup> obsequii CKDBZOHA; officii N

## 6

*Vt cum defuerint cleri de monachis eligantur cp. iii*

Vt<sup>1</sup> si quis etiam de religioso proposito et disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedit in primis eius uita preteritis acta temporibus inquiratur si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortasse<sup>2</sup> uxorem nec a marito reiectam sortitus ostenditur.

*JK 636; H 650b.50-56, M 940 (c 3 pt); ID 3.143; cf D 55 c 1b widely var., D 77 c 8 as here*

<sup>1</sup> Vt CRXSKNBZOH; Et LA

<sup>2</sup> non habuit fortasse LRXSKNBVPZOHA; fortasse non habuit C; habuit fortasse W

7<sup>1</sup>*Vt nulla precia<sup>2</sup> de<sup>3</sup> baptizandis et consignandis fidelibus exigantur cap. vii*

Baptizandis consignandisque fidelibus precia nulla prefigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare<sup>4</sup> cupiant renascentes quoniam quod gratis accepimus gratis dare<sup>5</sup> mandamur<sup>6</sup>. Et ideo nichil a predictis prorsus exigere moliantur quo uel paupertate cogente deterriti uel indignatione reuocati redemptionis sue causas<sup>7</sup> adire despiciant, certum habentes quod qui<sup>8</sup> prohibita deprehensi fuerint admisisse<sup>9</sup> uel commissa non potius sua sponte correxerint periculum subituri proprii sint honoris<sup>10</sup>.

*JK 636; H 651a.65 – b.10, M 941 (c 7); Coll.Sem. 2.11; ID 1.71 (first sentence only); C 1 q 1 c 99*

<sup>1</sup> after c. 8 A

<sup>2</sup> corr. fr. premia Q

<sup>3</sup> ss A

<sup>4</sup> corr. fr. -ate H

<sup>5</sup> corr. fr. date H

<sup>6</sup> -amur CKNBZOQ; -amus HA

<sup>7</sup> -s ss A

<sup>8</sup> ss K

<sup>9</sup> admisisse CKNBZOHQ; admisse A

<sup>10</sup> honoris CKNBZOHQ; om. A

## 8

*Non debere fieri baptisma preter Pascha et Pentecosten nisi necessitas cogat c.xii<sup>1</sup>*

Baptizandi sibi quispiam<sup>2</sup> passim quocumque<sup>3</sup> tempore nullam<sup>4</sup> credat inesse fiduciam preter Paschale festum et Pentecostes<sup>5</sup> uenerabile sacramentum<sup>6</sup>, excepto dum [34vb] taxat grauissimi languoris<sup>7</sup> incursu, in quo uerendum<sup>8</sup> est ne<sup>9</sup> morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis egrotans<sup>10</sup> exitio preuentus abscedat.

*JK 636; H 652a.43-51, M 943 (c 12); Coll.Sem. 2.13; Br fo. 78r; ID 1.199 as BD 4.4; De cons D 4 c 18*

<sup>1</sup> xii CRKNBZOH; iiii A

<sup>2</sup> sibi quispiam CKNBZO; quispiam sibi HQA

<sup>3</sup> quocumque CKNBZOA; quoque HQ

<sup>4</sup> nullam CKNBZHA; nulla O

<sup>5</sup> -tes CRXKNB; -ten ZOHA

<sup>6</sup> et add. KND, om. CLRXWBVPZOHA

<sup>7</sup> corr. fr. -res B

<sup>8</sup> uerendum CKNBOHQ; reuerendum Z

<sup>9</sup> ne CKNBZOH; nec A

<sup>10</sup> egrotans CKNBZOHQ; egrotas A

## 9

*Ordinationes non esse<sup>1</sup> faciendas nisi in ieiunio quatuor temporum cp. xiii<sup>2</sup>*

Ordinationes etiam presbyterorum et dyaconorum nisi certis temporibus et diebus exerceri non debent id est<sup>3</sup> quarti mensis ieiunio<sup>4</sup> septimi et decimi. Sed etiam quadragesimalis inicii ac mediane<sup>5</sup> quadragesime die sabbati ieiunia circa uesperam<sup>6</sup> celebranda<sup>7</sup> nec cuiuslibet utilitatis<sup>8</sup> seu presbiterum seu dyaconum his preferre qui ante<sup>9</sup> ipsos fuerint ordinati.

*JK 636; H 652a.52-60, M 943 (c 13); ID 6.74; IP 3.25; D 75 c 7*

<sup>1</sup> *ss* O

<sup>2</sup> cp. xiii LRKDBZOHQ; xiiii N; *om.* A; ? C

<sup>3</sup> debent id est CKNBZOQA; debent H

<sup>4</sup> et *add.* C, *om.* LRXSWKNBVPZOHA

<sup>5</sup> *corr.* to -iante H

<sup>6</sup> -eram CSKNBZOHQ; -erum A; nouerint *add.* CL<sup>2</sup>SV<sup>2</sup>, *om.* LRWKNBVPZOHA

<sup>7</sup> -andas S

<sup>8</sup> causa *add.* S<sup>2</sup>

<sup>9</sup> *corr.* fr. non X

## 10

*Ne<sup>1</sup> illiteratus<sup>2</sup> uel membro<sup>3</sup> imminutus ad clerum<sup>4</sup> promoueat<sup>5</sup> c.xviii<sup>6</sup>*

Illiteratos quoque<sup>7</sup> et nonnulla parte corporis imminutos sine ullo respectu ad ecclesiasticum didicimus uenire seruitium. Quod simul antiqua traditio et apostolice sedis uetus forma non recipit, quia nec litteris carens sacris<sup>8</sup> esse potest aptus officii et uitiosum nichil prorsus Deo<sup>9</sup> offerri, legalia precepta sanxerunt. itaque de cetero modis omnibus hec uitentur, nec quisquam talis suscipiatur in clerum.

*JK 636; H 652b.61 – 3a.3, M 944 (c 18); ID 6.75; cf D 36 c 1 widely var.*

<sup>1</sup> Ne CRKNBZOQA; Nec H

<sup>2</sup> -it- *ss* A

<sup>3</sup> immembro O

<sup>4</sup> clerum CKNBZOHQ; clericorum A

<sup>5</sup> *corr.* fr. -eantur O; -uehatur ND

<sup>6</sup> c. xviii *om.* A

<sup>7</sup> *om.* P

<sup>8</sup> sacris CKNVPZOHA; *om.* B

<sup>9</sup> prorsus Deo CRXKNBP; Deo prorsus ZOHA

## 11

*De tricennali possessione*

Gelasius Romane ecclesie episcopis qui in Sicilia sunt constituti. Illud etiam annecti placuit ut si quod absit facultates ecclesie necnon et dyoceses ab aliquibus possidentur episcopis iure sibi uendicent quod tricennalia lex conclusit. Quia et filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas ut ultra triginta annos nulli liceat pro eo appellare quos<sup>1</sup> legum tempus<sup>2</sup> exclusit.

*JK 637; H 654b.46-53, M 947, c 2; BD 3.147 sl. var. (cf c 20 below); ID 3.144 as here; C 13 q 2 c 1 from Facultates, C 16 q 3 c 2b as c 20 below, to emanauit auctoritas*

<sup>1</sup> quos C?LRXSWKNBVPZOHA; quod S<sup>2</sup>

<sup>2</sup> legum tempus CLRXSWBVPZOHA; tempus legum KND

## 12

*De promotione monachorum nouiter conuersorum uel laicorum*

Gelasius uniuersis episcopis per Lucaniam et Syciliam<sup>1</sup>. Monachus nouitius morum honestate fulcitus continuo lector uel notarius aut certe defensor effectus, post tres menses [35ra] existat accolitus, maxime si huic etas etiam<sup>2</sup> suffragatur<sup>3</sup>, sexto mense subdyaconi nomen accipiat. Ac si modeste conuersationis honesteque uoluntatis existat<sup>4</sup>, nono mense dyaconus, completoque anno sit presbiter. Cui tamen quod annorum fuerant interstitia<sup>5</sup> collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur prestitisse deuotio. Si uero laicus quispiam ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis que superius comprehensa sunt huiusmodi decet<sup>6</sup> examinari personam quantum inter mundanam religiosamque uitam constat esse discriminis, quia utique conuenientia ecclesie ministeria reparanda sunt, non inconuenientibus meritis ingerenda. Tantoque magis quod sacris aptum possit esse seruitiis in eorum querendum est institutis quantum de<sup>7</sup> tempore quo fuerant hec assequenda decerpitur, ut morum habere<sup>8</sup> doceatur hoc probitas quod prolixior<sup>9</sup> consuetudo non contulit ne per occasionem supplende penurie clericalis uicia potius diuinis cultibus intulisse non legitime familie computemur procurasse compendia<sup>10</sup>. Quorum promotionibus super<sup>11</sup> anni metas sex menses nichilominus subrogamus<sup>12</sup> quoniam sicut dictum est distare conuenit inter personam diuino cultui deditam et de laicorum conuersatione uenientem. Que tamen eatenus indulgenda credimus, ut ecclesiis ab hac occasione cessantibus<sup>13</sup> canonum paternorum uetus forma seruetur. JK 636; H 650b.62 - 651a.49, M 940-1 modified at beg. and end; D 77 c 9

<sup>1</sup> Gelasius - Syc. as inscr. before rubric ZOHQA

<sup>2</sup> etiam CKNBZOHQ; in A

<sup>3</sup> corr. fr. -tor Z

<sup>4</sup> -tat LRXSWKNO; -tit CBPZO<sup>2</sup>HA; extiterit V

<sup>5</sup> interstitia CSKDBZOHA; intertitia N; id est interualla add. S<sup>2</sup>

<sup>6</sup> corr. fr. debet O

<sup>7</sup> de CKNBZHA; om. O

<sup>8</sup> ss C

<sup>9</sup> corr. fr. -xor Z

<sup>10</sup> id est commoda add. S<sup>2</sup>

<sup>11</sup> super LSWKNBVPZOHA; si per CRX

<sup>12</sup> -mus CKNBZHA; -mur O

<sup>13</sup> cessantibus CKNBZHA; cedentibus O

### 13

*Item<sup>1</sup> idem<sup>2</sup> in eadem. Ne<sup>3</sup> dyaconi baptizent sine episcopo uel presbitero*

Dyacones<sup>4</sup> quoque propriam constituimus<sup>5</sup> seruare mensuram, nec ultra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam temptare permittimus, nichil<sup>6</sup> eorum suo ministerio penitus applicare que prioribus ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absque episcopo uel presbitero<sup>7</sup> baptizare non presumant nisi fortassis predictis<sup>8</sup> officiis longius constitutis necessitas extrema compellat quod et laicis [35rb] Christianis facere plerumque conceditur. Hos non in presbiterio residere cum diuina celebrantur uel<sup>9</sup> ecclesiasticus<sup>10</sup> celebratur quicumque tractatus. Sacri corporis

<sup>1</sup> Item CKNBZ; om. OHA

<sup>2</sup> idem CKNBOHA; om. ZQ

<sup>3</sup> Ne CKNBZOHQ; Nec A

<sup>4</sup> -ones CRXKNB; -onos ZOHA

<sup>5</sup> prop. const. CKNBZOQA; const. prop. H

<sup>6</sup> que add. ss K

<sup>7</sup> corr. fr. clero O

<sup>8</sup> fort. pred. CRXKNB; pred. fort. ZOHA

<sup>9</sup> ab add. ss K



prorogationem<sup>11</sup> sub conspectu episcopi seu presbiteri nisi<sup>12</sup> his<sup>13</sup> absentibus ius non habeant exercendi.

*JK 636; H 651b.35-51, M 942, (cc 9-10); ID 6.99 as here, 1.252 to conceditur as BD 4.57; D 93 c 13 as here, though all from plerumque conceditur was added later*

<sup>10</sup> -icus CNBZOHA; -icis K

<sup>11</sup> pror- CKNBOHQA; prer- Z

<sup>12</sup> n O

<sup>13</sup> corr. fr. is Z

## 14

### *Idem. De<sup>1</sup> tempore consecrandarum uirginum*

Deuotis quoque uirginibus nisi aut in Epyphaniorum aut in albis Paschalibus aut apostolorum natalibus sacrum minime uelamen imponant, nisi forsitan sicut de baptisate dictum est graui languore correptis, ne sine hoc munere de seculo exeant implorantibus non negetur.

*JK 636; H 652a.61-7, M 943, (c 14); Coll.Sem. 2.14; Br fo. 78r; ID 7.36 var. as BD 8.15; IP 3.189 as ID; +C 20 q 1 c 11 with added sentence from c 15 below, to attemptet*

<sup>1</sup> De CKNBZOHQ; om. A

## 15

### *Idem. De<sup>1</sup> non uelandis<sup>2</sup> uiduis<sup>3</sup> ab episcopo*

Viduas autem uelare pontificum<sup>4</sup> nullus attemptet<sup>5</sup>, quod nec auctoritas diuina delegat nec canonum forma<sup>6</sup> prestituit. Non est ergo penitus usurpandum eis quia sic ecclesiastica sunt conferenda presidia ut nichil committetur<sup>7</sup> illicitum.

*JK 636; H 652b.1-6, M 945 (c 15); Coll.Sem. 1.130; cf C 27 q 1 c 8 citing part of this as BD 8.136, ID 7.55, which are widely var.*

<sup>1</sup> De CKNBZOHQ; om. A

<sup>2</sup> uelandis C<sup>2</sup>LXSWKNVPZOHA; uelatis R; uelantis B; ? C

<sup>3</sup> uiduis CKDBZOHA; episcopis N

<sup>4</sup> -icum CKNBZ<sup>2</sup>OHQ; -icus Z; -icem A

<sup>5</sup> att- CKNBZOQA; cont- H

<sup>6</sup> forma CKNBZOHQ; om. A

<sup>7</sup> ss H

## 16

### *Idem. De<sup>1</sup> non recipiendis seruis<sup>2</sup> ad clerum*

Generalis<sup>3</sup> etiam<sup>4</sup> querele uitanda presumptio est qua prope modum causantur uniuersi passim seruos<sup>5</sup> et originarios dominorum iura possessionemque<sup>6</sup> fugientes sub religiose<sup>7</sup> conuersionis obtentu uel ad monasteria sese conferre uel ad ecclesiasticum famulatum, coniuentibus quoque<sup>8</sup> presulibus indifferenter admitti. Que modis omnibus est amouenda<sup>9</sup> pernicies<sup>10</sup> ne per Christiani nominis institutum aut

<sup>1</sup> De CKNBZOHQ; om. A

<sup>2</sup> -iendus seruus with -r- ss A

<sup>3</sup> Gen- CKNBOHA; Ven- ZQ

<sup>4</sup> etiam CKNBZOHQ; in A

<sup>5</sup> seruos H

<sup>6</sup> an erasure before -que H

<sup>7</sup> -iose CKNBZHA; -ionis O

<sup>8</sup> quoque CNDBZOHA; que K

<sup>9</sup> corr. fr. admouenda O

<sup>10</sup> pen- A

aliena peruadi aut publica uideatur disciplina subuerti, precipue cum nec<sup>11</sup> ipsam ministerii clericalis hac obligatione fuscari conueniat dignitatem, cogaturque<sup>12</sup> pro statu<sup>13</sup> militantium sibi conditioneque iurgari aud uideri quod absit obnoxia. Quibus sollicita competenter interdictione<sup>14</sup> prohibitis quisquis episcopus presbiter et dyaconus uel eorum qui monasteriis preesse noscuntur. Huiusmodi personas apud se tenentes non restituendas<sup>15</sup> patronis aut deinceps uel ecclesie<sup>16</sup> seruituti<sup>17</sup> uel [35va] religiosi<sup>18</sup> congregationibus putauerint<sup>19</sup> applicandas, nisi uoluntate forsitan dominorum<sup>20</sup> subscriptionis testimonio primitus absolutas uel legitima transactione<sup>21</sup> concessas, periculum se honoris proprii non ambigant, communionisque subituros si super hac re<sup>22</sup> cuiusquam uerax<sup>23</sup> nos<sup>24</sup> querela pulsauerit. Magnis quippe studiis secundum beatum apostolum precauendum est<sup>25</sup> ne fides et disciplina Domini blasphemetur<sup>26</sup>.

*JK 636; H 652b.7-38, M 943 (c 16); Coll.Sem. 1.131; ID 6.100; +D 54 c 12 has added sentence*

<sup>11</sup> nec CKDBZOHA; om. N

<sup>12</sup> -que ss D

<sup>13</sup> statu CLSWK<sup>2</sup>DV<sup>2</sup>ZOHA; stratu RXKNBVP

<sup>14</sup> -c- ss A

<sup>15</sup> corr. fr. -dis N

<sup>16</sup> ecclesie CRXKNBP; ecclesiastice ZOHA

<sup>17</sup> seruituri corr. to -uris (or -as) K

<sup>18</sup> -li- ss A

<sup>19</sup> -erint CRWBPZOHA; -erunt KND

<sup>20</sup> fors. dom. CNDBZOHA; dom. fors. K

<sup>21</sup> -c- ss Z

<sup>22</sup> ss H

<sup>23</sup> uerax CKDBZOHA; uera N

<sup>24</sup> deinceps add. ss K

<sup>25</sup> ss H

<sup>26</sup> -me- ss H

## 17

*Idem. Non esse committenda mysteria uexatis demone<sup>1</sup> uel passione*

Vsque adeo sane comperimus illicita queque prorumpere<sup>2</sup> ut demone aliisque passionibus irretitis mysteria sacrosancta tractare<sup>3</sup> tribuatur<sup>4</sup>. Quibus si in hoc opere positis aliquid proprie necessitatis occurrat<sup>5</sup> quis de sua ac fidelium salute confidat, ubi ministros ipsos curationis humane tanta perspexerit<sup>6</sup> calamitate uexari? Atque ideo necessario<sup>7</sup> remouendi sunt ne quibuslibet pro quibus Christus est mortuus scandalum generetur<sup>8</sup> infirmis. Postremo si corpore sauciatum fortassis aut<sup>9</sup> debilem nequaquam sancta contingere lex diuina permittit, quantomagis doni celestis dispensatores esse non conuenit quod est deterius<sup>10</sup> mente percussos<sup>11</sup>.

*JK 636; H 653a.36-51, M 944-5 (c 21 mod.); ID 2.88; +D 33 c 5*

<sup>1</sup> corr. fr. tempore Z

<sup>2</sup> prorumpere CKNBVZH; perrumpere OQA

<sup>3</sup> corr. fr. -ate B

<sup>4</sup> tract. trib. CNDBZOHA; trib. tract. K

<sup>5</sup> oocurrat A

<sup>6</sup> perspexerit CRXKDVZPZOHA; prospexit L; perspexeris SW; perspexerit N; prospexerit B

<sup>7</sup> necessario after sunt KND

<sup>8</sup> et add. H, om. CKNBZOA

<sup>9</sup> aut CRWKNVPZOHA; uel B

<sup>10</sup> detius A

<sup>11</sup> percussos CRXKNBP; percussos SVZOHA

## 18

*Idem. De uirginibus propositum uiolantibus<sup>1</sup>*

Virginibus autem sacris temere se quosdam sociare cognouimus et post dicatum Deo propositum incesta federa sacrilegaque miscere. Quas protinus equum est a sacra communione detruendi et nisi per publicam probatamque penitentiam omnino non recipi. aut his certe uiaticum de seculo transeuntibus<sup>2</sup> si tamen penituerint non negari. Nam de uiduis sub<sup>3</sup> nulla benedictione uelandis superius late sufficienterque prediximus.

*JK 636; H 653a.52-60, M 945 (c 22); ID 7.51, 7.121A as BD 8.32, insc. distinct, and lacks last sentence; C 27 q 1 c 14 as BD, ID*

<sup>1</sup> prop. uiol. CRXKDBVP; prop. non uiol. N; uiol. prop. ZOHA

<sup>2</sup> add. in mg. Z

<sup>3</sup> -b ss B

## 19

*Idem. De diuidendis redditibus ecclesie<sup>1</sup>*

Quatuor autem tam de redditu quam de oblatione<sup>2</sup> fidelium prout cuiuslibet ecclesie facultas admittit, sicut dudum rationabi [35vb] liter est<sup>3</sup> decretum conuenit<sup>4</sup> fieri portiones. Quarum una sit pontificis, altera clericorum, tertia pauperum<sup>5</sup>, quarta fabricis amplificanda<sup>6</sup>. De quibus sicut<sup>7</sup> sacerdotis intererit integram ministris ecclesie memoratam dispendere quantitatem, sic clericus ultra delegatam sibi summam nichil insolenter nouerit expetendum<sup>8</sup>. Ea uero que ecclesiasticis edificiis attributa sunt. huic operi ueraciter prerogata locorum doceat instauratio manifesta sanctorum, quia nefas est si<sup>9</sup> sacris edibus destitutis in lucrum suum presul inpendia his deputata conuertat. Ipsam nichilominus ascriptam<sup>10</sup> pauperibus portionem quamquam diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse uideatur tamen iuxta quod scriptum est, Vt uideant uestra opera<sup>11</sup> bona et glorificent Patrem uestrum qui in celis est, oportet etiam presenti testificatione predicari et bone fame preconiiis non taceri. Quapropter nec clericorum quispiam se huius offense futurum confidat immunem si in his<sup>12</sup> que salubriter sequenda deprompsimus<sup>13</sup> siue episcopum<sup>14</sup> seu<sup>15</sup> dyaconum uiderit excedentem, non protinus ad aures nostras<sup>16</sup> deferre curauerit, probationibus dumtaxat competenter exhibitis, ut transgressoris ultio fiat. ceteris interdictio delinquendi. Sic uero modis omnibus erit unusquisque pontificum ordinis et honoris elisor si cuiquam clericorum uel totius ecclesie auditui<sup>17</sup> hec putauerit supprimenda.

<sup>1</sup> om. P

<sup>2</sup> corr. fr. oratione V

<sup>3</sup> est CRKDBPOHQA; om. NZ

<sup>4</sup> corr. fr. conticuit X<sup>2</sup>

<sup>5</sup> ter. paup. CRXKNBVP; paup. ter. ZOHA

<sup>6</sup> amplificanda RXSKNDBVPZOHA; applicanda C<sup>2</sup>D<sup>2</sup>V<sup>2</sup>; amplicanda (corr. fr. amplianda W) LW; amplificandis K<sup>2</sup>; uel applicandis ss K; ? C

<sup>7</sup> sicut CKNBZOHQ; sacri A

<sup>8</sup> expet- CKNBZOHQ; expect- A

<sup>9</sup> corr. fr. sit O

<sup>10</sup> -s- ss C

<sup>11</sup> uestra opera CRWKNVPZOA; opera uestra BHQ

<sup>12</sup> his CKNBOHQ; iis ZA

<sup>13</sup> erasure in mid-word H

<sup>14</sup> seu presbiterum add. C, siue presbiterum add. V<sup>2</sup>ZOHA, om. LRXSWKNBVP

<sup>15</sup> seu C<sup>2</sup>RSKNVPZOA; siue LXWBHQ

<sup>16</sup> nostras CKDBZOHA; uestras N

<sup>17</sup> -itui CRKNPZOHA; -itu B

*JK 636; H 654a.44 – b.25, M 946-7 (cc 29-30); ID 3.203 to non taceri, as BD 3.137; IP 2.7 as ID; C 12 q 2 c 27 to Quapropter quispiam, adding etc., C 2 q 7 c 47 from Quapropter nec*

20<sup>1</sup>*In potestate episcopi facultates ecclesie esse<sup>2</sup> debere*

Gelasius Romane ecclesie episcopus dilectissimis<sup>3</sup> et in Christi unanimi caritate conexis fratribus episcopis qui in Sicilia sunt constituti. Quoniam presulum nostrorum auctoritas emanauit ut<sup>4</sup> facultates ecclesie episcopi<sup>5</sup> ad regendum<sup>6</sup> habeant potestatem, ita tamen ut uiduarum pupillorum atque<sup>7</sup> pauperum necnon et clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis statuimus dari quod hactenus decretum est. [36ra] Reliquum sibi episcopi<sup>8</sup> uendicent<sup>9</sup> ut sicut antea diximus, peregrinorum atque captiuorum largitores esse possint. Illud quoque annecti placuit, ut si quod absit facultates ecclesie et dyoceses<sup>10</sup> ab aliquibus possidentur episcopis iure sibi uendicent quod tricennaria lex conclusit, quia et filiorum nostrorum principum ita emanauit<sup>11</sup> auctoritas, ut ultra xxx annos nulli liceat pro eo appellare quod legum tempus exclusit. *JK 637; H 654b.36-53, M 947 (cc 1-2); ID 3.147 (cf above c 11 for pt 2); C 16 q 3 c 2 var., of which the beginning was a later addn*

<sup>1</sup> De facultatibus ecclesie *add.* ZOHQA, *om.* CRXKNBP

<sup>2</sup> esse CKDBZO(ss)HQ; esse non N; non A

<sup>3</sup> dil- CKNBOHA; del- Z

<sup>4</sup> ss H

<sup>5</sup> ecclesie episcopi C<sup>2</sup>LSWN<sup>2</sup>BVPZOHQ; episcopi CRXKD; ecclesie Christi episcopi N; episcopi ecclesie A

<sup>6</sup> *corr.* to erogandum K

<sup>7</sup> atque CKNBZOQA; aut H

<sup>8</sup> episcopi CKNBOHQA; episcopum Z

<sup>9</sup> uend- CKNBP; uind- ZOHA

<sup>10</sup> dyoceses CKNBZOA(-s- ss); -eseos H; dioces Q?

<sup>11</sup> emanauit CRKNBOHA; emauit Z

## 21

*Ex decretis Gelasii pape. De his qui intra anni spacium causam<sup>1</sup> suam coram<sup>2</sup> excommunicatoribus suis non peregerint et si obstinato animo sine communione defuncti fuerint<sup>3</sup>*

Quicumque intra anni spacium ciuiliter<sup>4</sup> siue publice causam<sup>5</sup> suam coram suis excommunicatoribus non peregerint<sup>6</sup>, ipsi sibi aditum audientie<sup>7</sup> clausisse uideantur. Quod si obstinato animo sine<sup>8</sup> communione defuncti fuerint, nos illorum causam iuxta<sup>9</sup> beati Leonis predecessoris nostri<sup>10</sup> sententiam diuino iudicio reseruantes, quibus uiuis non communicauimus nec mortuis communicare debemus.

*JK 693; BD 11.47 var.; 74T 323 as BD; Dd 4.391 as BD; ID 14.111 as BD; IP 5.136 as BD; C 11 q 3 c 37 as here*

<sup>1</sup> *corr. fr.* ecclesiam V

<sup>2</sup> ss V

<sup>3</sup> De his - fuerint (fueritur P) CRXKDBP; De his - animo sine N; *om.* ZOHA

<sup>4</sup> ci- ss A

<sup>5</sup> *corr. fr.* coram O

<sup>6</sup> *corr. fr.* pepigerint O

<sup>7</sup> -i- ss K

<sup>8</sup> sine CKNBZOQA; siue H

<sup>9</sup> iuxta CRKNVPZOHQ; *om.* B; iusta A

<sup>10</sup> beati Leonis predecessoris nostri CRKNBPZ(-de- ss)HA; Leonis beati predecessores uestri O

*Ex regulis<sup>1</sup> Gelasii pape<sup>2</sup>. De his qui proficere noluerint<sup>3</sup>*

Qui proficere noluerint<sup>4</sup> suis reddantur inferioribus post minores ipsaque<sup>5</sup> commoda<sup>6</sup> presbiteri propensius quam diaconi<sup>7</sup> consequantur, ut hac saltem ratione constricti et honorem quem fugiunt appetere nitantur et questum.

*JK 668; Dd 2.54; CB Gel. 27b, Varia 2.86 as here; ID 6.43*

<sup>1</sup> regulis CRKNBVP; registro ZH; reg' OA; regimine Q

<sup>2</sup> Gel. pape CRBPZOHA; pape Gel. KND; Idem for Ex - pape XW

<sup>3</sup> De - nol. CRXWKNBP; om. ZOHA

<sup>4</sup> -erint CXSWKNDO; -erunt LRVZHA; -er' B; uoluerunt P

<sup>5</sup> ipsaque CKDBZOHA; ipsa N

<sup>6</sup> commoda CNDBZOHA; commonitio K

<sup>7</sup> dia (ni ss) Z

## 23

*Item de tricennali possessione<sup>1</sup>*

Placuit huic<sup>2</sup> sancte ac magne synodo ut res uel priuilegia que<sup>3</sup> Dei ecclesiis ex longa consuetudine pertinent et siue a<sup>4</sup> diue<sup>5</sup> recordationis imperatoribus siue ab aliis Dei cultoribus in scriptis donata et ab eis per annos xxx possessa sunt nequaquam a potestate presulum earum quecumque persona secularis per potestatem subtrahat<sup>6</sup> aut per<sup>7</sup> argumenta quelibet auferat sed sint<sup>8</sup> omnia in potestate ac iussu presulis [36rb] ecclesie quecumque intra xxx annorum spacium ab ecclesiis possessa fuisse noscuntur. Quisquis ergo secularium contra presentem diffinitionem egerit tanquam sacrilegus iudicetur et donec se correxerit et ecclesie propria priuilegia seu res restituerit anathema sit.

*JK 698; CB Varia 2.87 (no inscr.), recte C. Constantinople (869) c 18 as Dd 3.11; AL 4.30; C 16 q 3 c 8 as here*

<sup>1</sup> Item (om. P) de tric. poss. CXKNBP; Item idem ZOHQ; Idem eidem A

<sup>2</sup> corr. fr. huc B

<sup>3</sup> ad add. ss K

<sup>4</sup> a CKNBZOHQ; om. A

<sup>5</sup> corr. fr. diiue K

<sup>6</sup> subtrahat A

<sup>7</sup> per CRK<sup>2</sup>NBVPZOHQ; om. KA

<sup>8</sup> corr. fr. sunt Z

## 24

*Quinigesio episcopo<sup>1</sup>. Ne quis<sup>2</sup> de re in litigio posita sinatur exigere pensiones donec iuridico examine diffiniatur<sup>3</sup>*

Quia res in litigio posita in nullam<sup>4</sup> transferri possit omnino personam, donec legitime cognitionis<sup>5</sup> euentu cui<sup>6</sup> potius debeat iudiciaria disceptatione possit agnosci, ex eadem re quispiam<sup>7</sup> non sinatur exigere pensiones, sed in eo statu re eadem posita in quo uidetur sicut dictum est ante constituta, quisquis sibi putat quippiam posse competere iuridico<sup>8</sup> pulset examine preiudiciis omnibus inde<sup>9</sup> submotis.

<sup>1</sup> Quin. ep. CRWKNDBVP; Gelasius Quinigesio episcopo as beg. of text ZOHQA

<sup>2</sup> quis CRWDBVP; qui K; quod N

<sup>3</sup> diffiniatur CKDBP; finiatur N; Ne quis - diff. om. ZOHQA

<sup>4</sup> corr. fr. nullo K

<sup>5</sup> cognitionis CKNBZH; cognationis O; conntionis Q; cogitationis A

<sup>6</sup> cui CKNBZOH; cuius Q; om. A

<sup>7</sup> quispiam CKNBP; quisquam ZOHA

<sup>8</sup> iuridico CRXSNBVPZHA; iuridico LW; ueridico K<sup>2</sup>DO; utridico K

<sup>9</sup> inde CKNBZOHQ; in A

JK 712; CB Gel. 37; +C 11 q 1 c 50

## 25

*Maximo et Eusebio episcopis. De statu ecclesiarum<sup>1</sup> qui perpetue etatis firmitate duravit non mutando<sup>2</sup>*

Licet regulis contineatur antiquis parrochias unicuique ecclesie pristina dispositione deputatas nulla posse<sup>3</sup> ratione conuelli, ne<sup>4</sup> per consuetudinem pessimam exempli mali temeritate crescente ubique uniuersalis confusio<sup>5</sup> nasceretur<sup>6</sup>, tamen etiam<sup>7</sup> decretis nostris ante non multum temporis destinatis omnia iussimus que taliter fuerant inuasa restitui. Sed quia<sup>8</sup> temeritas<sup>9</sup> peruadentium legem sibi putat posse<sup>10</sup> generari<sup>11</sup> si sceleri suo<sup>12</sup> pertinaciam<sup>13</sup> retentionis adiungat. ea que inter fratrem et coepiscopum nostrum Constantium Camiscane ecclesie sacerdotem et directos<sup>14</sup> ab Anconitano<sup>15</sup> pontifice decreuimus per uos<sup>16</sup> impleri cupimus. Tunc formam in ceteris cognitionibus<sup>17</sup> que sit sequenda perscripsimus. Nulla igitur presumptione statum parrochiarum qui perpetue etatis firmitate duravit patimur immutari<sup>18</sup> quia neque negligentia pontificis neque temporalis [36va] abiectio<sup>19</sup> que per incuriam forte generatur nec ignauia faciente consensus<sup>20</sup> nec<sup>21</sup> surripiente supplicatione preceptio diuellere potest semel dyocesim constitutam, ex qua<sup>22</sup> semper ad regenerationem atque consignationem plebs deuota conuenit<sup>23</sup>.

JK 713; CB Gel. 38a; ID 3.97; C 16 q 3 c 5 has further sentence

<sup>1</sup> ecclesiarum CRBP; parrochiarum KND

<sup>2</sup> Max.- ep. De - mutando CRKNBP; Gel. Maximo et Eusebio episcopis ZOHA

<sup>3</sup> ss S<sup>2</sup>

<sup>4</sup> ne CKNBZHA; nec O

<sup>5</sup> confusio CKNBZOHQ; confessio A

<sup>6</sup> nasiretur *corr. fr.* -irretur A

<sup>7</sup> etiam CKDBZOHA; in N

<sup>8</sup> ss P

<sup>9</sup> temeritas CKNBZOHQ; temeritatis A

<sup>10</sup> posse CKNBZOHQ; post se A

<sup>11</sup> *corr. from* generali K

<sup>12</sup> scel. suo CRKNPZOHA; suo scel. B

<sup>13</sup> *corr. from* pertinanciam K

<sup>14</sup> -tos ss B

<sup>15</sup> -n- ss K

<sup>16</sup> *corr. fr.* nos O

<sup>17</sup> cognitionibus CKDBZOHA; cogitationibus N

<sup>18</sup> immutari KNBZOHQ; immitari A; ? C

<sup>19</sup> abiectio CRXSKNBP; obiectio ZOHQ; obiecto A

<sup>20</sup> fac. cons. LRXSWKNBVPZOHA; cons. fac. C

<sup>21</sup> nec CKNBZOHQ; ne A

<sup>22</sup> qua CRXWBPZOHA; quo K?N?D

<sup>23</sup> conuenit CKDBZOHA; consistit N

## 26

*Martyrio et Iusto episcopis. De his qui alieno iuri debiti absque<sup>1</sup> dominorum suorum licentia<sup>2</sup> clerici fiunt uel etiam<sup>3</sup> ordinantur<sup>4</sup>*

Auctores<sup>5</sup> siquidem<sup>6</sup> illustris uiri filii nostri Amandiani grauiter conqueruntur homines suo iuri debitos<sup>7</sup> alios<sup>8</sup> adhuc clericos, alios iam diaconos<sup>9</sup> ordinatos cum<sup>10</sup>

<sup>1</sup> ss CB

<sup>2</sup> dom. suorum lic. CKDB; lic. dom. suorum N

<sup>3</sup> etiam CKDB; *om.* N

<sup>4</sup> Mart. - ep. De - ord. CXKNBP; Gelasius Martyrio et Iusto episcopis *in text* ZOHA

<sup>5</sup> Auct- CKNBPOHQA; Act- Z

<sup>6</sup> *corr. fr.* quidem Z

non solum post modernum quod tantorum collectione pontificum sub omnium saluberrime prouisionis assensu constat esse perfectum. Huiusmodi<sup>11</sup> personas suscipere non debere,<sup>12</sup> uerum etiam si qui<sup>13</sup> forte in diuine<sup>14</sup> cultum<sup>15</sup> militie ante fuerint ignorantia faciente suscepti eliminare<sup>16</sup> prorsus et exutos religioso priuilegio ad dominorum possessiones iusta<sup>17</sup> debuerint<sup>18</sup> ammonitione compelli. Et ideo fratres karissimi eos quos supradicti uiri auctores<sup>19</sup> in clericatus<sup>20</sup> officio monstrauerint attineri discussos et obnoxios ac probatos custodito legum tramite sine intermissione<sup>21</sup> restitue ita<sup>22</sup> ut<sup>23</sup> si quis iam presbiter repperitur in eodem gradu peculii sola amissione permaneat<sup>24</sup>, diaconus uero aut<sup>25</sup> uicarium prestat aut si non habuerit reddatur<sup>26</sup>. Residua officia sciant neminem posse ab<sup>27</sup> obnoxietate si conuincitur uindicari<sup>28</sup> quatinus hoc ordine<sup>29</sup> custodito nec dominorum iura nec priuilegia ulla ratione turbentur.

*JK 651; Thiel 1.386; CB Gel. 15; ID 6.353; IP 3.164; D 54 c 9b*

<sup>7</sup> *corr. fr.* ded- N

<sup>8</sup> alios CKNBZOHQ; alio A

<sup>9</sup> iam diac. CKDBZOHA; diac. iam N

<sup>10</sup> cum CKNBZOHQ; et A

<sup>11</sup> concilium ? *ss* K; Huius R

<sup>12</sup> susc. non (*ss* Z) deb. CRXBPZOHA; non deb. susc. KND

<sup>13</sup> si qui CXKD<sup>2</sup>BPZOH\*; si quis ND; sequi Q(*before* uerum etiam)A

<sup>14</sup> diuine CKNBZOHQ; diuitie A

<sup>15</sup> -tum CRXBZOHA; -tu KND; clutum P

<sup>16</sup> -i *ss* K

<sup>17</sup> iusta RXKNBPZOHA; iuxta C

<sup>18</sup> -u- *ss* A

<sup>19</sup> auct- CKNBOHA; act- Z

<sup>20</sup> in clericatus CLRSKNBZO<sup>2</sup>HA; indicatus X

<sup>21</sup> permaneat diaconus *add.* A ( *cf. below* )

<sup>22</sup> restitue (*corr. to* -uite V<sup>2</sup>) ita LWKNBPZGOHA; restituite C

<sup>23</sup> uica ? *add.* A

<sup>24</sup> tramite sine int. – permaneat *in cramped hand, partly over erasure, partly in mg.* C; tramite - si quis iam *om.*

RX; *as text* LSNBPZOHA

<sup>25</sup> aut CKNBZOHQ; ut A

<sup>26</sup> *Enlarged R at beginning of new line* C

<sup>27</sup> *ss* V

<sup>28</sup> uindicari *corr. to* -are K

<sup>29</sup> *ss* O

## 27

*Gelasius Erculentio, Stephano et Iusto episcopis de eodem<sup>1</sup>*

Nuper<sup>2</sup> etenim<sup>3</sup> actores<sup>4</sup> illustris femine Placide<sup>5</sup> petitorii oblatione conquesti sunt. Sabinum<sup>6</sup> Marcellianensis<sup>7</sup> siue Cusilinitis urbis antistitem Antiochum<sup>8</sup> seruum iuris patrone sue<sup>9</sup> absentis domine occasione captata ad presbiterii honorem usque perductum eiusque fratrem Leontium clericalis [36vb] officii priuilegio decorasse. Et ideo fratres karissimi inter supradictos actores<sup>10</sup> et eos qui conditionis extreme repetuntur obiectam cognitionem uobis nostra auctoritate deputamus, ut omni ueritate

<sup>1</sup> de eodem (eidom P) CXKNB; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> Nuper CKNBZOQA; Super H

<sup>3</sup> etenim CRSKNBZOHA; enim LX

<sup>4</sup> actores CLRXSD<sup>2</sup>K<sup>2</sup>Z; auctores KNDBVOHQA; aciores P

<sup>5</sup> -ide CRXKNBP; -idie ZOHA; -id A

<sup>6</sup> Sabinum CKDBZOHA; sibi num N

<sup>7</sup> Marcellianensis CRXBPZOHA; Marcelliensis KND

<sup>8</sup> -h- *ss* N

<sup>9</sup> *corr. fr.* siue O

<sup>10</sup> actores CRXSVPZ; auctores KNDBOHA

discussa, si reuera obiectam sibi maculam iusticie<sup>11</sup> refragationis non potuerit<sup>12</sup> ratione diluere. Leontium clericum<sup>13</sup> quem gradus pefinitus legibus non defendit ad sequendam cognitionis sue necessitatem modis omnibus redibete<sup>14</sup>. Antiochum uero quia per sacerdocium non iam potest retolli, si in suam ecclesiam in hoc in quo est honore desiderat collocare<sup>15</sup>, non uelut redditum sibi sed habeat pro ministeriorum celebratione susceptum.

*JK 653; Thiel 1.388 ep. 21; CB Gel. 17a has another sentence at beg., and has no Iusto in address. It is in Ars. 713; ID 6.354; IP 3.165; D 54 c 10b*

<sup>11</sup> iusticie LRXSWKNDBVPZOHA; iuste CK<sup>2</sup>

<sup>12</sup> potuerit CLBVPZOHQA; potuit W; potuere RXSKND; potuerint K<sup>2</sup>

<sup>13</sup> -icum CKNBZOHQ; -icus A

<sup>14</sup> -ete CRXND<sup>2</sup>BZOHA; -ite KDP

<sup>15</sup> *corr. to* -ari K

## 28

### *Rufino et Aprili episcopis. Item de eodem<sup>1</sup>*

Quis enim aut leges principum aut patrum regulas aut admonitiones modernas dicat debere contempni nisi<sup>2</sup> qui<sup>3</sup> impunitum sibi tantum<sup>4</sup> estimet transire commissum? Actores<sup>5</sup> siquidem filie nostre illustris et magnifice femine Maxime petitorii nobis insinuatione conuesti sunt Siluestrum atque Candidum originarios suos<sup>6</sup> supra constitutiones que supradicte sunt etiam<sup>7</sup> contradictione preeunte a Lucerino<sup>8</sup> pontifice diaconos ordinatos. Et ideo fratres karissimi tante preuaricationis excessus noueritis sagacius inquirendos<sup>9</sup>. Et si constiterit querelam ueritate fulciri, continuo qui contradictione preeunte non legitime sunt creati a sacris officiis repellantur.

*JK 658; CB Gel. 22; ID 6.104, 4.179 (first two lines only); IP 2.150 as ID 4.179; D 54 c 11*

<sup>1</sup> Ruf. - episc. Item de eodem CXKNBP; Gelasius Ruf. et Apr. episcopis ZOHA

<sup>2</sup> nisi C<sup>2</sup>LSWKNBVPZOHA; *om.* CRX

<sup>3</sup> *per add. and canc.* O

<sup>4</sup> sibi tantum CKDBZOHA; tantum sibi N

<sup>5</sup> Act- CXKNZ; Auct- BVPOHA

<sup>6</sup> orig. suos CKNBZO; suos orig. (origin- H, origen- Q) HQA

<sup>7</sup> etiam CKDBZOHA; et N

<sup>8</sup> *corr. fr.* Lucerno H

<sup>9</sup> *corr. fr.* req- Z

## 29

*Iusto episcopo. Vt si de spaciis de quibus memoratur orta contentio diffinitio certa processerit<sup>1</sup> intemerata seruetur. Si autem nichil constiterit terminatum. pars que fudit prebeat sacramentum<sup>2</sup>*

Dilectio tua studeat quesita omnium<sup>3</sup> fideliter rerum<sup>4</sup> ueritate ut si de spaciis de quibus memoratur orta contentio diffinitio dudum certa processit intemerata seruetur. Alioquin si nichil unquam constiterit terminatum. [37ra] nunc<sup>5</sup> de<sup>6</sup> perscriptione temporum si qua pars fudit prebeat sacramentum ut tamen que hactenus possedissee probabitur<sup>7</sup> iusiurandum sinatur offerre.

*JK 659; CB Gel. 23; ID 6.105, 3.135; IP 2.69; C 16 q 3 c 7*

<sup>1</sup> processerit CLRXSBP; processit KNDV

<sup>2</sup> Iusto ep. Vt - sacramentum CLRXSKNDBVP; Gelasius Iusto episcopo ZOHA

<sup>3</sup> ques. omn. CKDBZOHA; omn. ques. N

<sup>4</sup> fid. rer. *corr. to* fidelium firmiter D

<sup>5</sup> nunc CRND<sup>2</sup>BZOHA; tunc K; non D

<sup>6</sup> *corr. fr.* per O

<sup>7</sup> probabitur CNDBZOHA; probarint *corr. to* ea probauerit K



## 30

*Victori episcopo. De his qui ad presbiterium uenire detrectant<sup>1</sup>*

Consulit<sup>2</sup> dilectio tua de suorum promissione clericorum, perhibens quod<sup>3</sup> diaconi ad presbiterii gradum quo ecclesiam tuam commemoras<sup>4</sup> indigere uenire detrectent<sup>5</sup>. Quapropter quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio grauitasque non patitur. ut<sup>6</sup> ex nolentibus sint uolentes ordinatio potest illa perficere. quia scilicet<sup>7</sup> si quos habes<sup>8</sup> uel in accolis uel in subdiaconibus maturioris etatis et quorum sit uita probabilis, hos in presbiterium studeas promouere.

*JK 668; CB Gel. 27a; ID 6.106; D 74 c 9*

<sup>1</sup> Vict. ep. De - detr. CXKNBP; Gelasius Victori episcopo ZOHA

<sup>2</sup> Consulit CRNDBZOHA; Consuluit K

<sup>3</sup> quod CKDBZOH; quia N; q' A

<sup>4</sup> commemoras LRXSKNBVPZOHA; commemorans C

<sup>5</sup> corr. from -ant C

<sup>6</sup> non add. A

<sup>7</sup> scilicet CNBZOHA; sane K

<sup>8</sup> habes CRKDBZOHQ; homines N; haberes A

## 31

*Palladio episcopo. De eo quod<sup>1</sup> sicut ad sacerdocium ecclesiastica disciplina debiles corpore non patitur uenire, ita et si quis in eo actu fuerit constitutus ac fuerit sauciatus amittere non potest quod sanus accepit<sup>2</sup>*

Precepta canonum quibus et ecclesiastica regitur disciplina<sup>3</sup> sicut ad sacerdocium debiles corpore non patiuntur<sup>4</sup> uenire ita et si quis<sup>5</sup> in eo actu<sup>6</sup> fuerit constitutus ac fuerit sauciatus<sup>7</sup> amittere non potest quod<sup>8</sup> tempore sue sinceritatis accepit. Stephanus siquidem<sup>9</sup> presbiter petitorio nobis defleuit oblato<sup>10</sup> quod<sup>11</sup> habebatur in subditis olim sibi ante annos plurimos collatam presbiterii dignitatem. Quam reuera immaculati corporis iudicio suscepisset<sup>12</sup> sed nuper propter prouincie<sup>13</sup> uastitatem quam Tuscie pre omnibus barbarorum diuersa sectantium et ambiguitas inuexit animorum cum imminentes gladios euadere fuge presidio niteretur. acutis sudibus<sup>14</sup> occurrentia sibi septa transiliens inferiores partes corporis inseruisse<sup>15</sup> suggestit, que uix adhibita curatione biennio potuisset abstergi. Et ideo frater karissime<sup>16</sup> supradicto locum suum<sup>17</sup> dignitatemque<sup>18</sup> restitue, quatinus sacrosancta mysteria<sup>19</sup> [37rb] sicut

<sup>1</sup> quod CKDB; quia N

<sup>2</sup> Pall. ep. De - accepit CXKNDBP; Gelasius (-agius H) Palladio episcopo ZOHA

<sup>3</sup> reg. disc. LRXSKNBVPZOHA; disc. reg. C

<sup>4</sup> patiuntur CRKNB; patitur ZOHA

<sup>5</sup> ita et si quis CKD<sup>2</sup>BZOHA; quia et si N; ita et D

<sup>6</sup> actu CKNBZHA; auctu O

<sup>7</sup> corr. fr. sac- Z

<sup>8</sup> quod CKDBZOHA; quia N

<sup>9</sup> siquidem CKNBZOHQ; quidem A

<sup>10</sup> obl- CKNBZOHQ; abl- A

<sup>11</sup> quod CKDBZOHA; quia N

<sup>12</sup> -isset CNDBZOHA; -isse K

<sup>13</sup> uincie A

<sup>14</sup> sudibus LRXSKNBVPZOHA; subdibus C

<sup>15</sup> corr. fr. -isse H

<sup>16</sup> -ime CKNBZOHQ; -imi A

<sup>17</sup> ss O

<sup>18</sup> add. in lower mg. B

<sup>19</sup> -eria CKNBZOHQ; -erio A

consuevit exerceat. Nec enim conuenit ob hoc auferri<sup>20</sup> ante susceptum ordinem in quo postmodum inualitudinem corporis casu<sup>21</sup> probatur faciente collapsus.  
JK 706; CB Gel. 31; ID 6.107; IP 3.55; D 55 c 12

<sup>20</sup> corr. fr. -erre A

<sup>21</sup> corr. fr. ausu A

### 32

*Gerontio et Petro episcopis. De uiduarum causis ab episcopo<sup>1</sup> impensius exequendis<sup>2</sup>*  
Licet omnibus<sup>3</sup> de<sup>4</sup> nobis<sup>5</sup> sperantibus non debeamus in quantum possumus nos negare, plus tamen uiduarum causas et impensius ducimus exequendas quas<sup>6</sup> tueri a nobis uel ab omnibus diuina manifestat assertio.  
JK 707; CB Gel 32; +D 87 c 1

<sup>1</sup> -opo CLRXSBVP; -opis KND

<sup>2</sup> Ger. - ep. De - exeq. CRXKNDBVP; Gelasius Gerontio et Petro episcopis ZOHA

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> ss L<sup>2</sup>

<sup>5</sup> nobis CKDBZOHA; uobis N

<sup>6</sup> quas CKNBZHA; quam O

### 33

*Fabiano episcopo. De baptizandis et de his que<sup>1</sup> in die dedicationis offeruntur<sup>2</sup>*  
Nec<sup>3</sup> enim numerus baptizandis iuste creditur imponendus. cum quanti petierint uel ad regenerationem festinauerint<sup>4</sup> non sint pro alterius uoluntate pellendi. Et ideo frater karissime superfluum constitutionem modis omnibus remouebis. ut unusquisque aut in<sup>5</sup> uicina sibi ecclesia aut in electa pro sue mentis baptizetur arbitrio. Cathedriticum etiam non amplius quam uetusti moris esse constiterit. ab eius loci presbitero noueris exigendum. Et de his<sup>6</sup> que die dedicationis fuerint offerentum<sup>7</sup> deuotione collecta. consuetudinem que generaliter omnibus ecclesiis est prescripta seruabis.  
JK 710; CB Gel. 35 (Sabino); ID 1.56 to arbitrio (Sabino); C 10 q 3 c 5 (Fabiano)

<sup>1</sup> que CLRXSBV; qui KNDP

<sup>2</sup> Fab. (Sab- BV(before corr.)P) ep. De - off. CLRXSWKNDBVP; Item Sabiano (Fabiano A; Sabino Z) episcopo ZOHA

<sup>3</sup> Nec CKDBZOHQ; Hec N; Neu A

<sup>4</sup> -auerint CKNBZHA; -arint O

<sup>5</sup> ss H

<sup>6</sup> his CRKNBOHQ; iis ZA

<sup>7</sup> -entum CRSKBZOHA; -entium XND

### 34

*Bonifacio episcopo. De seruis ad<sup>1</sup> ecclesiam fugientibus<sup>2</sup>*  
Metuentes dominos famuli<sup>3</sup> si ad ecclesie septa confugerint intercessionem debent querere non latebras ne<sup>4</sup> hec ipsa presumptio tarditatis temeritatem augeat renitendi. Filius etenim noster uir spectabilis Petrus queritur seruum suum<sup>5</sup> in ecclesia sancti Clementis diutius commorari, cui cum deputasset sacramenta prestari illum egredi nulla ratione uoluisse. Et ideo directus supradicti homo de presenti cum eo quem

<sup>1</sup> ad CKDB; ab N

<sup>2</sup> Bon. ep. De - fug. CXKNDBP; Gelasius Bonifacio episcopo ZOHA

<sup>3</sup> famuli C<sup>2</sup>LRXSKNBZPZOHA; om. CR

<sup>4</sup> ne CKNBZHA; nec O

<sup>5</sup> ss S<sup>2</sup>

elegeris esse mittendum<sup>6</sup> cum de impunitate eius sacramenta prebuerint eum statim facies ad dominum suum modis omnibus remeare. Aut si in hac peruicacia forte extiterit post sacramentum sibi prestitum reddatur inuitus. [37va]

*JK 711; CB Gel. 36; ID 3.115, 16.68; +C 17 q 4 c 32*

<sup>6</sup> mitt- CKNBZHA; nit- O

### 35

*Vniuersis episcopis per Dardaniam. Quod iura ecclesiarum non sint turbanda, ac<sup>1</sup> priuilegia que metropolitanis uel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas non sint<sup>2</sup> frangenda<sup>3</sup>*

Quia per ambitiones illicitas non<sup>4</sup> pudet quosdam ecclesiarum iura turbare ac priuilegia que<sup>5</sup> metropolitanis uel prouincialibus episcopis decreuit antiquitas temeraria presumptione peruadere. propter quod etiam communionis apostolice desiderant tenere discidium, quod<sup>6</sup> scilicet<sup>7</sup> ab eius auctoritate diuisi, uel impune proprias<sup>8</sup> usurpationes exercent, non respicientes quia eterno iudici rationem tam de<sup>9</sup> catholice sinceritatis iniuria quam de<sup>10</sup> traditionum preiudiciis paternarum non sine perpetue sint dampnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione permanserint, caritatem uestram duximus instruendam, ut uos omnes in commune fratres per Dardaniam siue<sup>11</sup> per contiguam quamque prouinciam constituti, qui uos sub metropolitanis uestris esse meministis, et ab hisdem<sup>12</sup> substitui<sup>13</sup> decedentes<sup>14</sup>, sicut uetus consuetudo deposcit unanimiter studeatis antistites et uicissim si metropolitanus<sup>15</sup> humane conditionis sorte recesserit a prouincialibus episcopis sicut forma transmisit sacrari<sup>16</sup> modis omnibus censeatis, neque sibi quemquam quod uobis antiqua dispositione concessum est patiamini uendicare<sup>17</sup>, quatinus inter ipsas aduersantium uoluntatum procellas regulas ueterum nullatenus custodire cessetis<sup>18</sup>, sicut persecutionum tempore<sup>19</sup> diuersarum patres nostros constanter fecisse non dubium est.

*JK 716; CB Gel. 41; +D 64 c 6*

<sup>1</sup> a P

<sup>2</sup> sint CRXWBV<sup>2</sup>P; esse S<sup>2</sup>KNDV

<sup>3</sup> Vniu. - Dard. Quod - frang. CRXKNDBVP; Idem uniuersis episcopis per Dardaniam ZOHA

<sup>4</sup> non C<sup>2</sup>LSKNBPZOHA; om. CRX

<sup>5</sup> ss Z

<sup>6</sup> quod CKDBZOHA; quia N

<sup>7</sup> scilicet CNBZOHA; sane K

<sup>8</sup> corr. from propriis KD

<sup>9</sup> ss N

<sup>10</sup> ss B<sup>2</sup>

<sup>11</sup> siue CKNBZOQ; seu HA

<sup>12</sup> isdem Z

<sup>13</sup> substitui CKNBZOQA; sustitui followed by an erasure H

<sup>14</sup> deceden N

<sup>15</sup> -anus CKDBZOHA; -anis N

<sup>16</sup> sacrari CKDBZOH; om. N; sacri and lacuna A

<sup>17</sup> uend- CXKNB; uind- ZOHA

<sup>18</sup> cessetis CRKNBZOA; censetis HQ

<sup>19</sup> ss C

## 36

*Cresconio Iohanni Massale episcopis. Quod decessorum statuta si iusta sint<sup>1</sup>  
seruanda sunt, si<sup>2</sup> iniusta corrigenda<sup>3</sup>*

Decessorum<sup>4</sup> statuta sicut legitima et iusta successorem<sup>5</sup> custodire<sup>6</sup> conuenit. ita debet etiam malefacta<sup>7</sup> corrigere.

*JK 717; Dd 3.110; CB Gel. 42a; C 25 q 2 c 19*

<sup>1</sup> si iusta sint CXKDB; si iusta sunt N; *one obscure word P*

<sup>2</sup> ss V

<sup>3</sup> Cresc. - ep. Quod - corr. CRXKNDBVP; Gelasius Cresconio, Iohanni, Massale episcopis ZOHA

<sup>4</sup> Pec- N

<sup>5</sup> cum *add.* A

<sup>6</sup> cessetis *add. and canc.* Z

<sup>7</sup> malefacta CKDBZOHA; maleficia N

## 37

*Maximo et Clero episcopis. Quod nichil perit in ecclesiasticis utilitatibus si aliena  
reddantur<sup>1</sup> [37vb]*

Nichil perire credimus ecclesiasticis utilitatibus si<sup>2</sup> que sunt aliena reddantur.

*JK 719; Thiel 1.499; CB Gel. 44*

<sup>1</sup> Max. - ep. Quod - redd. CRXKNBP; Maximo et Clero episcopis ZOH(mg.)Q<sup>2</sup>(mg.); *om.* QA. HQA *make no break, running it into c.36; cf c.38 below*

<sup>2</sup> ss A

## 38

*Theodorico regi. De legibus principum que in negociis hominum custodiuntur circa  
reuerentiam beati Petri multo magis custodiendis<sup>1</sup>*

Certum est magnificentiam uestram leges principum Romanorum quas in negociis hominum custodiendas esse precepit, multo magis circa reuerentiam beati Petri apostoli pro sue felicitatis augmento uelle seruari.

*JK 722; CB Gel. 47; ID 4.180; IP 2.151; D 10 c 12*

<sup>1</sup> Theod. regi. De - cust. CRXKNBP; Theodorico regi ZOHQ; Teodebrico regi, Maximo et Clero episcopis A (*cf. c 37*)

## 39

*Maiorico et Iohanni episcopis. De sacramento integre percipiendo<sup>1</sup>*

Comperimus autem quod<sup>2</sup> quidam in eadem regione sumpta tantum corporis sacri<sup>3</sup> portione a calice sacrati cruoris abstineant. Qui procul dubio quoniam nescio qua superstitione docentur<sup>4</sup> obstringi aut integra sacramenta percipiant, aut ab<sup>5</sup> integris arceantur<sup>6</sup> quia diuisio unius eiusdem<sup>7</sup> mysterii sine grandi sacrilegio non potest prouenire.

*JK 725; CB Gel. 48b; ID 2.89; De cons. D 2 c 12*

<sup>1</sup> Mai. - ep. De - perc. CRXKNBP; Gelasius [Gelis O] Maiorico et Iohanni episcopis ZOHA

<sup>2</sup> quod CKDBZOHA; quia N

<sup>3</sup> sacri CKDBZOHA; *om.* N

<sup>4</sup> *corr. fr.* doceantur Z

<sup>5</sup> ab CKNBZOHQ; *om.* A

<sup>6</sup> *corr. fr.* percipiantur O

<sup>7</sup> -que *add.* ss K

## 40

*Anastasio. De desolatis auxilio<sup>1</sup> proprie defensionis et de his qui pro infirmitate etatis suis<sup>2</sup> actibus prodesse non possunt<sup>3</sup>*

Desolatis<sup>4</sup> proprie defensionis auxilio et qui suis actibus prodesse<sup>5</sup> pro etatis infirmitate non possunt exoratum decet pontificem subuenire quia pupillis tuitionem etiam diuinitas iussit impendi, et ideo Maximo et Ianuario clericalis officii qui se solaciis<sup>6</sup> parentum uel propinquorum asserunt destitutos<sup>7</sup> auxilium ex nostra delegatione prestabis ut aduersus improbitates aduersariorum suorum protecti tue executionis annisu noxia commenta non sentiant.

*JK 726; CB Gel. 49; +D 87 c 2*

<sup>1</sup> -u- ss N

<sup>2</sup> suis CLRXSWBP; sue KND

<sup>3</sup> An. De - possunt CXKNDBP; Gelasius Anastasio ZOHA

<sup>4</sup> De desolatis B

<sup>5</sup> prodesse A

<sup>6</sup> solaciis CKNBZOHQ; solatii A

<sup>7</sup> destitutos CKNBZOHQ; destitos A

## 41

*Crispino et Sabino episcopis. De libertate clericis dominorum benignitate concessa<sup>1</sup> per oppressionem heredum non<sup>2</sup> auferenda<sup>3</sup>*

Silvester et Faustianus ecclesie Grumentie clerici lacrimosa nobis insinuatione conuesti sunt libertatem sibi domini sui benignitate concessam heredum eius [38ra] oppressione pulsari seque in clericatus officio pene ab incunabulis seruiantibus etiam manumisso<sup>4</sup> uiuente in eodem actu nichilominus constitutis<sup>5</sup> diuinis ministeriis<sup>6</sup> impendere seruitium non licere, cum<sup>7</sup> si petitionem ueritas subsequatur contra patris et actoris<sup>8</sup> sui factum uenientibus ut indignis hereditas legibus<sup>9</sup> auferatur. nec eis liceat hereditatem capientibus contra actoris<sup>10</sup> sui<sup>11</sup> prosilire iudicium. Et ideo fratres karissimi quoniam se etiam ab archidiacono predictae ecclesie queruntur oppressos qui per eorum absentiam moderatoris iudicium promisit eos esse sequuturos. calcatis omnibus et que contra leges diuinas et publicas pulsatis forum suum putauit auferri in<sup>12</sup> uestro iudicio. Qui si ille clericum<sup>13</sup> lacessit adueniat ut ecclesie iura que uetusti principes assidua sanctione firmarunt impetitis clericis non negentur.

*JK 727; CB Gel. 50; ID 6.108; +C 11 q 1 c 13*

<sup>1</sup> ben. con. CKDBP; con. ben. N

<sup>2</sup> non CKDBP; om. N

<sup>3</sup> De - auferenda CXKNDBP; om. ZOHA

<sup>4</sup> -ore CKNBZOHQ; -iore A

<sup>5</sup> constitutis CKDBZOHA; om. N

<sup>6</sup> ministeriis CKDBZOHA; misteriiis N

<sup>7</sup> cum CKNBZHA; eum O

<sup>8</sup> act- CRXKNVPZ; auct- BOHA

<sup>9</sup> her. leg. CKDBZOHA; leg. her. N

<sup>10</sup> act- CRXKNVPZ; auct- BOHA

<sup>11</sup> sui CNDBZOHA; suis K

<sup>12</sup> in CKNBZOQA; non H

<sup>13</sup> -icum CKNBZOHQ; -icus A

## 42

*Zeie comiti. De his qui clericos per uiolentiam opprimunt<sup>1</sup>*

Christianis<sup>2</sup> gratum semper debet esse quod ab eorum poscitur dignitate<sup>3</sup> prestandum quia Deo seruientibus beneficium conuenit non negare. Siluester atque Faustinianus<sup>4</sup> qui se ab incunabilis<sup>5</sup> clericos confitentur a Theodora<sup>6</sup> se opprimi per uiolentiam conqueruntur, quod dicant se ingenuos atque auctore<sup>7</sup> pristinae conditionis nexibus<sup>8</sup> absolutos in sortem deterrime iterum seruitutis addici, ac<sup>9</sup> per auctoritatem regiam contra leges publicas cum<sup>10</sup> clericali cingulo olim tenerentur astricti<sup>11</sup> per archidiaconum urbis Grumentine<sup>12</sup> esse conuentos, cum constet eum qui celestem militem pulsat non nisi eius forum debere sectari. Et ideo dilecte<sup>13</sup> depense salutationis affatu supradictos clericos, si ad<sup>14</sup> delegatorum<sup>15</sup> iudicium eorum aduersaria uenire contempserit, sublimitatis tue tuitione uallentur ne quid illis<sup>16</sup> aut [38rb] surreptio aut inimica<sup>17</sup> legibus uiolentia necessitatis imponat, quia qui iudicium refugit apparet eum de iusticia diffisum.

*JK 728; Thiel 1.390; CB Gel. 51; C 11 q 1 c 12*

<sup>1</sup> Zeie comiti. De - opp. CXKNBP; Zeie comiti ZOHQ; om. A

<sup>2</sup> corr. fr. -ani H

<sup>3</sup> -ate CKNBZOHQ; -atem A

<sup>4</sup> Faustinianus CKNBZOHQ; Faustianus A

<sup>5</sup> after corr. H

<sup>6</sup> Theodra N

<sup>7</sup> auctore CRKNBOHA; actore Z

<sup>8</sup> nexibus CKDBZOHA; om. N

<sup>9</sup> ac CKNDVPZOHA; aut B

<sup>10</sup> in add. K

<sup>11</sup> astricti CKDBZOHQ; constricti N; abstricti A

<sup>12</sup> -n- ss C

<sup>13</sup> dilecte CXKNBV; dilectissime ZH; dil' OQA

<sup>14</sup> corr. fr. a K; corr. fr. d Z

<sup>15</sup> offic add. and canc. Z

<sup>16</sup> illis CKDBZOHA; ultra N

<sup>17</sup> -ica CKDBZOHA; -ici N

## 43

*Rustico et Fortunato episcopis. De episcopo quem clerici sui graui necessitate uexari dicebant<sup>1</sup>*

Super<sup>2</sup> Foropopulensis ecclesie clerici una cum Sabino et Pelagio laicis propria suggestione reserarunt<sup>3</sup> presulem suum graui quadam necessitate uexari, cuius eum dicerent<sup>4</sup> incursione frequenter elisum, quod<sup>5</sup> ne<sup>6</sup> scandalum fidelibus uideretur ingerere et ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare<sup>7</sup>, precipue cum eodem ipso uolente huc per<sup>8</sup> se perrexisset firmarent, ad dilectionem uestram scripta direximus ut ecclesie cuius rector tali casu teneretur astrictus<sup>9</sup> uisitationem congruam redderetis<sup>10</sup>. Verum<sup>11</sup> quia nunc idem ipse uenit huc<sup>12</sup> pontifex, falsa que omnia de se

<sup>1</sup> Rust. - ep. De - dicebant (-bat P) CXKNBP; Gelasius Rustico et Fortunato episcopis ZOHA

<sup>2</sup> Super CXKNBOH; Nuper ZQA

<sup>3</sup> resararunt CRKNBZOH; reserarum Q; reserunt A

<sup>4</sup> eum dicerent CRXKNB; cum (ss Q) dicerent ZOHQ; ei indicerent A

<sup>5</sup> quod CKDBZOA; quia N

<sup>6</sup> ne CKNBH; nec ZOA

<sup>7</sup> hac off. turbare CXKDB; turbare hac off. N; hac off. turbaret ZOHA

<sup>8</sup> per CXKNB; om. ZOHA

<sup>9</sup> astrictus CKNB; obstrictus ZOHA

<sup>10</sup> corr. from reddentis O

<sup>11</sup> Verum CKNBZHA; Vere O

iactata disseminat sub diuini contemplatione iudicii, uestreque conscientie estimationisque respectu rerum fide sollertissime perquisita si scilicet<sup>13</sup> aliquando uel in domo uel in<sup>14</sup> processione uel in aliquo<sup>15</sup> quocumque loco probatur repente collapsus uocesque dedisse confusas et spumas ore iactasse, quanta fieri potest examinatione queratur, quod tamen siue aliquorum possit factum<sup>16</sup> testificatione firmari siue nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse<sup>17</sup> sufficere sed certum<sup>18</sup> manifestumque documentum quia<sup>19</sup> de tanta re non segnius agendum est<sup>20</sup>. faciat rem tua dilectio<sup>21</sup> frater Rustice sui moris, et aptam magno pontifici ut eum uel xxx diebus tecum esse constituas<sup>22</sup>, eumque carnibus indifferenter uti necessaria probatione<sup>23</sup> compellas.

*JK 729; CB Gel. 52 (addressed to Rufinus, wrongly); +C 7 q 2 c 2*

<sup>12</sup> *ss* D; hic B

<sup>13</sup> scilicet CNBZOHA; sane K

<sup>14</sup> *ss* C

<sup>15</sup> aliquo CKNBH; alio ZOA

<sup>16</sup> sufficere *add. and canc.* O

<sup>17</sup> est posse CRKNVPZOHA; posse est B

<sup>18</sup> certu O

<sup>19</sup> non *add. and canc.* O; *corr. fr.* qua B

<sup>20</sup> agendum est CXKNB; est agendum ZOHA

<sup>21</sup> tua dil. CKDBZOHA; dil. tua N

<sup>22</sup> esse const. *om. with lacuna* N

<sup>23</sup> probatione CKDBZOHA; bonitate N

#### 44

*Leontio<sup>1</sup> et Petro episcopis<sup>2</sup>. Quod subueniendum sit a Romano pontifice his qui eius remedia sperant in suis negotiis<sup>3</sup>*

Quisquis in<sup>4</sup> negociis suis<sup>5</sup> nostri nominis intercessione<sup>6</sup> sperat sibi remedia posse conferri. prona nos conuenit [38va] animositate prestare.

*JK 730; Thiel 1.500 frg. 30; CB Gel. 53; +D 87 c 3*

<sup>1</sup> Leontio CKNBHQA; Leuntio ZO

<sup>2</sup> et Petro ep. *om.* X

<sup>3</sup> Quod subu. - negotiis CXKNBP; *om.* ZOHA

<sup>4</sup> *ss* Z

<sup>5</sup> neg. suis CNDBZOHA; suis neg. K

<sup>6</sup> -ione CKDBZOHA; -ionem N

#### 45

*<sup>1</sup>Laurentio. Quod iusta dispensatione sit seruandum testatoris arbitrium<sup>2</sup>*

Consideratio ecclesiastice utilitatis hoc postulat ex iusta dispensatione seruandum testatoris arbitrium.

*JK 731; Thiel 1.500 frg. 29; CB Gel. 54; C 16 q 1 c 15*

<sup>1</sup> Laurentio CRXSKNDBP; *om.* L; Gelasius Laurentio ZOHA

<sup>2</sup> Quod - arbitrium CRKNBP; *om.* ZOHA

## 46

*Iohanni episcopo Viuonensi. De quodam qui ad basylicam confugerat<sup>1</sup>*

Vxor Felicis et filie Romam quia sic oportuit peruenerunt. Siquidem hunc ipsum<sup>2</sup> primum se ad barbarorum basylicam<sup>3</sup> conferentem<sup>4</sup> seque bonas causas habere iactantem egredi sub hac conditione precipimus, ut si actus suos fideliter et rationabiliter<sup>5</sup> allegaret<sup>6</sup>, nichil circa eum prorsus asperum fieri durumque pateremur<sup>7</sup>. Alioquin si contra fidem et utilitatem dominicam uenisse probatur ipse sibimet imputaret, atque ordinationi congrue subiaceret, qui superueniente filio nostro uiro spectabili Heortasio<sup>8</sup> sic<sup>9</sup> est ad singula queque<sup>10</sup> conuictus ut os aperire non posset, et uera esse que huic obicerentur uoce propria fateretur<sup>11</sup>, ideoque tenetur custodia mancipatus.

*JK 732; CB Gel. 55; ID 16.77; +C 17 q 4 c 33*

<sup>1</sup> Ioh. - Viu. (Yv- KND) De - conf. (fuerat N) CRXKNDBP; Gel' Iohanni episcopo Viuonensi [ Viuoriensi A] ZOHQA

<sup>2</sup> ipsum CKNBZOA; impium H; om. Q

<sup>3</sup> basylicam CKDBZOHA; ecclesiam N

<sup>4</sup> conferentem CKDBZHA; perferentem O; conuertentem N

<sup>5</sup> et rat. CKDBZOHA; rationabiliterque N

<sup>6</sup> corr. fr. aggaret [sic] V

<sup>7</sup> -eremur CKNBZHA; -emur O

<sup>8</sup> Heortasio CLSKNVPZOHQ; Heorrasio R; Heorothasio X; Heorthasio W; Hortasio B; Heorsio A

<sup>9</sup> corr. fr. sicut Z

<sup>10</sup> queque CKDBZOA; quoque N

<sup>11</sup> fateretur CKNBZOHQ; fatentur A

## 47

*Maiorico, Sereno et Iohanni episcopis. Quod communione<sup>1</sup> sint priuandi qui humanis legibus calcatis et religione abiecta ecclesiastica priuilegia calcare contendunt<sup>2</sup>*

Qui et humanis legibus in ciuili<sup>3</sup> dampnatione calcatis. et reuerentia religionis abiecta uel ecclesiastica priuilegia calcare contendunt uel uilibet<sup>4</sup> in pauperum prosilire dispendium, nec huiusmodi saltem commoniti conuictique nequitiam sopire consentiunt atque illata sacris rebus detrimenta sancire<sup>5</sup> merito diuini muneris sunt participatione priuandi ut huius perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui.

*JK 733; CB Gel. 56a; Dd 3.116 (pt); ID 3.150, 4.185; +C 12 q 2 c 2*

<sup>1</sup> communione C<sup>2</sup>R<sup>2</sup>XSKNB; commune CR

<sup>2</sup> Mai. - ep. Quod - cont. CXKNBP; Gel' Maiorico, Sereno et Iohanni episcopis ZOHA

<sup>3</sup> corr. fr. -ilis H

<sup>4</sup> uilibet N

<sup>5</sup> sancire CKNB; sarcire ZOHA\*

## 48

*Item. Quod non<sup>1</sup> sit eundum contra pontificalia constituta<sup>2</sup>*

Celestinus uero presbiter fratris et coepiscopi<sup>3</sup> nostri Sereni qui contra pontificale iudicium, contraque apostolice sedis mandata prorumpens supradictis communionem<sup>4</sup> sacram ministrare presumpsit cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis

<sup>1</sup> om. R

<sup>2</sup> Quod - constituta (instituta KND) CLRXKNDBP; om. ZOHA

<sup>3</sup> -opi CKNBZOHQ; -opis A

<sup>4</sup> eom- N



ab officio protinus ecclesiastico repellatur, ut nullus ecclesie ministrorum contra pontificalia instituta<sup>5</sup> uenire contendat.

*JK 733; CB Gel. 56b; Dd 3.116; +C 12 q 2 c 24*

---

<sup>5</sup> instituta CXKNB; constituta ZOHA

#### 49

*Fortunato episcopo. Quod irreligiosum sit et execrabile si quisquam in sua tuitione susceptos fideliter et sancte non educauerit<sup>1</sup>*

Inreligiosum<sup>2</sup> prorsus et execrabile iudicamus<sup>3</sup> si quisquam uel extraneus in sua tuitione susceptos non omni fide et tota<sup>4</sup> animi sui educauerit sanctitate. Ac<sup>5</sup> cum Olimpius diaconus dilectionis tue Felicis atque Olimpui suggeratur auunculus eosque paruulos tutele uice suscepit nutriendos ultra latrocinium esse iudicamus quod eos honusculis<sup>6</sup> parentum sicut asserunt reliquit extorres, alia retinendo alia contra leges et iura uendendo.<sup>7</sup>

*JK 734; Thiel 1.501 frg. 33; CB Gel. 57; ID 6.109; +D 87 c 5*

---

<sup>1</sup> Fort. ep. Quod - educ. CX(after corr.)KNBP; Gelasius Fortunato episcopo ZOHA

<sup>2</sup> -sum CKNBOHQ; -sus Z

<sup>3</sup> iud- CK?NBZOH; ind- QA

<sup>4</sup> corr. from tata A

<sup>5</sup> Ac CWND?BPZHQA; At KD<sup>2</sup>O

<sup>6</sup> hon- CRXSKN; honusculus W; bon- LBVZOHQA; *illeg.* P

<sup>7</sup> uendendo LRXSWKNBVPZGZOH; seruiendo (uel uend. ss) C

#### 50

*Helpidio episcopo. Vt quilibet nisi pura conscientia ad sacrosanctam religionem non audeat peruenire<sup>1</sup>*

Sacrosancta religio que catholicam continet disciplinam tantam sibi reuerentiam uendicat<sup>2</sup> ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat peruenire. Nam quomodo ad diuini mysterii consecrationem celestis spiritus inuocatus adueniet si sacerdos et qui eum<sup>3</sup> adesse deprecatur criminosis plenus actionibus<sup>4</sup> reprobetur?

*JK 735; Thiel 1.486 frag. 7; CB Gel. 58; ID 2.90, 6.110; +C 1 q 1 c 92*

---

<sup>1</sup> Help. ep. Vt - peru. CXKNBP; Gelasius Helpidio (Helc- H) episcopo ZOHA

<sup>2</sup> uend- CXKNBP; uind- ZOHA

<sup>3</sup> an erasure here Z

<sup>4</sup> actionibus CKNBZOH; actibus Q; *om.* A

#### 51

*Epyphanio episcopo. Vt qui ecclesias uiolasse perhibentur, accessu earum indigni iudicentur<sup>1</sup>*

Ad episcopos ceteros direximus iussionem ut eos qui ecclesias uiolasse perhibentur accessu earum iudicent esse non dignos.

*JK 736; Thiel 1.504 frag. 39; CB Gel. 59; ID 3.119; +C 17 q 4 c 11*

---

<sup>1</sup> Ep. ep. Vt - iudic. CXKNBP; Gelasius Epyphanio episcopo ZOHA

#### 52

*Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo. Sereno et Timotheo episcopis. De his qui ad ecclesiam confugerint non absque sacerdotis licentia retrahendis<sup>1</sup>*

---

<sup>1</sup> V. C. M. F. S. et T. episcopis (ep. *om.* C?). De - sac. lic. (lic. sac. P) retr. CXKNBP; Gelasius V. C. M. F. S. et T. episcopis ZOHA

Frater et coepiscopus noster Epyphanius sua [39ra] nobis relatione suggestit Benenatum et Maurum Beneuentane municipes ciuitatis in contumeliam religionis acerba nimis et plectibili<sup>2</sup> contumacia prosilisse<sup>3</sup> qui confugientem ad ecclesie<sup>4</sup> septa curialem suum ne<sup>5</sup> illic quidem<sup>6</sup> tutum aut de iniuria sua securum esse siuerint<sup>7</sup> ausi irruptione temerarie mentis admittere quod<sup>8</sup> nec potestatibus quidem<sup>9</sup> uel principibus<sup>10</sup> unquam licuit penetrare<sup>11</sup>, ut hominem in sanctuariis constitutum captata sacerdotis absentia reluctantem, reclamantemque uiolenter abstraheret<sup>12</sup>, quos quantum sua nobis suggestione patefecit merito indignos esse sacra communione iudicauit. Et si reuera tanti facinoris constat admissum nostra etiam auctoritas in hac parte consentit. Nec enim iure<sup>13</sup> ad supplicandum debet admitti ubi admittere sacrilegium non uetauit<sup>14</sup>. Nullus etenim intra limina tante uenerationi deputata utrumque sibi licere existimat<sup>15</sup> pro sue uoluntatis arbitrio ut et humilitatem<sup>16</sup> sibi uendicet<sup>17</sup> et furorem. Et ideo fratres karissimi supradictos si manifesta reos facit conquestio ab omnibus parrochiarum uestrarum<sup>18</sup> ecclesiis nostre preceptionis auctoritate prohibete ut non solum hii<sup>19</sup> qui in<sup>20</sup> iniuriam sanctorum<sup>21</sup> locorum prosiluisse probantur<sup>22</sup>, merito consequantur pro facti sui qualitate uindictam, uerum etiam ceteri<sup>23</sup> a tali presumptione ultionis istius timore reuocentur.

*JK 737; Thiel 1.504 frg. 40; CB Gel. 60; ID 3.120; +C 17 q 4 c 10*

<sup>2</sup> et plectibili CKNBZOHQ; inplectibili A

<sup>3</sup> -lisse CKNBZOA; -luisse HQ

<sup>4</sup> corr. from ecclesia C

<sup>5</sup> corr. from nec O

<sup>6</sup> quidem CKDBZOH; quid N; quod Q?A

<sup>7</sup> siuerint CXSK<sup>2</sup>D<sup>2</sup>BV<sup>2</sup>ZOHA; sciuerint LRVP; fuerint W; ? K; si fuerint ND

<sup>8</sup> quod CKDBZOHA; quam N

<sup>9</sup> quidem CKNBZOH; quod Q?A

<sup>10</sup> principibus CKDBZOHA; principalibus N

<sup>11</sup> penetrare CRKDBVPZOHA; perpetrare K<sup>2</sup>ND<sup>2</sup>

<sup>12</sup> -et LRXSKNDBVPZOHA; -ent CK<sup>2</sup>

<sup>13</sup> iure before debet KND

<sup>14</sup> .me.uit N

<sup>15</sup> -at LRXSKNDBVPZOHA; -et CK<sup>2</sup>

<sup>16</sup> humilitatem CKNBZHA; uoluntatem O

<sup>17</sup> uend- CXKNBP; uind- ZOHA

<sup>18</sup> uestrarum CRSBPZOHA; nostrarum XKND

<sup>19</sup> hii CKNBH; ii ZOQA

<sup>20</sup> in C<sup>2</sup>LK<sup>2</sup>D<sup>2</sup>BV<sup>2</sup>ZOH; om. CRXSKNDVPA

<sup>21</sup> corr. from eorum sanctorum O

<sup>22</sup> probantur CXKNB; probabuntur ZOHA

<sup>23</sup> om. B

### 53

*Honorio<sup>1</sup> episcopo. Quod pia sollicitudo episcopi commodis egentium non sit neganda<sup>2</sup>*

Diuine retributionis memor ad pontificalem conscientiam pertinere non ambigas, egentium commodis piam sollicitudinem non negare.

*JK 738; Thiel 1.499 frg. 28; CB Gel. 61a; +D 87 c 4*

<sup>1</sup> Honorio CRNDB; Honori K

<sup>2</sup> Hon. ep. Quod - neganda CRXKNBP; Gelasius Honorio episcopo ZOHA

## 54

*De quodam seruo ecclesie qui ausu temerario molitus fuit<sup>1</sup> condere paginam testamenti<sup>2</sup>*

Illud etiam sinceritatem tuam uolumus non latere ad nos fuisse perlatum [39rb] quod<sup>3</sup> ampliatus conductor quem non solum seruum constat ecclesie<sup>4</sup> sed ita rationibus a multis temporibus implicatum ut<sup>5</sup> etiam si esset ingenuus donec racionia<sup>6</sup> cuncta deduceret<sup>7</sup> modis omnibus obnoxius haberetur<sup>8</sup>, ausu temerario molitus fuerit<sup>9</sup> paginam condere testamenti. cuius omne peculium ecclesiastico iuri<sup>10</sup> legibus non dubitetur obstrictum. Quapropter his presumptionibus uice nostra tua<sup>11</sup> fraternitas contradicat nec fieri prorsus aliqua surreptione permittat. Ac si eidem quicquam humanitus forte<sup>12</sup> contigerit. quia grandeeus esse memoratur. mox eius sine dilatione substantiam<sup>13</sup> precipiat unanimitas tua filiis eius dumtaxat quibus patrimonium probatur esse commissum sub fideli descriptione contradi. donec temporibus uniuersis quibus hoc patrimonium<sup>14</sup> gubernasse cognoscitur partes dominicas reddere cogatur indempnes.

*JK 738; Thiel 1. 499 frg. 28; CB Gel. 61b; ID 16.111; C 13 q 2 c 5*

<sup>1</sup> fuit CKDB; est N

<sup>2</sup> De - test. CXKNDBP; Item ZOHA

<sup>3</sup> quod CKDBZOHA; quia N

<sup>4</sup> const. ecc. *after corr.* Z

<sup>5</sup> *ss* B

<sup>6</sup> -cinia CKDBZOHA; -nicia N

<sup>7</sup> *corr. from* -ent A

<sup>8</sup> obnoxius haberetur C<sup>2</sup>LD<sup>2</sup>BVPZOHA; haberetur CRXSKD; haberetur obnoxius N; astrictus *in mg.* K<sup>2</sup>

<sup>9</sup> fuerit CKDBZOHA; sit N

<sup>10</sup> *corr. to iure* K

<sup>11</sup> tua nostra *later reversed* K

<sup>12</sup> *partially obscured*, forte *in mg.* K

<sup>13</sup> substantiam CKDBZOHA; superbiam N

<sup>14</sup> probatur esse comm. – patrimonium *in mg.* X<sup>2</sup>

## 55

*Gerontio, Iohanni, Germano et Petro. De culpa non iterum punienda<sup>1</sup>*

Si illic ubi hec acta sunt presentibus utrisque constiterit et satisfacisse Stephanum et supplicatione suscepta eum qui male tractatus est ignouisse, semel in abolitione missa punitio recidiuo<sup>2</sup> dolore non debeat iterari, diuine scilicet<sup>3</sup> imitatione clementie que dimissa peccata in ultionem redire<sup>4</sup> non patitur<sup>5</sup>. sin<sup>6</sup> uero nichil uel<sup>7</sup> de satisfactione probabitur uel de remissione transactum, dilectionis uestre sermone monstretur quatinus siue nunc<sup>8</sup> saltem potuerit competens satisfactio prouenire, illud potius exeratur<sup>9</sup> ubi animum sanare possit afflictus siue inremissibilis prestat acerbitas ibidem nichilominus uindicetur, ubi plectibilis orta est<sup>10</sup> presumptio.

*JK 739; Thiel 1.507 frg. 44; CB Gel. 62; C 23 q 4 c 29, De cons. D 4 c 24*

<sup>1</sup> G. I. G. et P. De - pun. CXKNBP; Gel' G. I. G. et P. ZOHA

<sup>2</sup> -diuo CKDBZOHA; -duo N

<sup>3</sup> scilicet CRBPZOHA; sane K; sed N; .s. D

<sup>4</sup> in ult. red. CKDBZOHA; red. in ult. N

<sup>5</sup> -itur CKNBZOHQ; -iatur A

<sup>6</sup> sin CKDBZOHA; si N

<sup>7</sup> uel CKDBZOHA; *om.* NZ

<sup>8</sup> nunc CKNBZOHQ; non A

<sup>9</sup> exeratur CRXKNVPZOHQ<sup>2</sup>A; exeratur DQ; execratur B

<sup>10</sup> orta est CRKNBP; est orta ZOHA

## 56

*Iustino archidiacono et Fausto defensori. De rebus ecclesie in quatuor partes diuidendis<sup>1</sup>*

Vobis enim et fame uestre consultum [39va] duximus ut pontificis uestri loco uobiscum ab eodem aliquid<sup>2</sup> subrogetur qui eius nomine pariter uniuersa<sup>3</sup> disponat quatinus omnia predia ad uestrum reuocetis<sup>4</sup> studium, ne cuiquam clerico pro portione sua solum aliquod<sup>5</sup> ecclesie putetis esse deputandum, ne per incuriam negligentiamque minuat, sed omnem pensionis summam ex omnibus prediis<sup>6</sup> rusticis urbanisque collectam ad antistem deferatis. Ex qua tamen collectione<sup>7</sup> habeatur ratio quid ad causas uel expensas<sup>8</sup> accedentium necessitatum opus esse perspicitur ut de medio sequestretur<sup>9</sup> et quatuor portiones uel de<sup>10</sup> fidelium oblatione uel de hac<sup>11</sup> fiant modis omnibus pensiones, ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo iudicio et electione disperciat, terciam pauperibus sub omni conscientia faciat erogari. fabricis uero que competit ad ordinationem pontificis erogatione uestra decernimus esse<sup>12</sup> pendendam. Si quis<sup>13</sup> forte sub<sup>14</sup> annua remeabit expensa, electo idoneo ab utraque<sup>15</sup> parte custode condatur<sup>16</sup> enthecis, ut si maior emergerit fabrica, sit subsidio quod<sup>17</sup> diuersi temporis diligentia potuerit<sup>18</sup> custodiri, aut certe ematur possessio que utilitates respiciat communes.

*JK 740; Thiel 1.498 frg. 24; CB Gel. 63; C 12 q 2 c 23*

<sup>1</sup> I. arch. et F. def. De - diu. CXKNBP; Gel' Iustino archidiacono et Fausto defensori ZOHA

<sup>2</sup> aliquid CLRXSKNDBVPZOHA; aliquis C<sup>2</sup>K<sup>2</sup>D<sup>2</sup>

<sup>3</sup> par. uni. CNDBZOHA; uni. par. K

<sup>4</sup> re- ss C

<sup>5</sup> aliquod CLKN?BV<sup>2</sup>PZOA; aliquid RXSK<sup>2</sup>D<sup>2</sup>VHQ

<sup>6</sup> ss V<sup>1</sup>

<sup>7</sup> collectione CKNBOHQA; collatione Z

<sup>8</sup> uel expensas C<sup>2</sup>LKNBZOHA; om. C; ut expensas RXS

<sup>9</sup> sequestretur CKDBZOHA; sequeretur N

<sup>10</sup> de CKDBZOHA; om. N

<sup>11</sup> corr. fr. hanc K

<sup>12</sup> esse CKDBZOHA; om. N

<sup>13</sup> Si quis CLRXSWKNDBPZOHA; Si quid C<sup>2</sup>K<sup>2</sup>D<sup>2</sup>

<sup>14</sup> sub CKDBZOHA; ab N

<sup>15</sup> utraque CKNBZHA; utroque O

<sup>16</sup> -datur CKNBZO; -dantur HQA

<sup>17</sup> quod CKDBZOHA; quia N

<sup>18</sup> potuerit CRK DBZOHA; -int K; -unt N

## 57

*Idem eisdem. De prediis ab ecclesia alienatis ecclesie restituendis<sup>1</sup>*

Volaterane<sup>2</sup> ecclesie actus uel patrimonium quod hactenus comperimus destitutum<sup>3</sup> uel post dampnationem Eucharisti<sup>4</sup> quo fuerat deprauante dispersum cure uestre decreuimus esse delegandum. ut diligentia qua uos pro utilitatibus ecclesie estimamus esse uigilantes predia culture restituatis<sup>5</sup> antique reuocetis si qua sunt uendita aut donata mancipia. possessiones etiam que ab Eumatio<sup>6</sup> et Oppilione episcopis uel

<sup>1</sup> Idem eisdem. De prediis (presidiis P)- rest. CXKNBP; Gel' Iustino archidiacono et Fausto defensori ZOHA

<sup>2</sup> Vola- CRX<sup>2</sup>KNBPZOHQ; Tola- LA; Vole- X

<sup>3</sup> destitutum CKNBZHA; destinatum O

<sup>4</sup> corr. from -iste A

<sup>5</sup> corr. from -uastis O

<sup>6</sup> corr. from Ema- A

ceteris quouis iure uideritis<sup>7</sup> teneri. quia contra constituta<sup>8</sup> synodi ab episcopo<sup>9</sup> predia alienari nullo potuerint<sup>10</sup> commento<sup>11</sup> nichilominus reuo [39vb] centur, sit emptoribus ad eum recursus, qui presumpsit aliquid ecclesie rebus illicita uenditione distrahere, ita ut pensiones annuas ad pontificem deferatis cui priuilegia sua integra conuenit omni ratione seruari, ut eius dispensatione portiones<sup>12</sup> proueniant consuete, ita ut portionem quarte que ad eos pertinet sua pontifex ordinatione<sup>13</sup> distribuatur, prout cuiusque locum meritumque cognoscit, pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum, ut quartam clericis eroget pro consideratione sue electionis antistes, fabricarum etiam portio episcopo sciente et disponente uestra erogatione pendatur, quatinus nichil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari.<sup>14</sup> Si quid uero in ecclesie damno uestre aut in iis<sup>15</sup> que sunt preceptionis nostre<sup>16</sup> prohibita pontificem uestrum uideritis admittere, mox nostris<sup>17</sup> auribus relatione signate ut quid fieri debeat censeamus.

*JK 741; Thiel 1.496 frg. 23; CB Gel. 64 (as ZJGOHA); ID 3.151, as Coll.Brit.; C 12 q 2 c 25 (as CK etc)*

<sup>7</sup> uideritis CRKD<sup>2</sup>BZOHA; uidetis N; uenditis D

<sup>8</sup> constituta CRXKNBP; constitutum ZOHQA. const. contra *marked for reversal* H

<sup>9</sup> -opo CNDBVPZOHA; -opis C<sup>2</sup>LWV<sup>2</sup>; -opi RXSN; -opio K

<sup>10</sup> -erint CRKNDBZOHA; *corr. to* -erunt K<sup>2</sup>D<sup>2</sup>

<sup>11</sup> commento CKNBZOHQ; emento A

<sup>12</sup> *corr. from* pot- A

<sup>13</sup> -ione CKNBZOHQ; -ionem A

<sup>14</sup> Si quid – debaet censeamus ZJGOHA\*; *om.* CLRXSKNDBVP

<sup>15</sup> iis ZJQA; his OH

<sup>16</sup> *ss* O

<sup>17</sup> *corr. fr.* nostri H

## 58

<sup>1</sup>*Syracusio, Constantio<sup>2</sup>, et Laurentio episcopis. De quodam seruo qui ad ecclesiam confugerat<sup>3</sup>*

Iudas qui Iudaice professionis existit<sup>4</sup> mancipium iuris sui quem<sup>5</sup> ante paucos annos se asserit comparasse nunc ad ecclesiam Venefranam<sup>6</sup> confugisse suggestit, sicut petitorii tenor annexus ostendit, eo quod dicat sibi ab infantia Christiano nuper a prefato domino signaculum circumcisionis<sup>7</sup> infixum. Quapropter diligenter uestra inter utrumque sollicita cura rerum fideliter examinet ueritatem, quatinus nec religio<sup>8</sup> temerata uideatur nec seruus hac obiectione mentitus competentis iura domini declinare contendat.<sup>9</sup>

*JK 742; Thiel 1.506 frg. 43; CB Gel. 65; ID 13.113; +C 17 q 4 c 34*

<sup>1</sup> Gelasius *add.* ZOHA; *om.* CKNBP

<sup>2</sup> Constantio CRKNBVPZ<sup>2</sup>H?; Constantino XZQA

<sup>3</sup> De - confugerat CRXKNBP; *om.* ZOHA

<sup>4</sup> *corr. fr.* -at O

<sup>5</sup> *corr. fr.* quidem K

<sup>6</sup> -anam CRXKNV<sup>2</sup>ZOQA; Venestranam (-um B) BVP; -amnam H

<sup>7</sup> cumcisionis A

<sup>8</sup> *corr. fr.* regio H

<sup>9</sup> *Explicit add.* RXS

*Ex decretis Anastasii pape ad Anastasium imperatorem. Quod eos quos<sup>1</sup> post dampnationem suam baptizauit uel ordinauit Achatius nulla lesio attingat<sup>2</sup>*

Secundum ecclesie catholice consuetudinem<sup>3</sup> sacratissimum serenitatis tue pectus agnoscat quod<sup>4</sup> nullum de his uel quos baptizauit Achatius uel quos sacerdotes siue leuitas secundum canones ordinauit ulla<sup>5</sup> eos [40ra] ex nomine Achatii portio lesionis attingat<sup>6</sup>, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma<sup>7</sup> uideatur. Nam et baptismum quod procul sit<sup>8</sup> ab ecclesia siue ab adultero<sup>9</sup> uel<sup>10</sup> a fure fuerit datum<sup>11</sup> ad percipientem munus peruenit illibatum. Quia uox illa que sonuit per columbam omnem maculam humane pollutionis excludit, qua<sup>12</sup> declaratur ac dicitur, Hic est qui baptizat in spiritu et igni<sup>13</sup>. Nam si uisibilis<sup>14</sup> solis istius radii cum per loca fedissima transeunt nulla contactus iniquatione maculantur, multo magis illius qui istum<sup>15</sup> uisibilem fecit uirtus nulla ministerii<sup>16</sup> indignitate constringitur. Nam et Iudas cum fuerit sacrilegus atque fur quicquid egit inter apostolos pro dignitate commissa beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima uoce, Scribe, inquit et Pharisei super cathedram Moysi sedent<sup>17</sup>, que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite<sup>18</sup>. Dicunt enim et non faciunt. Quicquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo uidetur operari. Hoc totum contueri<sup>19</sup> implente<sup>20</sup> diuinitatis affectu ita ille per quem Christus loquitur Paulus affirmat, Ego plantaui, Apollo rigauit sed Deus<sup>21</sup> incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid neque qui rigat. sed qui incrementum dat Deus. A Deo<sup>22</sup> autem non queritur quis uel qualis predicet. sed quem predicet ut inuidos etiam bene Christum predicare confirmet quo malo diabolus ipse deiectus est et hoc ipse<sup>23</sup> predicare non desinit.

*JK 744; H 656a.57-b.30, M 990-1 (c 7) with rubric as here; ID 1.151 to peruenit illibatum; D 19 c 8a*

<sup>1</sup> ss Z

<sup>2</sup> att- CKNBZOQA; cont- H. Nota quod duo hec capitula inter autentica non computantur *add. in mg.* M<sup>2</sup>

<sup>3</sup> cath. cons. CNDBZOHA; cons. cath. K

<sup>4</sup> quod CKDBZOHA; quia N

<sup>5</sup> ulla CKNBOHA; nulla Z

<sup>6</sup> -gat CKNBZOHQ; -guat A

<sup>7</sup> gratia minus firma (*corr. fr.* filma A) CKDBZOA; minus gratia firma esse N

<sup>8</sup> procul sit quod *marked for reversal* H

<sup>9</sup> *corr. fr.* -erio K; *corr. fr.* abu- O

<sup>10</sup> uel CRBPZOHA; siue KND

<sup>11</sup> fuerit datum LRXKNBVPZOHA; datum fuerit (*fuerit ss*) C

<sup>12</sup> qua CRSKNZ<sup>2</sup>POHA; quia B; que V?; ? Z

<sup>13</sup> igni CKNBZOQA; igne H

<sup>14</sup> *corr. fr.* inuis- O; -iles N

<sup>15</sup> istum CKNBZOQ<sup>2</sup>A; iustum HQ

<sup>16</sup> ministerii CRKNVPZOHA; misterii B

<sup>17</sup> sedent CKDBZOHA; sederunt N

<sup>18</sup> fac. nol. RXSKNBPZOHA; nol. fac. CLW

<sup>19</sup> contueri C?RXSKN; contineri BVPZOHA

<sup>20</sup> implente CRKNPZOHA; implete B

<sup>21</sup> sed Deus CRKDBPOHQA; Deus autem NZ

<sup>22</sup> *corr. fr.* ab eo N

<sup>23</sup> hoc ipse CRKDBVPOH; hic ipse N; hoc ipsum Z; ipse hoc QA

## 2

*Quod<sup>1</sup> mali bona ministrando ecclesie sacramenta non maculant<sup>2</sup> cap. viii<sup>3</sup>*

<sup>1</sup> Quod CRKNVZOHA; Quo B. Quod - maculant *in mg.* ZO

Ideo ergo et hic cuius nomen dicimus<sup>4</sup> esse reticendum male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum quod per illum datum est aliis perfectionem sue uirtutis obtinuit. Quod [40rb] quidem<sup>5</sup> aliquorum in tantum se extendit<sup>6</sup> curiosa suspicio ut imaginetur prolato a papa Felice<sup>7</sup> iudicio postea inefficaciter in sacramentis que Achatius usurpauit egisse<sup>8</sup> ac perinde eos metuere qui uel in consecrationibus uel in baptisate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina uideantur.<sup>9</sup>

*JK 744; H 656b.31-43, M 991-2 with abbrev. titulus (c 8 pt); D 19 c 8b*

<sup>2</sup> -ant CKNBZOHQ; -at A

<sup>3</sup> Cap. viii CRWBVPZOQ; *om.* KN; *before rubric* HA

<sup>4</sup> dicimus CKDBZOHA; dominus N

<sup>5</sup> Quod quidem CKDBZOHA; Quicquid N

<sup>6</sup> extendit CRSKNBVZOHA; ostendit B

<sup>7</sup> Fecile H

<sup>8</sup> actum fuisse *add. ss* K

<sup>9</sup> Expl' *add.* S

## A 1. XLVIII SYMACHVS<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i.           Episcopum accusatum non esse deserendum ante exitum cause
- ii.           De eodem
- iii.          Non esse rata concilia sine auctoritate apostolica
- iiii.         Quod apostolicus a nemine sit iudicandus
- v.            Quod mortem languentibus infligit qui cum possit non<sup>3</sup> excludit
- vi.           Quod recte monitoris personam suscipit qui errata condempnat et innocentiam demonstrat
- vii.          De uexatione ecclesiarum uel sacerdotum
- viii.         De raptoribus uiduarum ac uirginum
- viiii.        De inuasoribus, petitoribus, largitoribus rerum ecclesiasticarum uel pontificalium
- x.            De rerum ecclesiasticarum inuasoribus
- xi.           Vt nullus honorem premiis accipiat
- xii.          De eligendo papa
- xiii.         De rebus ecclesie conseruandis nec a laicis disponendis
- xiiii.        De eodem
- xv.           De rebus ecclesie ne alienentur
- xvi.          De eodem
- xvii.         Quod si alienentur res ecclesie liceat quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere et cum fructibus aliena repossere
- xviii.        De reuerentia imperatoris
- xviiii.       De discedentibus ab eo
- xx.          Quo tenore temporaliter<sup>4</sup> alienari possint res ecclesie

<sup>1</sup> papa *add.* X

<sup>2</sup> *capitulatio* in CLRXSKNDMBVP; *om.* ZOHQA

<sup>3</sup> *ss* C

<sup>4</sup> *ten. temp.* CXSKDMBV; *temp. ten.* N

*In quinta synodo Symachi pape. Episcopum accusatum non esse<sup>1</sup> deserendum<sup>2</sup> ante exitum cause<sup>3</sup>*

Nonne directa uerba sunt canonum. Quicumque clericorum ab episcopo suo ante sententie tempus pro dubia suspicione discesserit manifestam eum manere<sup>4</sup> censuram. (*Recte Ennodius*); *H 669a.40-44, M 1012; ID 6.340 (insc. almost as here); C 8 q 4 c 1a*

---

<sup>1</sup> *corr. fr.* est O

<sup>2</sup> *corr. fr.* deferenteum A?

<sup>3</sup> Episcopum - cause] Semet iudicat qui iudicium subterfugit D

<sup>4</sup> *corr. fr.* -eret K

## 2

*In eadem<sup>1</sup> de eodem<sup>2</sup>*

Lex<sup>3</sup> ecclesiastica pontificem ab aliis accusatum priusquam sub luce obiecta constiterint exigit non relinqui.

*Recte Ennodius*; *H 669a.59-62, M 1013; ID 6.341 (insc. almost as here); C 8 q 4 c 1b*

---

<sup>1</sup> In eadem CKDBZOHA; *om.* N

<sup>2</sup> De eodem] Episcopum accusatum non esse deserendum ante rei finem D

<sup>3</sup> Ex A

## 3

*In eadem<sup>1</sup>. Non esse rata concilia<sup>2</sup> sine auctoritate apostolica [40va]*

Concilia sacerdotum ecclesiasticis legibus quot annis decreta per<sup>3</sup> prouincias quia presentiam pape non habent, ualitudinem perdiderunt<sup>4</sup>. Legite insanissimi aliquando<sup>5</sup> in illis preter apostolici apicis<sup>6</sup> sanctionem aliquid constitutum<sup>7</sup> et non de maioribus negociis ad consultationem si quid occurrit prefate sedis arbitrio fuisse seruatum.

*(Recte Ennodius)*; *H 671a.14-18, M 1015; ID 4.242; D 17 c 6*

---

<sup>1</sup> In eadem CKDBZOHA; *om.* N

<sup>2</sup> rata concilia CSKNBZO; concilia rata HQ; concilia A

<sup>3</sup> per CKNBZOH; *om.* QA

<sup>4</sup> -erunt CKDBZPOHA; -erint B

<sup>5</sup> *ins. al.* CKDBZOHA; *al. ins.* N

<sup>6</sup> apostolici apicis CRSKNDVPZHQ; apostolicis B; apostoli apicis OA

<sup>7</sup> constitutum CKNBZOHQ; constitutum A

## 4

*In eadem<sup>1</sup>. Quod apostolicus a nemine sit iudicandus*

Aliorum forte hominum causas Deus uoluerit<sup>2</sup> per homines terminare, sedis istius presulum suo sine questione reseruauit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores celo tantum debere innocentiam et subtilissimi discussoris indagini inuiolatam<sup>3</sup> exhibere conscientiam.

*(Recte Ennodius)*; *H 672a.1-7, 10, M 1016; ID 5.10; IP 4.3; +C 9 q 3 c 14a*

---

<sup>1</sup> In eadem CKNBZOHQ; *om.* A

<sup>2</sup> forte *add. and canc.* Z

<sup>3</sup> inuiolatam LRXSKNBVPZOHA; uiolatam C

## 5

*Quod mortem languentibus infligit qui cum possit non excludit<sup>1</sup>*

---

<sup>1</sup> Quod - exc. CKNBP; In eadem ZOHA; (De uexatione ecclesiarum uel sacerdotum *in mg. cf. c 7*) O



Non grandis est differentia utrum<sup>2</sup> letum<sup>3</sup> inferas an<sup>4</sup> admittas. Mortem languentibus qui cum<sup>5</sup> possit non excludit<sup>6</sup> inflixit<sup>7</sup>.

(*Recte Ennodius*); *H 674a.16-19, M 1019*

<sup>2</sup> utrum CSKDBZOH<sup>2</sup>QA; uerum N; aurum H

<sup>3</sup> ss Q

<sup>4</sup> an CKNBZOQA; non H

<sup>5</sup> cum CKDBZOHA; om. N

<sup>6</sup> -udit CSKNBVZO; -usit HQA

<sup>7</sup> corr. fr. infixit B

6

*Ex<sup>1</sup> eadem. Quod recte monitoris personam<sup>2</sup> suscipit qui errata<sup>3</sup> condempnat et innocentiam demonstrat<sup>4</sup>*

Nemo recte monitoris personam<sup>5</sup> suscipit nisi qui actibus suis errata condempnat et amorem<sup>6</sup> innocentie conuersatione demonstrat.<sup>7</sup>

(*Recte Ennodius*); *H 674a.29-31, M 1020; +D 81 c 2*

<sup>1</sup> Ex CKDBZOA; De N; In Q

<sup>2</sup> ss R<sup>2</sup>

<sup>3</sup> corr. fr. rata L<sup>2</sup>

<sup>4</sup> Quod - demonstrat CRXKNBP; om. ZOHA

<sup>5</sup> mon. pers. CR<sup>2</sup>SKDB; mon. R; mon. personat X; pers. mon. N

<sup>6</sup> amorem CRKNVPZOHA; morem B

<sup>7</sup> et amorem - dem. in mg. X<sup>2</sup>

7

*De uexatione ecclesiarum<sup>1</sup> uel sacerdotum<sup>2</sup>. In sexta synodo adclamatum est*

Dignus papa dignus doctor et facto<sup>3</sup> silentio Symachus episcopus dixit, Communis dolor et generalis est gemitus quod intra<sup>4</sup> ecclesiam nostris et retroactis temporibus de inuasionem rerum ecclesiasticarum<sup>5</sup> et uexatione sacerdotum cognouimus. Que res non nos solos sed omnes Domini tangit<sup>6</sup> sacerdotes. Et licet hec a predecessoribus<sup>7</sup> nostris iam prohibita sint<sup>8</sup> et tales presumptores dampnati et a sanctis canonibus anathematizati<sup>9</sup>, ne tamen denuo presumantur<sup>10</sup> est super<sup>11</sup> eis promenda sententia ut qui eorum casum non timent timeant saltem perpetuam eorum dampnationem, et quod<sup>12</sup> sepe presumitur sepius<sup>13</sup> ut inhibeat necesse est.

*JK i.98; H 679.28-36, M 1027*

<sup>1</sup> -sia P

<sup>2</sup> De - sac. CRXKDB; om. O (*but cf. c.5*); *after adcl. est NHQ; in mg. ZA*

<sup>3</sup> facto CRKNVPZOHA; factor B

<sup>4</sup> *after corr.* H

<sup>5</sup> -iastica- ss C

<sup>6</sup> ss C

<sup>7</sup> pred- CRSKNBZOH; dec- X; p...pred... Q; prepred- A

<sup>8</sup> sint CRSKNBP; sunt XZOHA

<sup>9</sup> -ati C?RKNBPH; -ari A; anathemati O

<sup>10</sup> -antur CRXKNBP; -atur ZGOHA

<sup>11</sup> ss B

<sup>12</sup> quod CKDBZOHA; quia N

<sup>13</sup> sepius A

## 8

*Symachus Cesario. [40vb] De raptoribus uiduarum et<sup>1</sup> uirginum<sup>2</sup>*

Raptores uero<sup>3</sup> uiduarum uel uirginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur, illos<sup>4</sup> uehementius persequendo qui sacras uirgines uel uolentes uel inuitas matrimonio suo sociare temptauerint<sup>5</sup>. Quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate a communione suspendi precipimus.

*JK 764; H 657a.49-55, M 992-3 (c 3); +C 36 q 2 c 2*

<sup>1</sup> et CLRXWP; ac SKNBVZOHA

<sup>2</sup> O *has here rubric to c 9*

<sup>3</sup> *ss Z*

<sup>4</sup> *corr. fr. illo H*

<sup>5</sup> -erint CNBZOHA; -erunt K

## 9

*De inuasoribus, petitoribus, largitoribus rerum ecclesiasticarum uel pontificalium. In sexta synodo Symachi pape<sup>1</sup>*

Nec aliquo se ante<sup>2</sup> tribunal Christi obstaculo muniat<sup>3</sup> quia<sup>4</sup> religiosis animabus ad substantiam<sup>5</sup> pauperum<sup>6</sup> derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit. Similiter et hoc<sup>7</sup> ad omnium ecclesiarum noticiam uestra cunctorumque exhortatione et iudicio censemur peruenire<sup>8</sup> et ab omnibus firmiter teneri quia episcoporum res ecclesie esse<sup>9</sup> non dubitantur, si in eorum facultatibus simili fuerit crudelitate crassatum, peruasores rerum memoratarum<sup>10</sup> predicta canonum districtione feriantur, ut qui moribus<sup>11</sup> propriis ac nulla conscientie castigatione corriguntur, saltem ecclesiastice et canonicè uindictæ perfodiantur aculeis. Generaliter uero quicumque res ecclesiasticas confiscare aut competere aut peruadere periculosa aut<sup>12</sup> seua infestatione presumpserit, nisi se citissime per ecclesie de qua agitur satisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter et hii<sup>13</sup> qui ecclesie<sup>14</sup> iussu<sup>15</sup> uel largitione principum uel quorundam potentum aut quadam inuasionē aut tyrannica potestate retinuerint<sup>16</sup> et filiis uel heredibus suis ut<sup>17</sup> a quibusdam iam factum audiuius quasi hereditarias reliquerint nisi cito res Dei ammoniti a pontifice agnita ueritate reddiderint perpetuo anathemate<sup>18</sup> feriantur. Iniquum<sup>19</sup> enim esse

<sup>1</sup> De - pont. In sexta - pape CR XSKBP; In ui sinodo - pape. De - pont. ND; De sexta - pape (*with De - pont. in mg. to c.8*) O; De sexta - pape. De - pont. HZ(De - pont. *in mg.*)A

<sup>2</sup> ante aliquo se *marked for reversal H*

<sup>3</sup> muniat CKNBZO; minuat A

<sup>4</sup> quia CRBPOHA; qui a LXSKNDZ

<sup>5</sup> substantiam CKDBZOHA; superbiam N

<sup>6</sup> quia a religiosis – pauperum *in mg. X*

<sup>7</sup> et hoc CKNBZHA; *om. O*

<sup>8</sup> *ss C*

<sup>9</sup> ecclesie esse CKNBZO; esse ecclesie HQA

<sup>10</sup> -arum C?KNBZOHQ; -orum A

<sup>11</sup> *corr. fr. maioribus O*

<sup>12</sup> aut CKNBZO; ac HQA

<sup>13</sup> hii CRXKNBPH; ii ZOQA

<sup>14</sup> ecclesie RXSKNBVPZOHA; res ecclesie C<sup>2</sup>V<sup>2</sup>; ecclesie res LW

<sup>15</sup> iussu CRKNBZOHA; ius Z<sup>2</sup>

<sup>16</sup> *corr. fr. rennuerint K*

<sup>17</sup> *corr. fr. aut Z*

<sup>18</sup> -ate C?KNBZOHQ; -ati A

<sup>19</sup> est *add. and cancelled K*

censemus ut potius custodes cartarum quam defensores rerum creditarum ut preceptum est iudicentur<sup>20</sup>. [41ra]

*H 681.28-30 to dispergit, 682.3-17, M 1029, 1030; Coll. Lanf. runs these texts together so; ID 3.148; cf +C 16 q 1 cc 57-58*

<sup>20</sup> -entur CRKNBV; -emur ZOHA

## 10

### *Sententia Symachi pape. De rerum ecclesiasticarum<sup>1</sup> inuasoribus<sup>2</sup>*

Indigne ad altare Domini properare permittitur qui res ecclesiasticas audet inuadere, aut iniuste<sup>3</sup> possidere aut iniqua uel iniusta defensione in eis perdurat. Debet tamen esse prouisio ut<sup>4</sup> uindictam admonitio<sup>5</sup> precedat. et res usurpatas iniuste qui abstulit aut iniuste ablatas retinet equitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit et necessitas compulerit demum predonem sacerdotalis districtio maturata percellat<sup>6</sup>. Valde enim iniquum et ingens sacrilegium<sup>7</sup> est ut quecumque<sup>8</sup> uel pro remedio peccatorum uel salute aut requie animarum suarum unusquisque uenerabili ecclesie contulerit aut certe reliquerit<sup>9</sup> ab his quibus maxime seruari conuenit<sup>10</sup>, id est Christianis et Deum timentibus hominibus in aliud transferri uel conuerti<sup>11</sup>. Propterea qui hec non preuiderit et aliter quam scriptum est predia ecclesiis tradita petierit uel acceperit aut possederit, nisi<sup>12</sup> se cito correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriat. Sitque accipienti et danti uel possidenti anathema, et institute pene contubernium assiduum nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, quia<sup>13</sup> religiosi animabus ad substantiam<sup>14</sup> pauperum derelicta<sup>15</sup> dispergit.

*H 680.38-40 to perdurat, 41-45 to percellat, 681.19-30, M 1028, 1029 (note overlap with c 9 above); ID 3.182; C 12 q 2 c 21*

<sup>1</sup> *corr. fr.* ecclesiarum Z

<sup>2</sup> Sententia - inuasoribus CXKNBZOH; *om. with lacuna* A

<sup>3</sup> in- ss N

<sup>4</sup> ut CKNVZOHA; *om.* B

<sup>5</sup> admonitio CKNVPZOHA; admonito B

<sup>6</sup> perc- CKNBZOHQ; proc- A

<sup>7</sup> -egium CKNBZOH; -egum A

<sup>8</sup> quecumque CKBZOHA; quicquid N; quicumque D

<sup>9</sup> reliquerit CRXSBVZOHA; dereliquerit KND

<sup>10</sup> seru. conu. CKNBZOQA; conu. seru. H

<sup>11</sup> conuerti CRKNVPZO<sup>2</sup>HQA; conferri BO

<sup>12</sup> aut. poss. nisi *in mg.* C

<sup>13</sup> quia CPKHA; qui a RNBVZO; ? SD; qui D<sup>2</sup>

<sup>14</sup> substantiam CKDBZOHA; superbiam N

<sup>15</sup> derelicta CKNBZOH; derelictam contra fas sine aliqua pietatis consideratione A *mg. as Hinschius*

## 11

### *Symachus papa cp. iii. Vt nullus honorem premiis accipiat<sup>1</sup>*

Propter frequentes ambitus<sup>2</sup> si quis presbiter uel dyaconus uel clericus papa incolume<sup>3</sup> et eo inconsulto<sup>4</sup> aut subscriptionem<sup>5</sup> pro Romano pontificatu est moliri ausus aut pictacia<sup>6</sup> promittere aut sacramentum prebere temptauerit aut aliquod<sup>7</sup> certe

<sup>1</sup> Sym. - cap. iii. Vt - acc. CRSDBP; Sym. papa. Vt - acc. cap. iii K(cap. iii *in mg.*)N; Sym. - cap. iii ZOHQ;

Sententia Symachi pape A

<sup>2</sup> amb- CKNBZOHQ; ab- A

<sup>3</sup> -ume CRKBZOHA; -ome ND

<sup>4</sup> inconsulto CRXKNBP; consulto ZOHA

<sup>5</sup> -ionem CKNBZOHQ; -ione A

<sup>6</sup> -acia CRXKNB; -acio ZOHA

suffragium polliceri uel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare<sup>8</sup> atque [41rb] decernere sui loci dignitate uel communionem priuetur.

*H 658.a41, 46-55, M 994 (c 2 pt)*

---

<sup>7</sup> aliquod CRXKNDB; aliquid ZOHA

<sup>8</sup> deliberare CRXSKDB<sup>2</sup>VPZOA; delibare N; deberare B

## 12

### *Symachus papa cp. iii. De eligendo papa<sup>1</sup>*

Si quod absit transitus pape inopinatus euenerit, ut de sui electione successoris non possit ante decernere sicut Deum<sup>2</sup> in unum totius inclinauerit ecclesiastici ordinis electio<sup>3</sup> consecratur electus episcopus<sup>4</sup>.

*H 658 b.5-10, M 994-5 (c 3 pt)*

---

<sup>1</sup> Sym. papa cp. iii. De el. papa CRSDBP; Sym. papa. De el. papa cp.iii KN; De el. papa Sym. cap. iii ZOHQ; Sym. papa cp. iii A (*cf c 13*)

<sup>2</sup> sicut Deum RXSWKNBVPZO?HA; si quidem CL(*over erasure*)D; si secundum K<sup>2</sup>; sicut Deus O<sup>2</sup>

<sup>3</sup> electio CKNBZOH(*after corr.*)A; electionem ep. O<sup>2</sup>

<sup>4</sup> el. ep. CKDBZOHA; ep. el. N

## 13

### *<sup>1</sup>Exemplar constituti facti a domino papa Symacho<sup>2</sup>. De rebus ecclesie conseruandis nec a laicis disponendis ubi dicit Laurentius<sup>3</sup>*

Non licuit laico statuendi in ecclesia habere preter papam Romanum aliquam potestatem quem subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi<sup>4</sup>.

*H 660.b.47-50, M 999; C 16 q 7 c 23*

---

<sup>1</sup> De eligendo Symachus cap. iiii *with rubric here as heading to c 14 A*

<sup>2</sup> papa Sym. CXSKNB; Sym. papa ZOHA

<sup>3</sup> nec a - disponendis ubi dicit Laurentius CLRXSWBP; nec a - disponendis KD; ubi dicit Laurentius de rebus - disp. N; ubi (ut G?) dicit Laurentius ZGOHA

<sup>4</sup> *corr. fr. impetrandi Z*

## 14

### *<sup>1</sup>Et Gelasius<sup>2</sup> papa. De eodem<sup>3</sup>*

Laicis quamuis religiosus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa<sup>4</sup> facultas.

*H 660b.65 - 661a.1 (Eulalius episcopus), M 999; C 16 q 7 c 24*

---

<sup>1</sup> A *has here rubric to c.13, and Et Gel. - de eodem as heading to c 15*

<sup>2</sup> Gelasius CX<sup>2</sup>SWKDV<sup>2</sup>; Eulalius LRBVPZGOHQA Gelagius N; ? X

<sup>3</sup> De eodem CRXKNB; *om.* ZOHA

<sup>4</sup> unq. att. CKDBZOHA; attribumquam N

## 15

### *Item Symachus de rebus ecclesie ne alienentur cap. iiii<sup>1</sup>*

Quod pape non liceat presidium<sup>2</sup> ecclesie alienare aliquomodo pro aliqua necessitate nec in usufructu<sup>3</sup> rura dare<sup>4</sup> nisi modo domus<sup>5</sup> que in quibuslibet usibus<sup>6</sup> non modica

---

<sup>1</sup> A *replaces Item - iiii with the heading to c 14 above*

<sup>2</sup> presidium RXKNDV<sup>2</sup>P; pre[ ]dium CS; predium LBVZOHA<sup>2</sup>

<sup>3</sup> -uctu RXSWKNDBPZGHA; -uctus CLVO; usufructuario K<sup>2</sup>

<sup>4</sup> dare CKDBZOHA; daret N

<sup>5</sup> *corr. to domibus V*

impensa sustentetur<sup>7</sup> qua lege et omnes custodes astringuntur<sup>8</sup>, ut donator, assentator, uenditor honorem perdat.

*Paraphrase of H 661b.9-52, M 1000-1 (cc 4-6); Vat. lat. 3829 fo. 153v; C 12 q 2 c 20a var.*

<sup>6</sup> *corr. to urbi V*

<sup>7</sup> -etur C<sup>2</sup>RWKNDVP; -entur S; -antur B; -atur V<sup>2</sup>ZOHA

<sup>8</sup> astr- CLXSWKNBVP; asstr- R; abstr- ZOQA

## 16

### *Cap. vi. De eodem<sup>1</sup>*

Et<sup>2</sup> qui subscripserit<sup>3</sup> anathema sit cum eo qui dedit<sup>4</sup>, uel qui recepit<sup>5</sup> nisi restituatur<sup>6</sup>.

*Paraphrase of H 661b.53-63, M 1001 (c 7); cf Vat. lat. 3829 fo. 153v; C 12 q 2 c 20b sl. var.*

<sup>1</sup> Cap. vi De eodem CRXKDBP; De eodem cap. vi N; Cap. vi ZOH; *om. with no break Q*; Item Symmachus de rebus ecclesie A

<sup>2</sup> Et CRXSKNBVPZQA; Vt LWO; Ct H

<sup>3</sup> -b- ss Z

<sup>4</sup> dedit CKNBZOHA; edidit G

<sup>5</sup> recepit CRKNBP; recipit XV<sup>2</sup>?ZOHA

<sup>6</sup> -atur LRXSKNBVPZOHQA; -antur CV<sup>2</sup>?G?. Q here has 1.52. 1-2, followed by 1.54.4 and then returns to c 18 below

## 17<sup>1</sup>

### *Cap. vii. Quod si alienentur res ecclesie liceat quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere et cum fructibus aliena<sup>2</sup> reposcere<sup>3</sup>*

Et<sup>4</sup> liceat quibuslibet<sup>5</sup> ecclesiasticis personis<sup>6</sup> contradicere<sup>7</sup> et cum fructibus aliena<sup>8</sup> reposcere, quod modo in apostolica seruandum in uniuersis ecclesiis per prouincias quidem<sup>9</sup> uidetur<sup>10</sup> conuenire.

*Paraphrase of H 662a.3-15, M 1001; Vat. lat. 3829 fo. 153v; C 12 q 2 c 20c var.*

<sup>1</sup> *om. Q*

<sup>2</sup> aliena CLRXSWKDBVP; alienata C<sup>2</sup>L<sup>2</sup>K<sup>2</sup>; *om. N*

<sup>3</sup> Quod - rep. CLRXSWKDBV; Quod si alienentur res ecclesie liceat quibuslibet ecclesiasticis contrad' et cum fructibus vii N; *om. ZOHA*

<sup>4</sup> Et CRXKDBVZHA; Vt LNO

<sup>5</sup> -libet ss C; quibuslibet liceat B

<sup>6</sup> eccl. pers. CNDBZOHA; pers. eccl. K

<sup>7</sup> contradicere CKBZOHA; contradere N

<sup>8</sup> aliena LRXKNBVPZOHA; alienata CL<sup>2</sup>K<sup>2</sup>

<sup>9</sup> quidem CKDBZOHA; qualiter N

<sup>10</sup> uidetur CRKNBZ<sup>2</sup>OH; uideretur Z?A

## 18

### *De reuerentia imperatoris ix synodo<sup>1</sup>*

Pontifices dixerunt quod papa Symachus impetitus deberet synodum conuocare et prius<sup>2</sup> ipse rex dicit non aliquid preter reuerentiam [41va] ad se de ecclesiasticis negociis pertinere, et post synodus statuit ut<sup>3</sup> Symachus impetitus quia de eo apud

<sup>1</sup> ix synodo *before* De KND; *as here* CRXBVZOHA

<sup>2</sup> prius CKDBZOHA; pius N

<sup>3</sup> *after corr. H*

Deum pertinet sit immunis et omnia ei restituit. et si quis hoc non admittit<sup>4</sup> uel retractari posse crediderit in Dei iudicio de contemptu sui rationem esset redditurus.  
consiliis hec egisti<sup>12</sup> in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus<sup>13</sup>, ita ut si quid eis inter<sup>14</sup> duorum mensium spacium humanitus euenerit, benedictione uiaci non priuentur, deinceps autem ab eorum consiliis cautus existe, te quoque sollicite custodi, ne si eis in malo discipulus fueris quibus magister in bono<sup>15</sup> esse debuisti, nec simplicitati tue nec ulterius senectuti parcamus.

*Reg. 9.1; JE 1525; ID 5.312 as BD 1.197, 2.78 as here; D 86 c 24 is widely var.*

<sup>12</sup> egisti CSKNBZA; egistis O; egesti H

<sup>13</sup> decernimus CSKNBZOA; decreuimus HQ

<sup>14</sup> inter CSKNBQA; intra ZOH

<sup>15</sup> mag. in bono CLRXBVZOHA; in bono mag. SKND

## 18

### *Decretum Gregorii pape. De quiete monachorum<sup>1</sup>*

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere et de eorum perpetua securitate tractare ante actum<sup>2</sup> nos officium quod in regimine cenobii exhibuimus<sup>3</sup> informat, et quia in plurimis monasteriis multa a presulibus preiudicia atque grauamina monachos<sup>4</sup> pertulisse cognoscimus, oportet ut nostre fraternitatis prouisio de futura quiete eorum [49ra] salubri disponat ordinatione. quatinus conuersantes in illis in Dei seruitio gratia ipsius suffragante mente libera perseuerent<sup>5</sup>. Sed ne ex ea que magis emendanda<sup>6</sup> est consuetudine quisque monachis quicquam<sup>7</sup> molestie presumat inferre, necesse est ut hec que inferius enumeranda curauimus ita studio fraternitatis episcoporum debeant custodiri, ut ex eis non possit ulterius inferende inquietudinis occasio repperiri. Interdicimus igitur in nomine Domini nostri Iesu Christi et ex auctoritate beati Petri principis apostolorum<sup>8</sup> prohibemus cuius uice huic ecclesie Romane presidemus ut nullus episcoporum aut secularium ultra presumat de redditibus uel rebus uel kartis monasteriorum uel de cellis uel<sup>9</sup> uillis que ad ea pertinent quocumque modo uel<sup>10</sup> qualibet occasione minuere uel dolos uel immissiones aliquas facere. Sed si qua causa forte inter terram uenientem ad partem suarum ecclesiarum et monasteriorum euenerit et pacifice non potuerit ordinari, apud electos abbates et alios patres timentes<sup>11</sup> Deum sine uoluntaria dilatione mediis sacrosanctis euangelii finiatur<sup>12</sup>. Defuncto uero abbate cuiusque congregationis non extraneus nisi de eadem congregatione quem sibi propria uoluntate concors fratrum societas elegerit, et qui electus fuerit sine dolo uel uenialitate aliqua<sup>13</sup> ordinetur. Quod si aptam inter se<sup>14</sup> personam inuenire nequeunt<sup>15</sup>. sollerter sibi de aliis monasteriis similiter eligant ordinandum<sup>16</sup>. Neque constituto abbate quecumque persona qualibet occasione<sup>17</sup> preponatur, nisi forte exstantibus quod absit criminibus que sacri canones

<sup>1</sup> Decretum – mon. *in mg.* J

<sup>2</sup> ante actum CRKNVPZOHA; actum ante B

<sup>3</sup> -h- ss B

<sup>4</sup> -achos CKNBOHA; -acho Z

<sup>5</sup> -erent CKDBZOHA; -eretur N

<sup>6</sup> emen- CKNBZOHQ(*corr. fr. emenda*); eman- A

<sup>7</sup> quicquam CKBZOHA; quisquam N; quisque D

<sup>8</sup> princ. ap. CXKNB; ap. princ. VZOHA

<sup>9</sup> de *add.* K, *om.* CRNDBZOHA

<sup>10</sup> modo uel LRWKDBVPZOHA; uel ss C; *om.* X; modo N

<sup>11</sup> *repeated and canc.* O

<sup>12</sup> finiatur CRKNVPZOHA; firmatur B

<sup>13</sup> aliqua CKNBZOHQ; aliquas A

<sup>14</sup> ss C

<sup>15</sup> nequeunt CKDBZOHA; nequiuerit N

<sup>16</sup> ordinandum CKDBZOHA; ordinationem N

<sup>17</sup> quec. per. qual. occ. CRBZOHA; quicumque qual. occ. S; qual. occ. quec. per. KN



punire monstrant<sup>18</sup>. Pariter autem custodiendum est ut inuito<sup>19</sup> abbate ad ordinanda alia monasteria aut ad ordines sacros<sup>20</sup> uel clericatus officium<sup>21</sup> tolli exinde monachi [49rb] non debeant.

*JE+1366; ID 7.11 as here; IP 3.181 from Defuncto uero abbate; C 18 q 2 c 5 is widely variant*

<sup>18</sup> monstrant CXSKNBV; monstrantur ZOHA

<sup>19</sup> *corr. fr.* iniucto O

<sup>20</sup> ord. sac. CRKNVPZOHA; sac. ord. B

<sup>21</sup> -cium CKNBZOHQ; -cii A

## 19

*Quod dyaconi non debent seruire modulationi uocis. Gregorius episcopus urbis Rome dixit<sup>1</sup>*

In sancta hac<sup>2</sup> Romana ecclesia cui diuina dispensatio preese me uoluit, dudum consuetudo est ualde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur et in diaconatus ordine constituti modulationi uocis inseruiant, quos ad predicationis officium et elemosinarum<sup>3</sup> studium uacare congruebat. Vnde fit plerumque ut ad sacrum ministerium dum blanda uox queritur, queri congrua uita negligatur, et cantor minister Deum moribus stimulet cum<sup>4</sup> populum uocibus delectat<sup>5</sup>. Qua de re<sup>6</sup> presenti decreto constituo<sup>7</sup> ut in sede hac sacri<sup>8</sup> altaris ministri cantare non debeant, solumque euangelice lectionis<sup>9</sup> officium inter missarum sollempnia exsoluant<sup>10</sup>. Psalmos uero ac reliquas<sup>11</sup> lectiones<sup>12</sup> per subdiaconos uel si necessitas exigit per minores ordines<sup>13</sup> exhiberi censeo<sup>14</sup>. Si quis autem contra hoc<sup>15</sup> decretum meum uenire<sup>16</sup> temptauerit, anathema<sup>17</sup> sit.

*C. Rome 595 c 1; Reg. 5.57a; H 746a-b; Coll.Sem. 1.166; Br fo. 78v; ID 2.79; +D 92 c 2*

<sup>1</sup> Quod - uocis. Greg. - dixit (Greg. - dixit *as beg. of text* KD) CLRXKDP; S *very feint*; Quod - uocis NB; Greg. dixit. Quod - uocis V; Greg. - dixit (Quod - uocis *in mg.*) ZJO; Greg. - dixit (dixit urbis Rome *marked for reversal*) H; Greg. dix. (*mg.*) Quod - mod. uoc. seru. Q; Greg. dixit. Quod diaconi non (*only*) A

<sup>2</sup> sancta hac CKDBZOHQ; hac sancta NA

<sup>3</sup> -arum CKNBOHQA; -arium Z

<sup>4</sup> cum CKDBZOHA; dum N

<sup>5</sup> *corr. to* -et B

<sup>6</sup> re C<sup>2</sup>RXSKNBZOHA; *om.* CL

<sup>7</sup> constituo CRXSKNBVPZOHQ; constituto LR<sup>2</sup>WA

<sup>8</sup> sede hac sacri CRKNVPZOHA; sacri sede B

<sup>9</sup> *corr. fr.* elect- Z

<sup>10</sup> exsol- CRSKVOHA; exsoluater P; exol- BZ

<sup>11</sup> -quas CKNBZOHQ; -quias A

<sup>12</sup> censeo *add.* ZOHQA, *om.* CRXSKNBVP

<sup>13</sup> *corr. fr.* homines H?

<sup>14</sup> censeo CRXSKNBVP; *om.* ZOHA

<sup>15</sup> contra hoc CRSBVPZOHA; hoc contra KND

<sup>16</sup> *in margin* C

<sup>17</sup> -h- ss A

## 20

*Ex epistola ad<sup>1</sup> Leandrum<sup>2</sup>. De trina mersione<sup>3</sup>*

De trina mersione baptismatis<sup>4</sup> nichil responderi uerius potest<sup>5</sup> quam ipsi sensistis<sup>6</sup>, quia in una fide nichil officit sancte ecclesie consuetudo diuersa. Nos autem quod<sup>7</sup>

<sup>1</sup> *corr. fr.* a O

<sup>2</sup> Leandrum LRXKNDVZJOHA; Alexandrum CSBQ; Eleandrum W; Lerand<r>um P

<sup>3</sup> De trina mers. Exempla ad Alexandr' S; Ex - mers. *in mg.*, Ex registro Gregorii libro i *in text* Q

<sup>4</sup> *corr. fr.* -isba- H

<sup>5</sup> putest N

<sup>6</sup> -istis CKNBZOQA; -isti H

<sup>7</sup> quod CKDBZOHA; quia N

tercio mergimus, triduane sepulture sacramenta signamus. Et dum<sup>8</sup> tercio ab aquis infans educitur<sup>9</sup>, resurrectio tridui temporis exprimitur.

*Reg. 1.41; JE 1111; H 733a, M 1103-4; ID 1.130 has more; IP 1.60 has more; De cons. D 4 c 80*

<sup>8</sup> dum CNDBZOHA; cum K

<sup>9</sup> *corr. fr.* -etur H

## 21

*Ex registro Gregorii libro primo. Quod qui omnipotenti Deo se sub monachico habitu deuouet se non subtrahat*<sup>1</sup>

Ananias Deo pecunias uouerat quas post Diaboli uictus persuasione<sup>2</sup> subtraxit, sed quia<sup>3</sup> morte multatus est<sup>4</sup> scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos<sup>5</sup> quos dederat nummos Deo abstulit considera quanto periculo in diuino iudicio dignus<sup>6</sup> eris qui non nummos sed temet ipsum [49va] omnipotenti Deo cui te<sup>7</sup> sub monachico habitu deuoueras subtraxisti.

*Reg. 1.33; JE 1103; +C 17 q 1 c 3*

<sup>1</sup> Quod - subtrahat CXS(*before* Ex)KNB; *om.* ZOHA; Q *has here only rubric to c 22, which is repeated before c 22*

<sup>2</sup> -ione CKNBZOHQ; -ionem A

<sup>3</sup> quia CRSDBZOHQA; qu a K; qua ND<sup>2</sup>

<sup>4</sup> est CXKDBZOHA; *om.* S; sit S<sup>2</sup>N

<sup>5</sup> eos CRKNVPZOHA; *om.* B

<sup>6</sup> si *add.* N, *om.* CKDBZOHA

<sup>7</sup> cui te CKDBZOHA; *om.* N

## 22

*Gregorius Augustino. Quod potior usus ecclesie sit tenendus*

Nouit fraternitas tua Romane ecclesie consuetudinem in qua se meminit nutritam. Sed mihi placet ut siue in Romana<sup>1</sup> siue in Gallicorum<sup>2</sup> seu<sup>3</sup> in qualibet ecclesia inuenisti quod plus omnipotenti Deo possit placere<sup>4</sup>, sollicite eligas<sup>5</sup>, et in Anglorum ecclesia que adhuc in fide noua est institutione precipua que de multis ecclesiis colligere potueris infundas, Non enim pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis que pia, que religiosa, que recta sunt elige, et hec quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone<sup>6</sup>.

*JE 1843; H 738b, M 1122; Tc 103; ID 2.80; +D 12 c 10*

<sup>1</sup> -ano B; *corr. fr.* -ane P

<sup>2</sup> *corr. fr.* -quorum H

<sup>3</sup> seu CKNBZOQA; siue H. in qua se meminit – seu *in mg.* L<sup>2</sup>

<sup>4</sup> poss. plac. CKDBZOHA; plac. poss. N

<sup>5</sup> eligas CRXSBVZOHA; agas KND

<sup>6</sup> depone CSNBVZOHA; deponere K; pone D

## 23

*Cuius supra*<sup>1</sup>. *Quod non recipienda sint furta cum augmento*<sup>2</sup> *ab ecclesia*<sup>3</sup>

Sunt quidam qui<sup>4</sup> habentes subsidia<sup>5</sup> furtum perpetrant, et sunt alii qui in hac re ex inopia delinquent. Vnde necesse est<sup>6</sup> ut quidam dampnis, quidam uerberibus, quidam

<sup>1</sup> Cuius supra CRXKNBVP; *om.* S; Eiusdem ZOHA

<sup>2</sup> cum augmento *after* Quod KND; *here* CLRXBVPZOHA

<sup>3</sup> Quod – ecclesia *in mg.* ZJO

<sup>4</sup> *ss* C

<sup>5</sup> -si- *ss* B

<sup>6</sup> *ss* O

districtius, quidam uero leuius corrigantur<sup>7</sup>. Sed absit ut ecclesia cum augmento recipiat quod de terrenis rebus uidetur amittere<sup>8</sup>, et lucra de uanis querat.

*JE 1843; H 738b, M 1122 (mod.); Tc 104; ID 13.5*

<sup>7</sup> repeated and canc. O

<sup>8</sup> am- CKDBZOHA; adm- N

## 24

*Eiusdem. Vt nichil accipiatur pro ordinatione, uel pallio uel kartis<sup>1</sup>*

Antiquam<sup>2</sup> patrum regulam sequens nichil unquam de ordinationibus accipiendum esse<sup>3</sup> constituo, neque ex datione pallii neque ex traditione kartarum neque ex ea quam noua per ambitionem inuenit simulatio appellatione pastelli. Quia<sup>4</sup> enim ordinando episcopo pontifex manum imponit, euangelicam uero lectionem<sup>5</sup> minister legit, confirmationis huius<sup>6</sup> epistolam notarius scribit. Sicut episcopum<sup>7</sup> non decet manum quam imponit uendere, ita minister uel notarius non debet in ordinatione<sup>8</sup> eius uocem suam uel calamum uenundare. Pro ordinatione ergo et pro pallio, kartis atque pastello<sup>9</sup> [49vb] eundem qui ordinandus est<sup>10</sup> uel qui ordinatus est aliqua dare prohibeo. Ex quibus predictis rebus si quis aliquid commodi appellatione exigere uel petere forte presumpserit, in districto omnipotentis Dei examine reatui<sup>11</sup> subiacebit<sup>12</sup>. Is autem qui ordinatus fuerit si non ex placito<sup>13</sup> neque exactus ac petitus post acceptas kartas et pallium offerre aliquid cuiilibet ex clero gratie tantummodo causa uoluerit, hoc<sup>14</sup> accipi nullomodo prohibemus, quia eius oblatio nullam<sup>15</sup> culpe maculam gerit, que ex ambientis petitione non processit.

*C. Rome (595) c 5; Reg. 5.57a; H 746-7, M 1131; Tc 105; ID 5.109; IP 3.14 (Ordinando episcopo - scribat only)*

<sup>1</sup> Vt - kartis in mg. ZJO

<sup>2</sup> Antiquam CKNBZOHQ; Antequam A

<sup>3</sup> accip. esse RXSKNBVPZOHA; esse accip. CLW

<sup>4</sup> Quia CKDBZOHA; Quod N

<sup>5</sup> uero lect. CKDBZOHA; lect. uero N

<sup>6</sup> huius LRSWKNBVPZOHA; eius C

<sup>7</sup> Sicut ep. CKDBZOHA; Si coep. N

<sup>8</sup> -ione CLRXSWKVPH; -ionem N?DBZOQA?

<sup>9</sup> -ello CKDBZOHA; -ellis N

<sup>10</sup> ss V

<sup>11</sup> reatui CKNBZOHQ; ratui A

<sup>12</sup> -ebit CSKNBZOHQ; -ebat HA

<sup>13</sup> ex placito CKNBZOHQ; explicito A

<sup>14</sup> corr. fr. hic Z

<sup>15</sup> qui add. A

## 25

*De seruis ad ecclesiam uenire uolentibus<sup>1</sup>*

Multos<sup>2</sup> ex<sup>3</sup> ecclesiastica familia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare, ut ab humana seruitute liberi in diuino seruitio ualeant in monasteriis conuersari.

Quod si passim dimittimus omnibus fugiendi<sup>4</sup> ecclesiastici<sup>5</sup> iuris<sup>6</sup> dominium<sup>7</sup> occasionem prebemus<sup>8</sup>. Si uero festinantes ad omnipotentis Dei seruitium incaute

<sup>1</sup> uolent- LRXS<sup>2</sup>WNDBPZOHA; nolent- CL<sup>2</sup>SK; V obsc. altered

<sup>2</sup> corr. fr. Multis A

<sup>3</sup> ex CSKNBZOQ<sup>2</sup>A; om. HQ

<sup>4</sup> -endi CKNBZO<sup>2</sup>HQ; -enti OA

<sup>5</sup> -ici CKNBZOQA; -icis H

<sup>6</sup> iuris CRKDVPHZOQA; uiris N; iuri B

<sup>7</sup> corr. fr. -inum O

<sup>8</sup> occ. preb. in mg. N

retinemus, illi inuenimur negare<sup>9</sup> quedam qui dedit omnia. Vnde necesse est ut si quis ex uiris ecclesiastici seruitute ad Dei omnipotentis seruitium conuerti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus. Et<sup>10</sup> si mores illius atque conuersatio bono desiderio eius testimonium ferunt, absque ulla<sup>11</sup> retractione seruire in monasterio omnipotenti Deo permittatur<sup>12</sup>, et ab humano seruitio liber recedat, qui pro diuino amore districtiorem seruire<sup>13</sup> appetit seruitutem.

*C. Rome (595) c 6; Reg. 5.57a; H 747, M 1131-2, c 6; Coll.Sem. 1.167; Tc 106; D 54 c 23 has more*

<sup>9</sup> inuenimur (-mus A) neg. CRSBZOHA; neg. inuenimus KND

<sup>10</sup> Et CKDBZOHA; At N

<sup>11</sup> ulla CKDBZOHA; om. N

<sup>12</sup> after corr. H

<sup>13</sup> dist. seruire CRK(subire add. K<sup>2</sup>)DBZOHA; Christi iure after corr. N

## 26

*De uiro contra uoluntatem mulieris in monasterium ingresso. Ex registro Gregorii ad Adrianum cp. lxxx<sup>1</sup>*

Agathosa<sup>2</sup> presentium latrrix questa est maritum suum contra uoluntatem suam in monasterio Vrbici abbatis esse conuersum. Quod ad eiusdem abbatis culpam et inuidiam non est dubium pertinere experientie tue precipimus, ut diligenti inquisitione [50ra] discutias ne forte cum eius uoluntate conuersus sit uel ipsa se mutare<sup>3</sup> permiserit. Et<sup>4</sup> si hoc reppereris<sup>5</sup> et illum permanere in monasterio prouideas et hanc sicut promisit mutare compellas. Si uero nichil hoc est, nec quoddam<sup>6</sup> fornicationis crimen propter quod uiro licet uxorem relinquere predictam mulierem<sup>7</sup> commisisse cognoueris, ne<sup>8</sup> illius conuersio uxori<sup>9</sup> relicte in seculo fieri possit perditionis occasio, uolumus ut maritum suum illi uel<sup>10</sup> si iam tonsoratus sit reddere omnino debeas, excusatione<sup>11</sup> cessante. Quia et si mundana lex precipit conuersionis gratia utrolibet<sup>12</sup> inuito solui posse coniugium diuina lex non permittit. Nam excepta causa fornicationis<sup>13</sup> uirum uxorem relinquere nulla ratio concedit, quia postquam copulatione coniugii uiri atque mulieris unum corpus efficitur, non potest<sup>14</sup> ex parte conuerti et ex parte in seculo manere.

*Reg. 11.30; JE 1820; Reg. P App. 2.33 (c. clxxx); Tc 26; ID 8.186 (as BD 9.48 (c 80); IP 6.84; C 27 q 2 c 21*

<sup>1</sup> Ex - lxxx before De uiro SKNDH

<sup>2</sup> Agathosa CKNBZOHQ; Satosa A

<sup>3</sup> corr. fr. mitare C

<sup>4</sup> Et CKDBZOHA; At N

<sup>5</sup> reppereris CKDBZOA; repperis N

<sup>6</sup> ss V

<sup>7</sup> corr. fr. muliem O

<sup>8</sup> ne CRKN<sup>2</sup>DVPZOHA; neque N?; nec B

<sup>9</sup> uxori CKNBZOHQ; uxoris A

<sup>10</sup> ss K

<sup>11</sup> -ti- ss N

<sup>12</sup> utro- CRSK<sup>2</sup>NBZOQA; ultro- KH

<sup>13</sup> causa forn. LRXSKNBZOHA; forn. causa CW

<sup>14</sup> potest CKNBZOHQ; pat' A

## 27

*Ex epistola Gregorii pape. Quos<sup>1</sup> familiares episcopus habere debeat<sup>2</sup>*

<sup>1</sup> corr. fr. Quod KZ

<sup>2</sup> episcopus (ss V) habere debeat CRXKNBVP; habere debeat episcopus SJOHQ; debeat habere episcopus Z; habere debeat A

Verecundus mos tempore<sup>3</sup> discretionis inoleuit<sup>4</sup>, ut pontificibus ad secreta cubili<sup>5</sup> seruitia laici pueri ac seculares obsequantur. Et cum<sup>6</sup> pastoris uita esse discipulis semper<sup>7</sup> debeat<sup>8</sup> in exemplo, plerumque<sup>9</sup> clerici qualis in secreto<sup>10</sup> cubilis sit nesciunt, quam tamen ut dictum est seculares pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituimus ut quidam ex clericis uel ex monachis electi in ministerio cubilis pontificalis obsequantur, ut his<sup>11</sup> qui in loco est regiminis habeat testes qui ueram<sup>12</sup> eius in secreto conuersionem uideant<sup>13</sup>, et ex uisione sedula exemplum<sup>14</sup> profectus sumant.

*C Rome (595) c 2; Reg. 5.57a; H 746b, M 1130, c 2; Br fo. 78v; cf Tc 11; C 2 q 7 c 58 from Cum pastoris uita with AL 6.128*

<sup>3</sup> tempore CRXSKNBVPA; torpore ZOHQ

<sup>4</sup> inol. temp. disc. *marked for reversal* N

<sup>5</sup> -ili CSKDBA; -iculi ZO; -ilis NHQ

<sup>6</sup> cum CKNBZOHQ; *om.* A

<sup>7</sup> esse *add. and canc.* Z

<sup>8</sup> esse *add.* R<sup>2</sup>SB, *om.* CLXWKNVPZOHA; *but for Z see prev. note*

<sup>9</sup> plerumque CKBVZOHA; populumque N; plurimumque D

<sup>10</sup> *corr. fr.* secreo O

<sup>11</sup> his CLRH; is KNBVPZOQA

<sup>12</sup> ueram CNDBZOHA; uera K

<sup>13</sup> conuersionem uideant CRXSKDBV; uideant conuersionem N; conuersionem uideant D<sup>2</sup>PZOHA

<sup>14</sup> exem- *in mg.* K

## 28

*Quod qui nobilitatem Dei a se eicit<sup>1</sup> nobilitate loci priuetur<sup>2</sup>*

Adam primus homo pro peccato de Paradyso eiectus est, hoc est qui nobilitatem<sup>3</sup> Dei a se deicit, nobilitate loci priuetur.

*JE+1967; Tc 12; ID 5.320 as BD 1.206; +D 40 c 11*

<sup>1</sup> eicit CRXSBVP; deicit KND

<sup>2</sup> Quod - priuetur CRXKNBP; Greg. Quod - priu. S; Idem ZOHA

<sup>3</sup> nobilitatem CSKNBZO<sup>2</sup>HQ; ex nobilitatem O; ex nobilitate A

## 29

*Item ex epistola eiusdem. De accusato presbitero qualiter purgandus sit [50rb]*

Sacerdos uel quilibet clericus a populo<sup>1</sup> accusatus si certi non fuerint testes qui crimini illato approbent ueritatem, iusiurandum in medio erit, et illum testem<sup>2</sup> proferat de<sup>3</sup> innocentie sue puritate<sup>4</sup>, cui nuda et aperta sunt omnia. sicque maneat<sup>5</sup> in proprio gradu.

*Gregory II; JE 2174; ID 6.231 as BD 2.186; IP 5.9; C 2 q 5 c 5 to sunt omnia*

<sup>1</sup> a populo CKNBZOHQ; apostolo A

<sup>2</sup> testem CKNBZOHQ; testes A

<sup>3</sup> de CKNBZOHQ; ad A

<sup>4</sup> -tate CKDBZOHQ; -ta N; -tatem A

<sup>5</sup> maneat C(-t ss)KNBZOHQ; permaneat A

## 30

*Quod se ingerentes sint repellendi<sup>1</sup>*

Sicut qui inuitatus renuit quesitus refugit, sacris est<sup>2</sup> altaribus admouendus, sic qui ultro ambit uel importunus se ingerit est procul dubio repellendus. Nam qui nititur ad

<sup>1</sup> Quod - rep. CRXSKNBVP; Item idem ZOHQ; Item A

<sup>2</sup> est CSKNPZO<sup>2</sup>HQ; *after* altaribus BV; *om.* A

altiora conscendere quid agit<sup>3</sup> nisi ut crescendo decrescat? Cur non perpendit<sup>4</sup> quia benedictio illi in maledictum<sup>5</sup> uertitur qui ad hoc ut fiat hereticus promouetur?  
*Reg. 9.218; JE 1747; Coll.Sem. 1.186; C 1 q 6 c 3a is widely var.*

<sup>3</sup> agit CKNVPZOHA; *om.* B

<sup>4</sup> -endit CRKNVPZOHA; -endis B

<sup>5</sup> maledictum CRKD<sup>2</sup>BVZOHA; maledictionem SN; malectum D

### 31

*Item idem<sup>1</sup>. Non debere coniugia dissolui causa religionis sine utriusque consensu*

Si enim dicuntur religionis<sup>2</sup> causa coniugia debere dissolui<sup>3</sup>, sciendum est quia et si hoc lex humana concessit, lex tamen diuina prohibuit. Per se enim ueritas dixit<sup>4</sup>, Que<sup>5</sup> Deus iunxit<sup>6</sup> homo non separet. Que etiam ait<sup>7</sup>, Non licet dimittere uxorem, excepta causa fornicationis. Quis ergo huic celesti<sup>8</sup> legislatori<sup>9</sup> contradicat? Scimus quia scriptum est, Erunt duo in carne una. Si igitur uir et uxor una caro sunt, et religionis causa uir dimittit<sup>10</sup> uxorem, uel mulier uirum, in hoc mundo remanentem<sup>11</sup> uel fortasse ad illicita migrantem que est<sup>12</sup> ista conuersio in qua una eademque<sup>13</sup> caro et ex parte transit ad continentiam<sup>14</sup> et ex parte remanet in pollutione?<sup>15</sup> Si uero utrisque conueniat continentem uitam ducere hoc quis audeat accusare, cum certum est quia omnipotens Deus qui minora concessit maiora non prohibuit? Et<sup>16</sup> quidem<sup>17</sup> multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus et prius continentem uitam duxisse et postmodum<sup>18</sup> ad sancte ecclesie regimina migrasse. Duobus<sup>19</sup> enim modis sancti uiri<sup>20</sup> etiam<sup>21</sup> a licitis<sup>22</sup> abstinere solent, aliquando ut merita sibi apud [50va] omnipotentem Deum augeant, aliquando<sup>23</sup> ut<sup>24</sup> ante acte uite culpas detergant. Proinde cum boni coniuges aut meritum augere<sup>25</sup> desiderant aut ante<sup>26</sup> acte uite culpas delere, ut se ad continentiam astringant et meliorem uitam appetant licet. Si uero continentiam quam uir appetit uxor non sequitur, aut quam uxor appetit uir recusat, diuidi coniugium non licet, quia scriptum est, Mulier sui corporis potestatem<sup>27</sup> non habet. sed uir, et uir sui corporis potestatem non habet sed mulier.

<sup>1</sup> *om.* K

<sup>2</sup> religios A

<sup>3</sup> deb. diss. LRXSWKNBVPZOHA; diss. deb. C

<sup>4</sup> dixit CSKNBZOQ; dicit HA

<sup>5</sup> Que CKDBZOHA; Quod N

<sup>6</sup> iunxit CRXBVPZOA; coniunxit LSKNDHQ

<sup>7</sup> etiam ait *om.* N (*but there may be a marginal addn in ms.*)

<sup>8</sup> huic (*ss* V) celesti CLRXKNVZOQA; huic celestis SH; celesti huic BP

<sup>9</sup> *corr. fr.* legit- K

<sup>10</sup> -ittit CSKNBVZA; -ittat OHQ

<sup>11</sup> -anentem CKDBZOHQ; -antem N; -anente A

<sup>12</sup> est CRXSKNBVP; *om.* ZOHA

<sup>13</sup> eademque CSK(-que *ss*)NBZOHQ; eodemque A

<sup>14</sup> ex parte - cont. *ss* C

<sup>15</sup> pollutione CSKDBZOHA<sup>2</sup>; pollutionem NQ; pollotione A

<sup>16</sup> Et CK?BPZOHQA; At N; E D

<sup>17</sup> quidem CRSDBVPZOHQ?; quod KNA

<sup>18</sup> -odum CRKNVPZOHA; -odo B

<sup>19</sup> *in mg.* O

<sup>20</sup> *corr. fr.* uri O

<sup>21</sup> etiam CKDBZOHA; et N

<sup>22</sup> licitis CKNBZOHQ; laicis A

<sup>23</sup> uero *add.* ZOHA, *om.* CRXSKNBVP?

<sup>24</sup> *corr. to* aut A

<sup>25</sup> -ere CKNBZOHQ; -eri A

<sup>26</sup> *ss* C

<sup>27</sup> sui corp. pot. CRKNVPZOHA; pot. sui corp. B

*Reg. 1.27; JE 1817; H 744-5, M 1117-8; ID 8.129 (abbrev.); IP 6.78 as ID; C 27 q 2 c 19, broadly as here, but beginning Sunt qui dicunt*

## 32

*Quod uicarii Romane ecclesie<sup>1</sup> non habeant plenitudinem potestatis apostolice<sup>2</sup>*

Gregorius Gallie, Europe, Germanie episcopis. Romana ecclesia uices suas ita aliis impertiuit ecclesiis ut in partem sint uocate sollicitudinis. non in plenitudinem potestatis. Proinde dilectio uestra quorum deuotione gaudemus iungat curam suam dispositionibus nostris. ET POST PLVRA. Nec<sup>3</sup> pigeat forte aut pudeat nostris obedire mandatis, ut<sup>4</sup> apostolice sedis obsecundare preceptis quia humilibus datur gratia, non superbis. Nam nulli fas est uel uelle<sup>5</sup> uel posse transgredi apostolice sedis<sup>6</sup> precepta. nec nostre dispositionis ministerium, quod uestram sequi oportet caritatem. Sit ergo ruine sue dolore prostratus quisquis apostolicis uoluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto fiat<sup>7</sup> ministerio, nec de eius iudicio postea curam quisque habeat, quoniam iam dampnatus a sancta et apostolica ecclesia ac<sup>8</sup> auctoritate pro sua inobedientia atque presumptione a quoquam esse non dubitatur.

*Gregory IV; JE+ 2579; PL 106. 853; ID 5.11a as Greg. IV and see Landau (1984) 36-37*

<sup>1</sup> Romane ecclesie CRSKDBVPZOHQ; Romane sedis N; Romane *after lacuna* A

<sup>2</sup> pot. apostolice CRKPZOHQA; apostolice pot. SV; pot. apostoli N; B *unclear in film*

<sup>3</sup> Nec CRXKNBVPZ<sup>2</sup>O; Ne LSZHQA

<sup>4</sup> ut CLRXWKNBVP; aut C<sup>2</sup>V<sup>2</sup>ZOHQA; et S<sup>2</sup>(*after lacuna*)D

<sup>5</sup> uel uelle CRXSNBVP; uel leue ZOQA?; uelle Z<sup>2</sup>

<sup>6</sup> obsecundare preceptis quia - sedis *om.* K (*in ND*)

<sup>7</sup> a sancto fiat CSKNBZOQA; fiat a sancto H

<sup>8</sup> ac C<sup>2</sup>L<sup>2</sup>RXWKNBVPZ<sup>2</sup>OA; *om.* CLZ; hac S; et HQ

## 33

*Ex epistola Gregorii pape. De his qui commisceri non possunt<sup>1</sup>*

De his quesitum est qui se dicunt ob causam frigide<sup>2</sup> nature non posse inuicem operam carni dantes commisceri. Iste uero si non potest ea uti pro uxore habeat quasi sororem. Quod si retinaculum coniugale<sup>3</sup> uolunt rescindere, maneant inuicti [50vb] utrique<sup>4</sup>. Nam si huic non potest naturaliter concordare, quomodo alteri conueniet? Igitur si uir aliam uult accipere uxorem, manifesta ratio<sup>5</sup> patet quia suggerente<sup>6</sup> diabolo odii fomite exosam eam habuit, et idcirco illam dimittere mendacii falsitate molitur. Quod si mulier causatur et dicit, Volo mater esse et filios procreare uterque eorum septima manu propinquorum tactis sacrosanctis reliquiis iureiurando dicat quod nunquam<sup>7</sup> per commixtionem<sup>8</sup> carnis una caro facti<sup>9</sup> fuissent. Tunc uidetur<sup>10</sup> mulierem secundas posse<sup>11</sup> contrahere nuptias, humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem qui frigide nature est maneat sine coniuge. Quod si ille aliam

<sup>1</sup> Ex - pape. De - possunt CRXSKNBVP; De - possunt. Ex ep. - pape. ZOHA

<sup>2</sup> causam frigide CKNBZOH; causa frige A

<sup>3</sup> retinaculum coniugale CKNBZOHQ; renaticulum coniugare A

<sup>4</sup> Nota de his qui commisceri non possunt *add.* H *mg.*

<sup>5</sup> manifesta ratio CRKDVPZOHA; manifesta res N; manifestatio B

<sup>6</sup> suggerente CRKNVPZOHA; si ingerente B

<sup>7</sup> nunquam CNDBZOHA; umquam K

<sup>8</sup> -ti- *ss* O

<sup>9</sup> facti CRSBVZOHA; facta KND

<sup>10</sup> uidetur CRKNDVPZOHA; iudicetur S; indicitur B

<sup>11</sup> secundas posse cont. nupt. LRXSDBPZOHA; posse secundas cont. nupt. CW; suas posse cont. nupt. K; alias posse cont. nupt. N; secundas nupt. posse cont. V

copulam acceperit, tunc hii<sup>12</sup> qui iurauerant<sup>13</sup> periurii crimine rei teneantur, et penitentia peracta priora cogantur recipere<sup>14</sup> conubia.

*Gregory IV; JE +1934; Tc 42; ID 8.182 var. as BD 9.44; IP 6.116 (insc. var.); C 33 q 1 c 2*

---

<sup>12</sup> hii CRKNDBHQ; ii ZOA

<sup>13</sup> -erant CNDBZOHA; -erat K

<sup>14</sup> recipere LRXSWKNBVPZOHA; accipere C (L con. cog. rec.)

### 34

*Ex epistola Gregorii<sup>1</sup> ad Iohannem episcopum.<sup>2</sup> Quod ignorans canones non sit<sup>3</sup> dignus ministrare<sup>4</sup>*

Hec consona patribus diffinitione sancimus ut qui sacris<sup>5</sup> nescit obedire canonibus nec sacris administrare uel communionem capere sit dignus altaribus.

*Reg. 3.7; JE 1211; Tc 67; C 25 q 1 c 13*

---

<sup>1</sup> pape add. B, om. CRKNVPZHO

<sup>2</sup> Ex – ep. om. A (cf c 35)

<sup>3</sup> sit LRXSWKNBVPZOHA; possit C

<sup>4</sup> Quod - ministrare in mg. ZO

<sup>5</sup> sacris CKNBZOHQ; sacri A

### 35

*Item idem ad eundem<sup>1</sup>. De symoniacis<sup>2</sup>*

Et cum prima contra sanctam ecclesiam symoniaca<sup>3</sup> heresis sit exorta cur non perpenditur, cur non uidetur quia eum quem quis cum precio ordinat prouehendo agit ut hereticus fiat?

*cf above c 13 (pt); Tc 68*

---

<sup>1</sup> Item idem (ss X) ad eundem CRXSNBVP; Item idem K; Item ad eundem ZOHQ; Ex epistola Gregorii ad Iohannem episcopum A (cf c 34)

<sup>2</sup> De sym. om. A (cf c 36)

<sup>3</sup> symoniaca CKNBZOH; symoniacam A

### 36

*Eiusdem ad Theodericum et<sup>1</sup> Theodebertum<sup>2</sup>. Quod nullus pro ecclesiastico ordine aliquid debeat dare aut aliquid accipere<sup>3</sup>*

Qua de re ut<sup>4</sup> magnum omnipotenti Deo munus ualeatis offerre. synodum congregari precipite in qua<sup>5</sup> sicut fratribus coepiscopisque<sup>6</sup> nostris mandauimus presente dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate sub anathematis debeat obligatione constitui nullum<sup>7</sup> pro ecclesiastico ordine aliquid unquam [51ra] dare aut<sup>8</sup> aliquid accipere.

*Reg. 9.215; JE 1744; Tc 69; ID 5.110 as here [NB. text is not as in Reg.]*

---

<sup>1</sup> ad add. OHA, om. CSKNBVZ

<sup>2</sup> Theodebertum CRXSKDPZOHA; Theobertum NV; Thedeobertum B. Eiusdem – Theodeb. in mg. to c 37 A

<sup>3</sup> Quod - accipere CRXSKNBVP; De eodem ZOHQ; Item ad eundem de symoniacis A (cf c.35)

<sup>4</sup> ut CNBZOHA; uti K; om. D

<sup>5</sup> qua CLSNDVHQA\*; quam RXKBPZO

<sup>6</sup> -que CRKNVPZOHA; om. B

<sup>7</sup> corr. fr. illum O

<sup>8</sup> aut CRXSKNBVP; om. ZOHA

### 37



*Gregorius in epistola lxxxvii<sup>1</sup> Castorio episcopo Arimino. De prouidenda<sup>2</sup> quiete monachorum*

Luminoso abbate referente plurimis in monasteriis multa a presulibus preiudicia atque grauamina monachos pertulisse cognouimus<sup>3</sup>. Oportet ergo ut tue fraternitatis prouisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione<sup>4</sup> quatinus conuersantes in illis in Dei seruitio gratia illius suffragante mente libera perseuerent. Missas quoque<sup>5</sup> publicas in cenobio fieri omnimodo prohibemus, ne in Dei seruorum recessibus et eorum receptaculis ulla populis prebeaturoccasio<sup>6</sup> conuentus quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi episcopus cathedram collocare uel quamlibet potestatem<sup>7</sup> exercere<sup>8</sup> imperandi, nec aliquam ordinationem quamuis leuissimam faciendi nisi ab<sup>9</sup> abbate<sup>10</sup> fuerit rogatus, quatinus monachi semper<sup>11</sup> maneant in abbatum suorum potestate, ut<sup>12</sup> remotis uexationibus a<sup>13</sup> cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa<sup>14</sup> deuotione animi perficiant<sup>15</sup>. Imperpetuum uale optime pater memor nostri.

*forged expansion of Reg. 5.49; JE 1362 (printed Opp. Greg. ed. Maur. as II. 41, PL 77. 579-80); Tc 113; ID 7.12-13 (cap. lxxxvii); +C 18 q 2 c 6*

<sup>1</sup> lxxxvii LRXWKNBVPZOHA; lxxxii C; om. S

<sup>2</sup> De prouidenda CRSKNBZOHQ(*after corr.*); ac prouidentiam A

<sup>3</sup> cognouimus CRXSKNBV; comperimus ZOHQ; comperimus A

<sup>4</sup> -ione CKDBZOHA; -ionem N

<sup>5</sup> quoque CSKNBZOA; om. HQ

<sup>6</sup> occasio CKDBZOHA; occursio N

<sup>7</sup> quamlibet potestatem CKNBZOHQ; qualibet potestate A

<sup>8</sup> ss O

<sup>9</sup> ss C

<sup>10</sup> abb'be N

<sup>11</sup> ss B

<sup>12</sup> ss V

<sup>13</sup> a CLXSBVA; ac RKNPZOHQ

<sup>14</sup> cum summa CNDBZOHA; consumma K

<sup>15</sup> -iant CKDBZOHA; -iatur N

### 38

*Eiusdem. Vt<sup>2</sup> non monasterium grauēt episcopus*

Visitandi exhortandique<sup>3</sup> gratia ad monasterium quotiens placuerit ab antistite ciuitatis accedatur<sup>4</sup>. Sed<sup>5</sup> sic caritatis officium illic impleat episcopus ut<sup>6</sup> grauamen aliquod monasterium non incurrat.

*Reg. 8.17; JE 1504; Coll.Sem. 2.32; Tc 114; ID 7.14; C 18 q 2 c 28*

<sup>1</sup> Item *add.* V

<sup>2</sup> Vt CRXSKNBVP; om. ZOHQA

<sup>3</sup> exhortandique CSKNBZOA; exorandique HQ

<sup>4</sup> -atur CKDBZOHA; -at N

<sup>5</sup> Sed CKNBZOHQ; om. A

<sup>6</sup> ut CNDBZOHA; uti K

### 39

*Eiusdem in registro. Item<sup>1</sup> de symoniacis*

Quisquis per pecuniam ordinatur ad hoc ut fiat hereticus promouetur. Quisquis ergo contra symoniacam et Neophytorum heresim<sup>2</sup> pro officii sui loco uehementer<sup>3</sup> non

<sup>1</sup> Item CRXSBV<sup>2</sup>P; om. KNDVZOHA

<sup>2</sup> her. et Neoph. *marked for reversal* Z

<sup>3</sup> -ent'er H

arserit, cum eo se non dubitet habiturum portionem qui prius commisit hoc piaculare flagitium.

*Dd 4.94 (pt 1, as Paschal); BN lat 13368 (=Tc) 126; ID 2.84 med., 5.75b (interpolated form of BD 1.21); +C 1 q 1 c 5 (as from Wido's Pseudo Paschal in notes: Gregory in text)*

## 40

*Item ad Theodebertum et Theodericum<sup>1</sup> reges Francorum.<sup>2</sup> Quod [51rb] nullum<sup>3</sup> opus symoniaci ualeat*

Fertur symoniaca<sup>4</sup> heresis que prima contra Dei ecclesiam diabolica supplantatione surrepsit et in ipso ortu suo zelo apostolice ultionis percussa atque dampnata est in regni uestri<sup>5</sup> finibus dominari<sup>6</sup>, cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum<sup>7</sup> uita. Si enim uita deest, fides meritum non habet, beato<sup>8</sup> Iacobo attestante qui ait, Fides sine operibus mortua est. Que enim opera esse ualeant sacerdotis qui honores tanti sacramenti conuincitur obtinere per premium. ET POST PAVCA. Hinc<sup>9</sup> igitur<sup>10</sup> non solum in ordinatoris et ordinati animam letale<sup>11</sup> infligitur<sup>12</sup>, uerum etiam excellentie uestre regnum uestrorum episcoporum<sup>13</sup> culpa, quorum magis intercessionibus iuuari debuerat pregrauatur. Si enim is<sup>14</sup> dignus sacerdocio creditur cui non actionis merita sed premiorum copia suffragatur, restat ut nichil sibi in ecclesiasticos honores<sup>15</sup> grauitas, nichil sibi<sup>16</sup> defendat industria, sed totum<sup>17</sup> auri profanus amor obtineat et<sup>18</sup> dum uicia honor remunerat in locum<sup>19</sup> ultoris is fortasse<sup>20</sup> qui fuerat ulciscendus adducitur, atque<sup>21</sup> hinc sacerdotes non proficere sed perire potius<sup>22</sup> iudicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clipeo tueatur, qui<sup>23</sup> iaculis se hostium ferendum exposuit? Aut qualem fructum producturus est cui graui peste radix infecta est? Maior ergo calamitas metuenda<sup>24</sup> est forte<sup>25</sup> locis illis ubi tales intercessores adducuntur ad locum regiminis quod<sup>26</sup> iram Dei prouocant quam per semetipsos<sup>27</sup> populis placare<sup>28</sup> debuerant.

<sup>1</sup> Theodebertum (Theob- V) et Theodericum CRXSNBVP; Theodericum et Theodebertum DZOH; Theoricum et Theobertum Q; Teoricum et Theudebertum A

<sup>2</sup> Item – Francorum *om. with lacuna* K

<sup>3</sup> nullum CRKDBZOA; nullus N

<sup>4</sup> -ca ss C

<sup>5</sup> uestri CSKNBZOA; nostri HQ

<sup>6</sup> dominari CRSKNBZOA; dampnari HQ

<sup>7</sup> ss A

<sup>8</sup> beato CRDVPZOHA; bono K; apostolo N; b'o B

<sup>9</sup> Hin A

<sup>10</sup> igitur CSKNBZOQ; ergo H?A

<sup>11</sup> letale CLRXSDBVP; letale uulnus C<sup>2</sup>ND<sup>2</sup>V<sup>2</sup>ZOHA; *om.* K

<sup>12</sup> -igitur CSKNBZOQA; -igi H

<sup>13</sup> uest. ep. CRKNVPZOHA; ep. uest. B

<sup>14</sup> *corr. fr.* his Z?

<sup>15</sup> in eccl. honores (honore B) CRXKNBV; in hon. eccl. ZOHA; de ecclesiastico honore (*in mg.*) S

<sup>16</sup> in eccl. honores grau. nichil sibi *om.* P; in hon. eccl. grau. nichil si- *in mg.* H

<sup>17</sup> anni *add. and canc.* O

<sup>18</sup> et C?RKDBZOHA; at N

<sup>19</sup> locum CRBZOHA; loco KD; locis N

<sup>20</sup> is fortasse CSKNBZOQA; fortasse is H

<sup>21</sup> atque CSKNBZOA; et HQ

<sup>22</sup> perire potius CSKNBZO; potius perire HQA

<sup>23</sup> qui CRSNB<sup>2</sup>VPZOHA; quid K; ? DB

<sup>24</sup> meuenda N

<sup>25</sup> forte LRXSCKNBVPZOHA; fore C

<sup>26</sup> quod RXSWKDBVPZOHA; qui CLN; magis in se *add.* V<sup>2</sup>

<sup>27</sup> -ipsos *after corr.* O

<sup>28</sup> -are CRKNVPZOHA; -ere B

*JE 1744; Reg. 9.215; Tc 127; AL 6.68; ID 5.111 as here; C 1 q 1 c 28, of which all to perire potius iudicantur was added later*

41

*Idem in moralibus<sup>1</sup>. Quod in<sup>2</sup> grauibus peccatis quis positus aliena non diluit<sup>3</sup>*

*In grauibus peccatis quis positus dum suis premitur aliena non diluit<sup>4</sup>.*

*Pref. in Iob c 3; Tc 128a; C 3 q 7 c 5a*

<sup>1</sup> moralibus CKNBZOHQ; pastorali A (cf below c.42)

<sup>2</sup> ss X

<sup>3</sup> Quod - diluit CRXSKNBP; om. ZOGHA

<sup>4</sup> diluit CSKNBZOQA; soluit H

42

*Idem in pastorali. De eodem<sup>1</sup>*

*Cunctis liquet<sup>2</sup> quia cum is<sup>3</sup> [51va] displicet qui ad intercedendum mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur.*

*Greg. I Pastoral. pt 1 c 10; Tc 128b; C 3 q 7 c 5b*

<sup>1</sup> Idem - past. De eodem CRSKNBP; In past. Idem de eodem X; Idem - pastorali ZOGH; om. A

<sup>2</sup> liquet CRKNVPZOHA; licet B

<sup>3</sup> is CXKNVPZOHA; his SRB

43

*Idem<sup>1</sup> in registro. Item de eodem<sup>2</sup>*

*Scriptum est, Victime impiorum abhominabiles Deo<sup>3</sup>. Vota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid sed a quo detur inspicitur<sup>4</sup>. Hinc est enim quod scriptum est, Respexit Deus ad Abel, et ad munera eius, ad Cain<sup>5</sup> autem et ad munera eius<sup>6</sup> non respexit. Dicturus quippe quia Dominus respexit ad munera, premisit sollicitate quia respexit<sup>7</sup> ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a muneribus sed munera ab offerente placuerunt.<sup>8</sup> Dona quippe iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus eorum nec in multitudine sacrificiorum eorum propiciabitur peccatis<sup>9</sup>. ITEM IDEM. Longe est Dominus ab impiis et orationes iustorum exaudiet.*

*Reg. 9.228; JE 1757; Tc 129a; C 14 q 5 c 11, C 3 q 7 c 5c*

<sup>1</sup> Idem CNDBVPZOGHA; om. K

<sup>2</sup> Item de eodem CXKNBVP; De eodem S; om. ZOGHA

<sup>3</sup> Deo CKNBVZOQA; Domino H

<sup>4</sup> inspicitur CXSKNB; aspicitur ZOHA

<sup>5</sup> corr. fr. Cain to Chaim A

<sup>6</sup> ad Cain - eius in mg. R<sup>2</sup>

<sup>7</sup> Dominus add. A

<sup>8</sup> Q begins new section with Salomon both as rubric and in mg.

<sup>9</sup> ZGHA begin a new paragraph with Salomon in mg.; O has Salomon in mg. two lines earlier

44

*Idem<sup>1</sup> ad Cyriacum episcopum Constantinopolitanum. Quod uitandi sint se ingerentes<sup>2</sup>*

*In scriptis<sup>3</sup> autem uestris requiem uos magnopere<sup>4</sup> quesisse narratis, sed per hoc ad pastoralementem sollicitudinem uenisse congrue ostenditis, quia sicut locus regiminis*

<sup>1</sup> Idem CRXKNBVOA; Item SZ; Item idem HQ

<sup>2</sup> Idem - ingerentes in mg. A

<sup>3</sup> scriptis CS(lacuna follows)KNBOHQA; scripturis Z

<sup>4</sup> -g- ss C

desiderantibus negandus est, ita fugientibus offerendus<sup>5</sup> et sicut scriptum est, Nec quisquam sumit sibi honorem. sed qui uocatur a Deo tanquam Aaron. Et rursus idem egregius predicator<sup>6</sup> dicit, Si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est Christus. Superest ut qui uiuunt<sup>7</sup> iam non sibi uiuant sed ei qui pro ipsis<sup>8</sup> mortuus est et resurrexit. Et pastori sancte ecclesie dicitur, Simon Iohannis amas me? Pasce oues meas. Ex quibus uerbis<sup>9</sup> colligitur quia si is qui ualet omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit pastorem summum se<sup>10</sup> minime amare. Si<sup>11</sup> enim Vnigenitus Patris pro explenda<sup>12</sup> utilitate omnium de secreto Patris egressus est ad publicum nostrum, nos quid<sup>13</sup> dicturi [51vb] sumus si secretum preponimus utilitati proximorum? Quies itaque nobis et<sup>14</sup> ex corde appetenda est, et tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus<sup>15</sup> occupationem<sup>16</sup> fugere, ita si desit qui predicet occupationis onus<sup>17</sup> libenti necesse est animo subire.

*Reg. 7.5; JE 1451; Tc 145; ID 5.350; C 8 q 1 c 9a*

<sup>5</sup> *corr. from* offendendus K

<sup>6</sup> eg. pred. CKDBZOHA; pred. eg. N

<sup>7</sup> ut qui uiuunt CKDBZOHA; iniqui uiuant N

<sup>8</sup> ipsis CSKNBZOQA; ipsi H

<sup>9</sup> *in mg.* C

<sup>10</sup> se CRXSKNBVP; *om.* ZOHA

<sup>11</sup> Si CKNBZOHQ; Sicut A

<sup>12</sup> *expl and lacuna* A

<sup>13</sup> quid CSDBPZHA; qui KO; quod N

<sup>14</sup> et CKD<sup>2</sup>BPZOHA; *om.* ND

<sup>15</sup> *after corr.* O

<sup>16</sup> -ionem CNDBZOHA; -ione K

<sup>17</sup> *ss* Z

## 45

*Gregorius Etherio<sup>1</sup> episcopo, Suagrio<sup>2</sup>, Virgilio<sup>3</sup> et Desiderio episcopis Galliarum<sup>4</sup>.  
De symoniacis*

Dum<sup>5</sup> non<sup>6</sup> attenditur quod diuina uoce dicitur. Gratis accepistis, gratis date, agitur ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicti contagio, ementis scilicet et uendentis<sup>7</sup> condicio. Et cum liqueat hanc heresim ante omnes radice pestifera surrepsisse<sup>8</sup>. atque in ipsa sua origine apostolica<sup>9</sup> esse detestatione dampnatam, cur non perpenditur, cur non cauetur quia illi benedictio in maledictionem conuertitur, quia ad hoc ut<sup>10</sup> fiat hereticus promouetur?

*Reg. 9.218; JE 1747; Tc 146a; ID 5.112a (cf above cc 13, 35)*

<sup>1</sup> et Herio P

<sup>2</sup> Suagrio CRXWBVPZOQA; Suargio KND; Syagrio D<sup>2</sup>; Suagrio et HQ; ? S

<sup>3</sup> Virg- CRSKNVPZOHA; Vig- BA

<sup>4</sup> *item add.* KNV, *om.* CRXSDBZOHA

<sup>5</sup> Dum CLRXKDBZOHA; Cum SN

<sup>6</sup> non CNDBZOHA; *om.* K

<sup>7</sup> *corr. fr.* uenditis O

<sup>8</sup> surrepsisse CXSBZOHA; subrepisse L; surrepsisse RKNDP

<sup>9</sup> -ica CKNBOHA; -icam Z

<sup>10</sup> *ss* B

## 46

*<sup>1</sup>De eodem*

<sup>1</sup> *Item add.* ZOGHA, *om.* CXSKNBVP

Neque enim<sup>2</sup> elemosina reputanda est si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur, quia qui hac intentione male accipit ut bene dispenset grauat<sup>3</sup> potius quam adiuuetur.

*Reg. 9. 218; JE 1747; Tc 146b; ID 5.112b; IP 2.194; C 1 q 1 c 27a var.*

<sup>2</sup> enim CKNBZOGHQ; om. A

<sup>3</sup> corr. fr. gratis B

#### 47

##### *Item ad eosdem<sup>1</sup>. De eodem*

Ne ergo sub obtentu elemosyne cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacre scripture ordo nos prohibet dicens, Hostie impiorum abhominabiles<sup>2</sup>. que offeruntur ex scelere. Quicquid<sup>3</sup> enim<sup>4</sup> in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat. Hinc rursus scriptum est, Honora Dominum<sup>5</sup> de tuis iustis laboribus. Qui ergo male tollit, ut quasi bene prebeat constat sine<sup>6</sup> dubio quia Dominum non honorat. Hinc<sup>7</sup> quoque per Salomonem dicitur, Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac si uictimet<sup>8</sup> filium in conspectu patris. Quantus autem dolor sit patris perpendamus, si in eius conspectu filius uictimetur et hinc facile [52ra] cognoscitur quantus apud Deum<sup>9</sup> dolor exasperatur quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est dilectissime frater sub<sup>10</sup> obtentu elemosyne peccata symoniace hereseos perpetrare. Nam aliud<sup>11</sup> est propter peccata elemosynas facere, aliud propter elemosynas peccata perpetrare<sup>12</sup>. ET<sup>13</sup> POST PAVCA. Quisquis igitur sacerdocium non ad elationis pompam sed ad utilitatem adipisci<sup>14</sup> desiderat, prius uires<sup>15</sup> suas cum eo quod est subiturus<sup>16</sup> onere metiatur, ut et<sup>17</sup> si est impar absteineat, et ad id cum metu etiam cui<sup>18</sup> se sufficere existimat accedat. (*See c 46; Tc 146c; C 1 q 1 c 27c (much of this a later addn)*)

<sup>1</sup> Item add. KND, om. CRXSSBVPZOA

<sup>2</sup> Deo add. N, om. CSKDBZOHA

<sup>3</sup> corr. fr. Quidq- H

<sup>4</sup> om. R

<sup>5</sup> Dominum LRXSKNBVPZOHA; Deum CW

<sup>6</sup> corr. fr. si non K

<sup>7</sup> ergo add. ZOHA, om. CRXSKNBVP

<sup>8</sup> -imet CKNBZOHQ; -ime A

<sup>9</sup> Deum CRXSKNBVP; eum ZOHA

<sup>10</sup> corr. fr. ut S

<sup>11</sup> corr. fr. alium H

<sup>12</sup> Nam aliud est - perp. CL<sup>2</sup>RS<sup>2</sup>XKNBZOHA; om. LS

<sup>13</sup> Et CKDBZOHQA; At N

<sup>14</sup> adispici O

<sup>15</sup> uires CKNBZHQ; aures OA

<sup>16</sup> corr. fr. subtus A

<sup>17</sup> ut et LRXSWKNBVPZOH; ut CQ; et ut A

<sup>18</sup> cui CRXSKNBVP; qui ZOHA

#### 48<sup>1</sup>

##### *Gregorius in moralibus. De iniusta excommunicatione*

Ligandi atque soluendi potestate se<sup>2</sup> priuat qui hanc pro suis uoluptatibus et non pro subiectorum<sup>3</sup> meritis exercet. Vnde recte per prophetam dicitur, Mortificant<sup>4</sup> animas

<sup>1</sup> whole canon in outer mg. V

<sup>2</sup> pot. se over erasure L<sup>2</sup>

<sup>3</sup> subiectorum CRXSBVZOHA; subditorum KND

<sup>4</sup> -n- ss K

que non moriuntur et uiuificant que non uiuunt<sup>5</sup>. ITEM. Qui ea<sup>6</sup> que Dei sunt sapiunt a Domino<sup>7</sup> sapiuntur<sup>8</sup> et qui ea que Dei sunt nesciunt a Domino nesciuntur<sup>9</sup>, Paulo attestante qui ait, Si quis ignorat ignorabitur<sup>10</sup>. ITEM IN MORALIBVS.<sup>11</sup> Quicumque enim stultus est in culpa sapiens erit in pena.

Ligandi-uiuunt *is a paraphrase of XL Omel. in Euang. hom. 26 c 5(pt); Tc 160; C 11 q 3 c 60 to moribus exercet; Qui ea que - ignorabitur (Past. care 1.1) and Quicumque - pena (Moralia in Iob 15.3) are +D 38 c 10*

<sup>5</sup> New section in G

<sup>6</sup> Qui ea C<sup>2</sup>LRSWKNBV; Qui CXG; Quia ZOHQA

<sup>7</sup> Domino CNBZOKHQ; Deo A

<sup>8</sup> a Dom. sap. ss C

<sup>9</sup> nesc- ss O

<sup>10</sup> New section in G

<sup>11</sup> Item (eos *add.* P) in Moralibus (Minoralibus Q) CRXSKNBVPZOGHQ; Gr' in Moralibus Ianuario episcopo. Vt episcopus propria iniuria non excommunicet (*cf c 49*) A

#### 49

*Gregorius<sup>1</sup> Ianuario episcopo<sup>2</sup>. Vt episcopus pro<sup>3</sup> iniuria propria<sup>4</sup> non excommunicet<sup>5</sup>*

Ysidorus a fraternitate tua frustra se excommunicatum anathematizatumque conquestus<sup>6</sup> est. Quod quam ob rem factum fuerit dum a clerico tuo qui presens erat uoluissimus addiscere, pro nulla alia causa nisi quod te iniuriauerat factum innotuit. Que res nos<sup>7</sup> uehementer afflixit. Quia si ita est, nichil<sup>8</sup> te ostendis<sup>9</sup> de celestibus cogitare, sed terrenam te habere conuersationem significas<sup>10</sup> dum pro uindicta proprie iniurie quod sacris regulis prohibetur maledictionem anathematis inuexisti. Vnde de cetero esto circumspectus atque sollicitus et talia cuiquam pro defensione iniurie tue inferre denuo non presumas.

*Reg. 2.47; JE 1201; Tc 166; ID 5.351; +C 23 q 4 c 27 differs, and has added sentence*

<sup>1</sup> lacuna in K

<sup>2</sup> after corr. R

<sup>3</sup> pro CRXSKNBVZ<sup>2</sup>; om. ZHQA; per O

<sup>4</sup> in. prop. CRXSKNBVP; prop. in. ZOHQA

<sup>5</sup> Gregorius – excomm. before last section of c 48, run into 49 A

<sup>6</sup> corr. fr. -estum Z

<sup>7</sup> corr. fr. uero C

<sup>8</sup> nichil CRXSKNBVP; nil ZOHA

<sup>9</sup> corr. fr. -it O

<sup>10</sup> corr. fr. -ans K

#### 50

*Greg' gracia Dei episcopus dilectissimis<sup>1</sup> suis [52rb] ciuibus Rome. Quod non sit prohibendum operari in die Sabbati<sup>2</sup>*

Peruenit ad me quosdam peruersi spiritus<sup>3</sup> homines praua inter uos aliqua et sancte fidei aduersa seminasse<sup>4</sup>, ita ut in<sup>5</sup> die Sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi predicatorum dixerimus<sup>6</sup>. qui ueniens diem Sabbatum atque<sup>7</sup> dominicum ab omni faciet opere custodiri? Quia enim mori se et resurgere simulat

<sup>1</sup> dilectissimis CRXSKNBVZOH?Q; -mus A; dilectis G

<sup>2</sup> Quod - Sabbati CRXSKNBVP; om. ZOGHA

<sup>3</sup> spiritus CKNBZOHQ; episcopus A

<sup>4</sup> -i- ss A

<sup>5</sup> in CKNBOHA; om. Z

<sup>6</sup> -erimus CKDBZOHA; -imus N

<sup>7</sup> atque CKNBZOHQ; om. A

haberi in ueneratione uult dominicum diem et quia populum iudaizare compellit, ut exteriorem ritum legis<sup>8</sup> reuocet et sibi Iudeorum perfidiam subdat, coli uult Sabbatum. *Reg. 13.3; JE 1867; Coll.Sem. 1.215a; Tc 167a; ID 4.6a; IP 2.169 as here; De cons. D 3 c 12a*

<sup>8</sup> legis CKDBZOHA; lege N

## 51

### *De non prohibendo lauachro die dominico*

Aliud quoque ad me perlatum est uobis a peruersis hominibus esse predicatum ut dominicorum die nullus debeat lauari. Et quidem si pro luxu animi et pro uoluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis hoc nec dominico die prohibemus.

*Greg. I ut sup.; Tc 167b; ID 4.6b; De cons D 3 c 12b*

## 52

### *Gregorius. De ministris incontinentibus<sup>1</sup>*

 vii. Presbiterum minus triginta annorum minime ordinandum  
 viii. De his qui in egritudine sunt baptizati  
 viiii. De dyaconibus septem

*N here adds one and a half folia of added decretals in another (but roughly contemporary) hand, including one of Julius attributed to C. Nicaea. They are listed in the appendix to Part II below*

<sup>4</sup> iiii D (now one out)

<sup>5</sup> corr. fr. -res N

**1<sup>1</sup>**

*Incipit de concilio Neocesariensi quod<sup>2</sup> prius fuit Niceno, tamen post Anchiritanum<sup>3</sup>.  
 Presbiterum<sup>4</sup> uxorem ducere<sup>5</sup> non debere<sup>6</sup>*

Presbiter si uxorem duxerit, ab ordine illum deponi debere. Quod si fornicatus fuerit, uel adulterium commiserit, extra ecclesiam abici, et ad penitentiam inter laicos redigi oportet.

*C. Neocaesarea c 1; H 263a; M 267; D 28 c 9*

<sup>1</sup> om. N

<sup>2</sup> quod CRXSWD<sup>2</sup>BPZOHA; que KN; quidem D

<sup>3</sup> tamen post Anch. added in small hand in black C; Incipit - Anchiritanum before c 2 N

<sup>4</sup> -erum CRWKBP; -ero ZOGHA

<sup>5</sup> ux. duc. CKDBPZOGH; duc. ux. A; (ducere non deb. ux. W)

<sup>6</sup> i add BZOQA; cp. ii add. L, om. RXWKDPH; ? CS

**2<sup>1</sup>**

*<sup>2</sup>De his qui multis nuptiis communicauerint cp. iii<sup>3</sup>*

De his qui frequenter uxores ducunt et de his qui sepius nubunt tempus<sup>4</sup> quidem his<sup>5</sup> manifestum constitutum<sup>6</sup> est, sed conuersatio<sup>7</sup> et fides eorum tempus abbreviat.

*C. Neocaesarea c 3; H 263b; M 267; +C 31 q 1 c 8a*

<sup>1</sup> No. om. L, now one out

<sup>2</sup> Incipit de concilio - Anchiritanum add. N from c 1 above.

<sup>3</sup> cp. iii CLRXSKNZJOHQA; cp. ii W; om. BPG. De concilio Neocesariensi [iii add. A] add. in mg. HA

<sup>4</sup> constitutum add. O

<sup>5</sup> ss B

<sup>6</sup> man. const. CRSWKBNBP; man. OG; const. (conconst- Z) man. ZJ<sup>2</sup>HQA; const. his man. J

<sup>7</sup> corr. fr. conuersio H

**3**

*Presbiteros in secundis nuptiis orare non debere cap. vii<sup>1</sup>*

Presbiterum conubio secundarum<sup>2</sup> nuptiarum interesse non debere. maxime cum precipiatur secundis nuptiis penitentiam tribuere, quis erit presbiter qui propter conuiuium illis consentiat<sup>3</sup> nuptiis?

*C. Neocaesarea c 7; H 264a; M 267; ID 8.315; +C 31 q 1 c 8b*

<sup>1</sup> cap. vii CRXSKNBZOHA; cp. iiii L; om. PG

<sup>2</sup> secundarum CLSWBPZ<sup>2</sup>JO<sup>2</sup>Q; secularium RXXKNDGHA; secularum K<sup>2</sup>O; ? Z

<sup>3</sup> -iat CRWKBNBZOGH; -iant A

## 4

*Vxoris adultere [78va] uirum clericum fieri non debere cp. viiii<sup>1</sup>*

Si cuius uxorem adulterium commisisse cum esset laicus fuerit comprobatum, hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quod si in clericatu iam constituto eo<sup>2</sup> adulterauerit<sup>3</sup>, dato repudio dimittere eam debet. Si uero<sup>4</sup> retinere eius consortium uelit,<sup>5</sup> non<sup>6</sup> potest suscepto ministerio perfrui.

*C. Neocaesarea c 8; H 264a; M 268; D 34 c 11*

<sup>1</sup> viiii CRSN; viii XWBZOGHQ; v L om. DP; ? K; clericum non - viiii om. A

<sup>2</sup> eo CLRXSWBPZOGHA; ea KNDQ

<sup>3</sup> -auerit CLRXSWKNPZOQA; -auit BH

<sup>4</sup> short erasure follows Z

<sup>5</sup> om. with lacuna A

<sup>6</sup> non CRWKDBZOHA; nunc N

## 5

*De presbiteris corporali peccato preoccupatis cp viiii<sup>1</sup>*

Qui admiserit corporale peccatum<sup>2</sup>, et hic postea presbiter<sup>3</sup> ordinatus est, si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccauerit, non quidem offerat<sup>4</sup>, maneat autem in aliis officiis propter eius studii utilitatem. Nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione priuari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste conuinci, huic ipsi<sup>5</sup> de se potestas est committenda.

*C. Neocaesarea c 9; H 264a-b; M 268; C 15 q 8 c 1a*

<sup>1</sup> cp viiii CSWKNBZOGH; cp. L; om. PA

<sup>2</sup> corr. fr. -ato Z

<sup>3</sup> post. pres. CRSWKNZOHA; pres. post. BP

<sup>4</sup> ss C

<sup>5</sup> i-ss C

## 6

*De dyaconibus corporali<sup>1</sup> peccato preoccupatis cp x<sup>2</sup>*

Similiter et dyaconus si<sup>3</sup> in eodem culpe genere fuerit inuolutus, sese a ministerio cohibebit.

*C. Neocaesarea c 10; H 264b; M 268; C 15 q 8 c 1b*

<sup>1</sup> -olali N

<sup>2</sup> cp. x CLSWKNZOGHQ; om. PA

<sup>3</sup> ss Z

## 7

*Presbiterum<sup>1</sup> minus xxx annorum minime ordinandum cp. xi<sup>2</sup>*

Presbiter ante xxx annorum etatem non ordinetur quamuis sit probabilis uite, sed obseruetur<sup>3</sup>, usque ad prefinitum tempus. Dominus enim xxx anno baptizatus est, et tunc predicauit.

*C. Neocaesarea c 11; H 264b; M 268; +D 78 c 4*

<sup>1</sup> obscure ss add. Z

<sup>2</sup> cp. xi CLSWKNZJGHQ; om. DPO; x A

<sup>3</sup> -etur CWKNBZOGH; -atur A

8<sup>1</sup>*De his qui in egritudine sunt baptizati<sup>2</sup> cap. xii<sup>3</sup>*

Si quis in egritudine constitutus<sup>4</sup> fuerit baptizatus<sup>5</sup>, presbiter ordinari non debet<sup>6</sup>.  
Non enim fides illius uoluntaria sed ex necessitate est, nisi forte postea ipsius studium  
et fides probabilis fuerit aut hominum raritas<sup>7</sup> cogat.

*C. Neocaesarea c 12; H 264b; M 268; ID 6.101; D 57 c 1*

<sup>1</sup> NB that Q has this canon (but not c 9) both here [Qb] and above after A2.2.9

<sup>2</sup> sunt bapt. ZOHA; bapt. sunt Qb

<sup>3</sup> cap. xii CLSWKNBZJOGQb; xxi H; om. DPQA

<sup>4</sup> add. Z<sup>2</sup> (mg.)

<sup>5</sup> presbiter ordinatus add. CRKND, om. C<sup>2</sup>LXSWK<sup>2</sup>BPZOHQA

<sup>6</sup> debet CWKNBZJOHQA; potest (uel debet ss) G

<sup>7</sup> raritas CRWKDBZOHA; caritas N

## 9

*De dyaconibus septem cp. xviii<sup>1</sup>*

Dyaconi septem<sup>2</sup> debent esse secundum regulam, quamuis non<sup>3</sup> magna<sup>4</sup> sit ciuitas.  
Regule tamen auctoritas ista est<sup>5</sup>, quod<sup>6</sup> et liber actuum apostolorum<sup>7</sup> insinuat. [78vb]

*C. Neocaesarea c 14; H 264b; M 268; +D 93 c 12*

<sup>1</sup> cp. xviii CRXSKN; xviii C<sup>2</sup>WBZ; xviii LGO; om. DPHQA

<sup>2</sup> -p- ss A

<sup>3</sup> non CRSWKBNP; om. ZOGHQA

<sup>4</sup> uel indigna add. Q

<sup>5</sup> ista est CRWKBNPZ( corr. fr. ita est)OA; est ista SQ; est ita H

<sup>6</sup> after corr. Z

<sup>7</sup> est add. and canc. H

**A2. IV DE CONCILIO GANGRENSI<sup>1</sup>**

- <sup>2</sup>i. De his qui nuptias dampnant
- ii. De his qui carnem manducantes dampnant
- iii. Non debere seruum occasione religionis dominum suum contempnere
- iiii. De oblatione presbiteri coniugati
- v. Orationes ecclesie non debere contempni
- vi. Non debere extra ecclesiam congregari
- vii. De fructibus in ecclesia et non alibi dandis
- viii. De his que in usus pauperum conferuntur
- viiii. Virginitati studentem non debere nuptias execrare<sup>3</sup>
- x. De his qui pro uirginitate superbiunt
- xi. Agapen fratrum<sup>4</sup> non debere contempni
- xii. De continentibus et usu palliorum
- xiii. Non debere mulierem continentie causa uirilem habitum usurpare
- xiiii. Non debere condempnantem nuptias a uiro discedere
- xv. Non debere continentie causa quenquam filios suos negligere<sup>5</sup>
- xvi. Vt filii occasione religionis parentes suos non despiciant
- xvii. Caput tondere mulieri non licere
- <sup>6</sup>xviii. Non debere die dominica ieiunare

<sup>1</sup> De - Gangr. CLXKDBP; Capitula de conc. Gr. S; om. RWN

<sup>2</sup> capitulatio in CLRXSWKNDBP; om. ZOGHQA

<sup>3</sup> execrare CLRWKDB; om. N

<sup>4</sup> fratrum XW?L?S?R<sup>2</sup>KND?B; fratrem CRP?

<sup>5</sup> -egere N

<sup>6</sup> cc. xviii/xix reversed B(not P)

- xviii. Non licere communia ieiunia soluere  
xx. Communicandum in basylicis martyrum

1

*Ex concilio Gangrensi post Nicenum. De his qui nuptias dampnant<sup>1</sup>*

Si quis nuptias in accusationem deduxerit, et mulierem fidelem ac religiosam cum uiro suo dormientem abhominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi, anathema sit.

*C. Gangres c 1; H 265b; M 270; +D 30 c 12*

<sup>1</sup> Ex - damnant CLRXSDBPZOHQ; Ex - Nicenum in upper mg. K, in mg. A, om. N; De - damnant in mg. A

2

*De his qui carnem manducantes dampnant<sup>1</sup>*

Si quis<sup>2</sup> carnem manducantem<sup>3</sup> ex fide cum religione<sup>4</sup> preter sanguinem et idolo immolatum et suffocatum crediderit condemnandum, tanquam spem non habentem quod eam manducat, anathema sit.

*C. Gangres c 2; H 265b; M 270; ID 4.30; +D 30 c 13*

<sup>1</sup> dampnant CLRXKNBPZOHA; condemnant S

<sup>2</sup> quis C

<sup>3</sup> corr. fr. -es O

<sup>4</sup> religione CWNDBZOGHA; regionem K

3

*Non debere seruum<sup>1</sup> occasione<sup>2</sup> religionis dominum suum<sup>3</sup> contempnere*

Si quis seruum<sup>4</sup> alienum occasione religionis doceat dominum suum debere contempnere, et eius [79ra] ministerium destituere ac non potius docuerit eum domino suo<sup>5</sup> bona fide et cum omni<sup>6</sup> honorificentia deseruire<sup>7</sup>, anathema sit.

*C. Gangres c 3; H 265b; M 270; +C 17 q 4 c 37*

<sup>1</sup> seruum CRKNBPZOHA; om. S

<sup>2</sup> occasione CSWKDBZOHQA; causa N

<sup>3</sup> suum CWKNPZOHQA; om. B

<sup>4</sup> after corr. Z

<sup>5</sup> dom. suo CSWKPNPQA; suo dom. BZO

<sup>6</sup> omni CWKNPZOHA; om. B?

<sup>7</sup> -ire CWKNBZOGHQ; -iret A

4

*De oblatione presbiteri coniugati*

Si quis discernit presbiterum coniugatum tanquam occasione<sup>1</sup> nuptiarum quod offerre non debeat<sup>2</sup>, et ab eius oblatione ideo abstinet, anathema sit.

*C. Gangres c 4; H 265b; M 270; D 28 c 15*

<sup>1</sup> -ione CSWKNBHQA; -ionem ZO

<sup>2</sup> bebeat C

5

*Orationes ecclesie non debere contempni<sup>1</sup>*

Si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere, et congregationes que in ea fiunt, anathema sit.

*C. Gangres c 5; H 265b; M 270; +D 30 c 10*

<sup>1</sup> corr. fr. -nere O

6

*Non debere extra ecclesiam congregari*

Si quis extra ecclesiam priuatam populos congregans contempnat ecclesiasticas sanctiones, ipsamque ecclesiam apud se sine consilio<sup>1</sup> episcopi cum presbitero agat, anathema sit.

*C. Gangres c 6; H 265b; M 270-1; +D 30 c 11*

---

<sup>1</sup> cons- CLR<sup>2</sup>XSKNZJOHQ; conc- RWBPA

7

*De fructibus in ecclesia<sup>1</sup> et non alibi dandis*

Si quis oblationes fructuum uel primitias ecclesie debitas uoluerit extra ecclesiam accipere aut dare preter conscientiam episcopi uel eius cui huiusmodi officia commissa sunt. et non magis cum<sup>2</sup> consilio eiusdem hec agenda putauerit, anathema sit<sup>3</sup>.

*C. Gangres c 7; H 265b; M 271*

---

<sup>1</sup> in eccl. CWKDBZOHA; ecclesie N

<sup>2</sup> cum CWKDBZOHA; om. N

<sup>3</sup> an. sit. ss Z

8

*De his que<sup>1</sup> in<sup>2</sup> usus pauperum conferuntur*

Si quis dederit uel<sup>3</sup> acceperit fructuum oblationes preter episcopum uel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam<sup>4</sup> misericordiam pauperibus et qui dat et qui accipit anathema sit<sup>5</sup>.

*C. Gangres c 8; H 265b; M 271*

---

<sup>1</sup> qui P

<sup>2</sup> ss B

<sup>3</sup> uel CWNDBZOGHA; om. K

<sup>4</sup> -dam CSWKNBZOHA; -dum D

<sup>5</sup> sit CRWNDBPOQA; s. K; sunt Z; sint H

9

*Virginitati studentem non debere nuptias execrare<sup>1</sup>*

Si quis uel<sup>2</sup> uirginitatem uel continentiam professus tanquam abhominabiles nuptias iudicat, et non propter solum<sup>3</sup> hoc quod<sup>4</sup> continentie<sup>5</sup> et<sup>6</sup> uirginitatis bonum sanctum propositum sit, anathema sit.

*C. Gangres c 9; H 265b; M 271; +D 30 c 5*

---

<sup>1</sup> execrare CWKDBPZOHA; om. N; exercere Q

<sup>2</sup> uel LRSWKNBPZOGHA; om. C

<sup>3</sup> sol. propt. marked for reversal O

<sup>4</sup> ss K

<sup>5</sup> -tie CWKNBP; -tia ZOHQ; -tiam A

<sup>6</sup> et CWKDBZOHA; om. N

10

*De his qui pro uirginitate superbiunt<sup>1</sup>*

Si quis propter Deum uirginitatem professus in coniugio positos per arrogantiam uituperauerit, anathema sit.

*C. Gangres c 10; H 265b; M 271; ID 8.316; +D 30 c 4*

---

<sup>1</sup> -r- ss C

11

*Agapen<sup>1</sup> fratrum<sup>2</sup> non debere contempni*

Si quis contempnendos duxerit agapen<sup>3</sup> facientes, et propter honorem Domini fratres [79rb] pauperes conuocantes et noluerit communicare uocationibus eorum tanquam nichili quod fit ducens<sup>4</sup>, anathema sit.

*C. Gangres c 11; H 265b; M 271*

---

<sup>1</sup> -em O; -g- ss Z

<sup>2</sup> -rum RXSWNBZ; -rem CLDP; *uncertain* KOHQA

<sup>3</sup> -em O

<sup>4</sup> duc- CSWKND<sup>2</sup>PZHQA; dic- DO

12

*De continentibus et usu palliorum*

Si quis uirorum<sup>1</sup> putauerit sancto proposito id est continentie conuenire ut pallio utatur, tanquam ex eo iustitiam habiturus et reprehendat uel iudicet alios<sup>2</sup> qui cum reuerentia byrris utuntur<sup>3</sup>, et alia ueste communi que in usu est, anathema sit.

*C. Gangres c 12; H 265-6; M 271; +D 30 c 15*

---

<sup>1</sup> uirorum CWKNPZOHA; *om.* B

<sup>2</sup> ss C

<sup>3</sup> -untur CRWKDBZOHA; -antur N

13

*Non debere mulierem continentie causa<sup>1</sup> uirilem habitum usurpare*

Si qua mulier suo proposito<sup>2</sup> utile iudicans ut uirili ueste utatur ad hoc ut uiri habitum imitetur, anathema sit.

*C. Gangres c 13; H 266a; M 271; +D 30 c 6*

---

<sup>1</sup> cont. causa CSWKBPZOHQA; causa cont. ND

<sup>2</sup> suo prop. CSWKDBZOHA; derelicto uiro (*and lacuna*) N

14

*Non debere condempnantem nuptias a uiro discedere*

Si qua mulier derelicto uiro discedere<sup>1</sup> uoluerit, soluto uinculo coniugali nuptias condempnando, anathema sit.

*C. Gangres c 14; H 266a; M 271; ID 8.317; +D 30 c 3*

---

<sup>1</sup> -de- ss K

15

*Non debere continentie causa quemquam<sup>1</sup> filios suos<sup>2</sup> negligere<sup>3</sup>*

Si quis dereliquerit proprios filios et non eos aluerit, et quod pietatis est necessaria<sup>4</sup> non prebuerit, sed sub occasione continentie negligendos putauerit, anathema sit.

*C. Gangres c 15; H 266a; M 271; ID 8.318; +D 30 c 14*

---

<sup>1</sup> cont. causa quemquam (quemquam ss C) CRWKN; quemquam cont. causa ZOGHA

<sup>2</sup> suos CWNDBZOGHA; filios (*repeated*) K

<sup>3</sup> P p 148 in mid-leaf has here only N, and there are no more rubrics until quire xi at 2.14.4 below.

<sup>4</sup> -aria CWKDBZOHA; -arium N

## 16

*Vt<sup>1</sup> filii occasione religionis parentes suos<sup>2</sup> non<sup>3</sup> despiciant*

Si qui filii parentes maxime fideles deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum esse iudicantes, et non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum in eis uenerentur<sup>4</sup> quod fideles sunt anathema sit<sup>5</sup>.

*C. Gangres c 16; H 266a; M 271; ID 8.319; +D 30 c 1*

<sup>1</sup> Vt CRSWKNB; Ne ZOGHA

<sup>2</sup> suos CSWKNZOHA; om. B

<sup>3</sup> non CRSWKNB; om. ZOGHA

<sup>4</sup> -entur CRWKDBZOHA; -etur N

<sup>5</sup> sit CRXKNZOQA; sint LSWBPH

## 17

*Caput tondere mulieri<sup>1</sup> non licere<sup>2</sup>*

Quecumque mulier religioni iudicans conuenire comam sibi amputauerit, quam Deus ad<sup>3</sup> uelamen eius et<sup>4</sup> ad memoriam subiectionis illi dedit, tanquam resoluens ius subiectionis anathema sit.

*C. Gangres c 17; H 266a; M 271-2; ID 8.320; +D 30 c 2*

<sup>1</sup> tondere mul. CWKNBZH(*corr. fr.* -eris)QA; mul. condere O

<sup>2</sup> licere CSKNBJOHQA; licet Z

<sup>3</sup> ss O

<sup>4</sup> ss O

## 18

*Non debere die dominica ieiunare*

Si quis tanquam hoc continentie conuenire iudicans die dominico ieiunauerit [79va] in eiusdem diei contemptum, anathema sit.

*C. Gangres c 18; H 266a; M 272; +D 30 c 7*

## 19

*Non licere communia ieiunia soluere*

Si quis eorum qui in proposito sunt continentie preter necessitatem corporalem superbiat et ieiunia<sup>1</sup> communia<sup>2</sup> totius ecclesie putauerit contempnenda perfectam in sua scientia<sup>3</sup> iudicans rationem, anathema sit<sup>4</sup>.

*C. Gangres c 19; H 266a; M 272; +D 30 c 8*

<sup>1</sup> ie- ss A

<sup>2</sup> communia CRWKNPZOHA; om. B

<sup>3</sup> scientia CRWKDBPOHA; conscientia NZ

<sup>4</sup> anathema sit CWNDBZOGHA; om. K

## 20

*Communicandum in basylicis<sup>1</sup> martyrum*

Si quis per<sup>2</sup> superbiam tanquam<sup>3</sup> perfectum se existimans conuentus qui per loca et basylicas sanctorum martyrum fiunt<sup>4</sup> uel accusauerit uel etiam oblationes que ibidem celebrantur spernendas<sup>5</sup> esse crediderit, memoriasque<sup>6</sup> sanctorum contempnendas<sup>7</sup>,

<sup>1</sup> balicis O

<sup>2</sup> ss H

<sup>3</sup> ss S

<sup>4</sup> fiunt CWKDBZOHA; fugerit N

<sup>5</sup> after corr. O

<sup>6</sup> -mo- ss C; -i- ss O

<sup>7</sup> contempnendas CL<sup>2</sup>SKND<sup>2</sup>G; continendas R<sup>2</sup>XWBPZOHA; continendat R; contempnas D; ? L

anathema sit. <sup>8</sup>Hec autem scripsimus, non abscedentes eos qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum <sup>9</sup>propositum continentie eligunt, sed eos qui suscipiunt habitum eius et in superbiam efferuntur aduersus eos qui simplicius uiuunt. Sed et hos condempnamus <sup>10</sup>qui se <sup>11</sup>extollunt aduersus scripturas et ecclesiasticos canones et noua introducunt precepta. Nos autem et <sup>12</sup>uirginitatem cum humilitate admiramur et continentiam cum castitate et religionem Deo acceptissimam dicimus, et renuntiationem secularium negociorum atque actuum cum humilitate approbando <sup>13</sup>laudamus, et nuptiarum uinculum quod secundum castitatem secum perdurat honoramus, et diuites cum iusticia et operibus bonis non abicimus, et parsimoniam <sup>14</sup>cum ueste humili non reprobamus, sicut etiam ornatum preter corporis diligentiam infucatum laudamus. Dissolutos autem et fractos in uestibus incessu non recipimus, et domos Dei honoramus et conuentus qui in his fiunt tanquam sanctos et utiles recipimus, pietatem in priuatis domibus non concludentes <sup>15</sup>, et omnem locum in nomine Dei edificatum honoramus et congregationem in ecclesia factam ad utilitatem [79vb] communem recipimus, et bona opera <sup>16</sup>que supra uires in fratres pauperes exercentur secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus, et omnia que conueniunt traditionibus apostolicis et sanctarum scripturarum preceptis in ecclesia fieri exoptamus <sup>17</sup>.

*C. Gangres c 20; H 266a-b c 20 and epilogue; M 272 cc 20-21; ID 8.321 from Hec autem; +D 30 cc 9, 16 to non abicimus, +D 41 c 5 (Parsimoniam to end)*

<sup>8</sup> A new section begins in XWKBPZOHQ; RS have para. mark; W has heading: De concilio Sardicense

<sup>9</sup> sanctum LR<sup>2</sup>SK<sup>2</sup>WBPZOHQA; secundum RXKND; ? C

<sup>10</sup> -amus CKDWBZOHA; -antes N

<sup>11</sup> se CLSWBPZOGHA; sic RXKND; sic se D<sup>2</sup>

<sup>12</sup> ss C

<sup>13</sup> -ando CRSWKNBP; -anda ZOGHA

<sup>14</sup> -r- ss O

<sup>15</sup> concludentes C<sup>2</sup>LD<sup>2</sup>WBPZOGHA; cludentes CRSKND; claudentes X

<sup>16</sup> opera CKNBPJOHQA; om. Z

<sup>17</sup> exop. fieri later reversed K

## A2. V <sup>1</sup>DE CONCILIO SARDICENSE

- i. Episcopum non debere ad aliam ciuitatem transferri
- ii. Episcopum de prouincia ad prouinciam non transire nisi fuerit uocatus<sup>2</sup>
- iii. De duobus episcopis unius prouincie inter se contententibus
- iiii. De episcopo iudicato
- v. De episcopis a synodo depositis
- vi. De episcopis accusatis
- vii. Vt episcopi passim ad comitatum non pergant
- viii. Vt non ex laico quolibet episcopus ordinetur
- viiii. De clericorum excommunicatione
- x. Licere<sup>3</sup> clericis si iniuste fuerint excommunicati uicinum adire episcopum
- xi. Non licere episcopum alterius clericum in sua ecclesia ordinare
- xii. De quibus<sup>4</sup> supra

<sup>1</sup> title and capitulatio in CLRXSWKNDBP; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> nisi fuerit uoc. CXSKNDP; om. W; nisi uoc. fuerit L; nisi B

<sup>3</sup> Lic- CLRWKDB; Dic- N

<sup>4</sup> ut add. K, om. CLRWNDB



## xiii. De colligendis uim passis

*De concilio Sardicense trecentorum episcoporum*<sup>1</sup>

Anno sexto Constantini imperatoris, Leontio et Salustio consulibus, aera ccclxxi Sardicensis synodus congregata est, ubi omnes per Orientem<sup>2</sup> Arriani<sup>3</sup> episcopi condempnati sunt, qui conuenti ad concilium occurrere reatus conscientia noluerunt. In quo concilio inter cetera he<sup>4</sup> regule pro disciplina ecclesiastica institute<sup>5</sup> sunt.  
*H 266-7 proem; M 273*

<sup>1</sup> De - episcoporum (episcopis corporum W) CLSWNZOHA; *om.* K; Tresc. epp. De conc. Sard. B

<sup>2</sup> Orientem CKNBJOHA; orientalem Z

<sup>3</sup> Arriani CWKNBZOGH; Adriani A

<sup>4</sup> he C(*after lacuna*)LR<sup>2</sup>SWNBZOGHA; extra he RXKD; hec P; etiam he D<sup>2</sup>

<sup>5</sup> institute CWKNBZOGH; constitute A

## 1

*Episcopum*<sup>1</sup> *non debere ad aliam ciuitatem transferr*<sup>2</sup> *cp. i*

Osius<sup>3</sup> episcopus dixit: Non minus mala consuetudo quam perniosa corruptela funditus eradicanda est. Nec cui liceat episcopo de ciuitate sua ad aliam ciuitatem transire. Manifesta est enim causa qua<sup>4</sup> hoc facere temptant. Cum nullus in hac re inuentus sit<sup>5</sup> episcopus qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vnde apparet auaritie eos ardore<sup>6</sup> inflammari, et ambitioni seruire et ut dominationem exercent. Si ergo omnibus placet ut huiusmodi [80ra]perniciis austerius uindicetur, nec laicam communionem habeat qui talis est. Vniuersi dixerunt, Placet etiam si talis aliquis extiterit temerarius, ut forsitan excusationem afferat quod populi litteras acceperit, cum manifestum sit premio et mercede paucos qui sinceram fidem non<sup>7</sup> habent<sup>8</sup> potuisse corrumpi, ut clamarent in ecclesia, et ipsum petere uiderentur episcopum, omnino has fraudes remouendas esse dampno, ita ut nec laicam in fine communionem talis accipiat. Quod si uobis omnibus placet, statuite. Vniuersi<sup>9</sup> dixerunt, Placet.  
*C. Sardica c 1; H 267a; M 273*

<sup>1</sup> *om.* A

<sup>2</sup> transferri CLWKDBZOA; transire N; transferre H

<sup>3</sup> Asius N

<sup>4</sup> est *add. and canc.* O

<sup>5</sup> inu. sit CRSWPZOGHA; sit inu. KND; inuentus B

<sup>6</sup> *ss* O

<sup>7</sup> *ss before* habent N

<sup>8</sup> -ent CWKNBZOA; -eant HQ

<sup>9</sup> *after corr.* H

## 2

*Episcopum de prouincia ad*<sup>1</sup> *prouinciam non transire, nisi*<sup>2</sup>  *fuerit uocatus*<sup>3</sup>. *cp. ii*<sup>4</sup>

Osius<sup>5</sup> episcopus dixit, Illud quoque statutum<sup>6</sup> sit, ut episcopus de sua prouincia ad aliam prouinciam in qua sunt episcopi non transeat nisi forte ex fratribus suis inuitatus ne<sup>7</sup> uideamur ianuam caritatis claudere.

*C. Sardica c 2; H 267a; M 273*

<sup>1</sup> *corr. fr.* in A

<sup>2</sup> nisi CWKDBZOA; non G

<sup>3</sup> fuerit uoc. CRXSKDBZOA; aduocatus fuerit LW

<sup>4</sup> nisi fuerit uoc. *om.* N; cp. ii CLRWZOGHA; cap. iii N; *om.* KDB

<sup>5</sup> Asius N

<sup>6</sup> *corr. fr.* statum H

<sup>7</sup> ne LR<sup>2</sup>SWKNDWBPZOGHA; ut CRX

## 3

*De duobus episcopis<sup>1</sup> unius prouincie inter se contententibus cp. iii<sup>2</sup>*

Osius<sup>3</sup> episcopus dixit, Prouidendum est etiam ut si in aliqua prouincia forte aliquis episcopus contra fratrem suum episcopum litem habuerit, ne unus e duobus ex alia<sup>4</sup> prouincia aduocet episcopos ad iudicium.

*C. Sardica c 3; H 267a; M 273*

---

<sup>1</sup> ss Z

<sup>2</sup> cp. iii om. D

<sup>3</sup> Asius N

<sup>4</sup> ss A

## 4

*De episcopo iudicato cap. iiii<sup>1</sup>*

Osius<sup>2</sup> episcopus dixit, Quod si aliquis episcopus adiudicatus fuerit in aliqua causa, et putat se bonam causam<sup>3</sup> habere ut iterum iudicium renouetur si uobis placet, sancti Petri apostoli<sup>4</sup> memoriam honoremus ut scribatur uel ab his qui examinerunt, uel etiam ab aliis episcopis qui in prouincia proxima morantur Romano episcopo. Et si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, et det iudices<sup>5</sup>. Si autem probauerit talem causam ut ea non refricentur que acta sunt, que decreuerit Romanus episcopus confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuatur. Synodus respondit. Placet.

*C. Sardica c 4; H 267a; M 273-4; C 6 q 4 c 7a (7b was added later)*

---

<sup>1</sup> cap. iiii CSWKNBZOHQ<sup>2</sup>A; om. DGQ

<sup>2</sup> Asius N

<sup>3</sup> causam CWKDBZOHA; famam N

<sup>4</sup> ss C

<sup>5</sup> corr. fr. -et O

## 5

*De episcopis a synodo depositis cp. v<sup>1</sup>*

Gaudentius episcopus dixit, Addendum [80rb] est<sup>2</sup> si placet huic<sup>3</sup> sententie quam plena sanctitate protulistis, ut cum aliquis episcopus depositus fuerit, eorum<sup>4</sup> episcoporum iudicio qui in uicinis commorantur locis, et proclamauerit agendum sibi negocium in urbe Roma, alter episcopus in eadem cathedra post appellationem eius qui uidetur esse depositus omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Romani episcopi determinata.

*C. Sardica c 5; H 267a; M 274; D 65 c 9 is widely var.*

---

<sup>1</sup> cp. v CLRSWKNZOHA; om. BG

<sup>2</sup> est CLRSWBPZOGH; om. KNDA

<sup>3</sup> huic CLRSWKNPZOHA; hic B

<sup>4</sup> ss B

## 6

*De episcopis accusatis cap. vii<sup>1</sup>*

Osius<sup>2</sup> episcopus dixit, Et hoc placuit ut si episcopus accusatus fuerit et omnes iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius et de gradu suo deiecerint eum, si appellauerit qui deiectus uidetur, et confugerit ad beatissimum Romane ecclesie episcopum et uoluerit se audiri si iustum putauerit ut renouetur examen, scribere episcopis dignetur Romanus episcopus his qui in finitima et propinqua altera

---

<sup>1</sup> cap. vii CRSWKNDZOHQ; vi ( Sardicense in mg. ) A; om. G

<sup>2</sup> Asius N

prouincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant ut iuxta<sup>3</sup> fidem ueritatis diffiniant<sup>4</sup>. Quod si is<sup>5</sup> qui rogat causam suam iterum audiri deprecatione sua monuerit episcopum Romanum<sup>6</sup> ut de latere suo presbiteros mittat, erit in potestate ipsius quid<sup>7</sup> uelit et quid<sup>8</sup> estimet. Et si decreuerit mittendos esse qui presentes<sup>9</sup> cum<sup>10</sup> episcopis iudicent ut habeant etiam auctoritatem persone illius a quo destinati sunt, erit in eius arbitrio. Si uero crediderit sufficere episcopos<sup>11</sup> prouinciales ut negocio terminum imponant, faciet quod sapientissimo consilio suo iudicauerit<sup>12</sup>.

*C. Sardica c 7; H 267b; M 274-5; ID 5.27; + C 2 q 6 c 36*

<sup>3</sup> iuxta CWKNBZOGH; iusta A

<sup>4</sup> diff- CRXSWKNB; def- PZOHA

<sup>5</sup> is CRXSWKNBPZOQA; his LH

<sup>6</sup> ep. Rom. CLRXSWPZOGHA; Rom. ep. KNDB

<sup>7</sup> corr. fr. qui O

<sup>8</sup> corr. fr. qui O

<sup>9</sup> esse add. and canc. Z

<sup>10</sup> decreuerit mittendos – cum C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>KNBZOHA; om. CRX

<sup>11</sup> -opos CKNBJOHQA; -opo Z

<sup>12</sup> -erit CWNDBZOGHA; -erint K

## 7

### *Vt episcopi passim ad comitatum non pergant cp. viii<sup>1</sup>*

Si uobis fratres karissimi placet, decernite ne episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hii qui religiosissimi<sup>2</sup> imperatoris litteris uel inuitati fuerint uel uocati. Sed quoniam sepe contingit ut ad misericordiam ecclesie confugiant qui iniuriam patiuntur, et qui peccantes in exilium uel insulas dampnantur, aut certe [80va] quamcumque sententiam suscipiunt, ideoque subueniendum<sup>3</sup> his et sine dubitatione eis petenda per ecclesiam indulgentia. Si uero hoc uobis placet<sup>4</sup>, statuatur. Vniuersi dixerunt, Placet et constituatur<sup>5</sup>.

*C. Sardica c 8b; H 267-8; M 275; +C 23 q 8 c 28 to indulgentia*

<sup>1</sup> cap. viii CSWKNZOHA; vii BA; om. G

<sup>2</sup> corr. fr. -ime A

<sup>3</sup> est add. ZOHA (om. CWKNBP)

<sup>4</sup> uobis placet CWKNBZOHA; placet uobis G

<sup>5</sup> constit- RXSKNDBPZOGHA; stat- CLW

## 8

### *Vt non<sup>1</sup> ex laico quolibet<sup>2</sup> episcopus<sup>3</sup> ordinetur cap. xiii<sup>4</sup>*

Osius<sup>5</sup> episcopus dixit, Necessarium arbitror ut diligentissime tractetis si forte aut duces<sup>6</sup> aut scolasticus de foro aut ex ministratore<sup>7</sup> episcopus fuerit postulatus<sup>8</sup> non prius ordinetur nisi ante et lectoris munere et officio dyaconi et presbiteri fuerit perfunctus<sup>9</sup>. Et ita per singulos si dignus fuerit ascendat ad culmen<sup>10</sup> episcopatus. Potest enim per has promotiones que habent utique prolixum tempus probari qua fide sit quae modestia et grauitate et uerecundia. Et si dignus fuerit probatus diuino sacerdotio illustretur. Nam<sup>11</sup> nec<sup>12</sup> conueniens est nec ratio nec disciplina patitur<sup>13</sup> ut

<sup>1</sup> non CSWKNBG; ne ZOHQA

<sup>2</sup> quil- D

<sup>3</sup> Christus O

<sup>4</sup> cap. xiii CLRXWKNZJOH (LW before Vt); om. BG; xii Q; viii A

<sup>5</sup> Asius N

<sup>6</sup> duces LRXSWKNBPZOGHA; diues C

<sup>7</sup> ministratore CRXSKND; administratore C<sup>2</sup>LWBZOGHA; <ad>ministratione P

<sup>8</sup> et add. and canc. O

<sup>9</sup> perf- CRXSWKNBPZJOA; def- B?; prof- HQ

<sup>10</sup> asc. ad cul. CRXWDBPZOGHA; ad cul. asc. KN

<sup>11</sup> Nam CWKNBZOQA; Non H

temere ac leuiter ordinetur aut<sup>14</sup> episcopus aut presbiter aut dyaconus, qui neophitus est maxime cum beatissimus apostolus magister gentium ne hoc fieret denuntiasse et prohibuisse uideatur. Sed hii quorum per longum tempus examinata sit uita et merita comprobata. Vniuersi dixerunt placere sibi hec.

*C. Sardica c 13; H 268b; M 276; cf. D 61 c 10a to culmen episcopatus*

<sup>12</sup> nec CWKNBZHQA; ne O

<sup>13</sup> pat. disc. (*later reversed*) K

<sup>14</sup> aut RSWKDBPZ<sup>2</sup>OHA; autem C?; om. NZ

## 9

### *De clericorum excommunicatione cp. xvi<sup>1</sup>*

Osius<sup>2</sup> episcopus dixit. Si hoc quoque<sup>3</sup> omnibus placet ut siue dyaconus siue presbiter siue quis clericorum ab episcopo communionem fuerit priuatus et ad alterum<sup>4</sup> perrexit episcopum et scierit ille ad quem confugerit eum ab episcopo suo fuisse abiectum<sup>5</sup>, non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se conuocatis episcopis causas esse dicturum. Vniuersi dixerunt, Hoc statutum et pacem seruabit et concordiam custodiet.

*C. Sardica c 16; H 269a; M 277; ID 6.357, 14.25 (siue diaconus - dicturum); IP 5.100 as ID 14.25*

<sup>1</sup> cp. xvi CSKNBZOHA; om. G

<sup>2</sup> Asius N

<sup>3</sup> quoque CSKNBPZ<sup>2</sup>JOGH; quocumque Z; quo A

<sup>4</sup> ad alterum CLR<sup>2</sup>XSWKNBPZOGH; alterum R; adulterum A

<sup>5</sup> abiectum CKNBZOGH; subiectum A

## 10

*Licere [80vb] clericis si iniuste fuerint excommunicati<sup>1</sup> uicinum adire episcopum cap. xvii<sup>2</sup>*

Osius<sup>3</sup> episcopus dixit. Quod me adhuc mouet reticere<sup>4</sup> non debeo. Si episcopus quis forte iracundus quod esse non debet cito aut aspere commoueat aduersus presbiterum aut dyaconum suum et exterminare eum de<sup>5</sup> ecclesia uoluerit. prouidendum est ne innocens dampnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem qui deiectus<sup>6</sup> est ut finitimos episcopos interpellet, et causa eius audiatur et diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti. et ille episcopus qui aut iuste aut iniuste abiecit eum patienter accipiat ut negotium discutiatur, ut uel probetur sententia eius a plurimis uel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter et fideliter fuerint examinata. eum qui fuerit<sup>7</sup> communionem separatus nullus alius debet presumere ut recipiat et communionem societ. Qui autem conuenerint<sup>8</sup> ad audiendum, si clericorum esse fastigium uiderint et superbiam, non decet ut<sup>9</sup> episcopus aut iniuriam aut contumeliam<sup>10</sup> patiat, austerioribus eos uerbis castiget ut obediant honesta precipienti episcopo. Quia sicut ille sincerum amorem debet clericis exhibere caritatis, ita quoque uicissim ministri infucata debent episcopo suo obsequia exhibere.

<sup>1</sup> fuerint exc. CKDBZOHA; exc. fuerint N

<sup>2</sup> episcopum cap. xvii CSKNZOHQ; om. D; in mg. A; episcopum BG

<sup>3</sup> Asius N

<sup>4</sup> -icere CKNBZOGH; -inere A

<sup>5</sup> eum de CLRWPZOHA; eum ab KND; de B

<sup>6</sup> d- ss A

<sup>7</sup> a add. KND, om. CRSWBPZOHA

<sup>8</sup> -erint CRKDBZOHA; -erat N

<sup>9</sup> eut A

<sup>10</sup> in. aut cont. CKDBZOHA; cont. aut in. N

*C. Sardica c 17; H 269a-b; M 277-8; ID 14.15 (Si episcopus quis - societ); IP 5.127; C 11 q 3 c 4 as IP*

## 11

<sup>1</sup>*Non licere episcopum alterius clericum in sua ecclesia ordinare cap. xviii<sup>2</sup>*

Ianuarius episcopus dixit, Illud quoque sanctitas uestra statuat ut nulli episcopo liceat alterius ciuitatis ecclesiasticum sollicitare et<sup>3</sup> in sua<sup>4</sup> dyocesi ordinare clericum, quia ex his contentionibus<sup>5</sup> solent nasci discordie. Et ideo prohibeat omnium sententia ne quis hoc<sup>6</sup> facere audeat.

*C. Sardica c 18; H 269b; M 278; D 71 c 1a*

<sup>1</sup> Ex concilio Antiocheno *add.* A

<sup>2</sup> cap. xviii CRSWKNZOHA; *om.* G; ? B

<sup>3</sup> et CLRSWKNPZOHA; *om.* B

<sup>4</sup> et in sua *ss* O

<sup>5</sup> content- LRSWKNBPZH; contempt- JOQ<sup>2</sup>A<sup>2</sup>; contempnationibus Q; contemtationibus A; ? C

<sup>6</sup> *ss* Z

## 12<sup>1</sup>

*De quibus supra cp. xviii<sup>2</sup>*

Osius<sup>3</sup> episcopus dixit, Ex hoc [81ra] uniuersi constituimus<sup>4</sup>, ut quicumque ex alia parrochia uoluerit alienum ministrum sine consensu episcopi<sup>5</sup> ipsius et sine uoluntate ordinare non sit rata ordinatio eius<sup>6</sup>. Quicumque autem hoc usurpauerit a<sup>7</sup> fratribus et coepiscopis nostris et<sup>8</sup> ammoneri debet et corrigi.

*C. Sardica c 19; H 269b; M 278; D 71 c 1b to rata ordinatio eius*

<sup>1</sup> *om.* P

<sup>2</sup> cp. xviii CLRSW?KNZOQA; *om.* B?GH

<sup>3</sup> Asius N

<sup>4</sup> *corr. fr.* -iuimus O

<sup>5</sup> et *add. and canc.* O

<sup>6</sup> rata ord. eius CWKNBZJOG; ord. eius rata HQA

<sup>7</sup> a CRWBZOHA; et KN; et a D

<sup>8</sup> *ss* O

## 13

*De colligendis uim passis cap. xxi<sup>1</sup>*

Osius<sup>2</sup> episcopus dixit, Suggestente<sup>3</sup> fratre et coepiscopo nostro Olimphio hoc etiam placuit, ut si aliquis uim perpessus est et inique pulsatus, pro disciplina uel<sup>4</sup> catholica defensione uel confessione ueritatis, fugiens pericula innocens et deuolutus ad aliam uenerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quamdiu aut redire potuerit, aut iniuria eius remedium acceperit. Durum est enim qui persecutiones<sup>5</sup> patitur non recipi, etiam et<sup>6</sup> larga beniuolentia et humanitas est ei<sup>7</sup> exhibenda.

*C. Sardica c 21; H 269b; M 278*

<sup>1</sup> cap. xxi LRSWKNZOHA; *om.* G; ? CB

<sup>2</sup> Asius N

<sup>3</sup> Suggestente CRSWKNPZOHA; Si ingerente B

<sup>4</sup> uel CLRSWBPZOGHA; et KND

<sup>5</sup> -iones C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>X<sup>2</sup>NDWBPZOGHA; -ionis CRXSK

<sup>6</sup> et CWKNBZHA; non O

<sup>7</sup> est ei CRND(est *ss* )BZOGHA; ei est K

## A2. VI <sup>1</sup>DE CONCILIO ANTIOCHENO

<sup>1</sup> *title and capitulatio in CLRXSWKNDBP; om.* ZOGHQA

- i. Non debere clericum ad aliam ecclesiam migrantem ibi perseuerare
- ii. Non licere episcopo uel cuicumque clerico si exauctoratus fuerit ministrare
- iii. Non licere clericis contempto episcopo<sup>2</sup> semote colligere
- iiii. De excommunicatis
- v. Nullum peregrinum absque epistola suscipi debere
- vi. De metropolitanis episcopis<sup>3</sup>
- vii. De episcopis uel clericis depositis
- viii. Non licere episcopis in<sup>4</sup> aliena<sup>5</sup> prouincia clericos ordinare.
- viiii. De episcopis accusatis
- x. De quibus supra
- xi. De episcopis uacantibus
- xii. De quibus supra
- xiii. Non licere sine consilio metropolitani episcopi episcopum ordinare
- xiiii. Vt bis in anno synodus celebretur
- xv. Episcopum de diocesi ad diocesim non debere transire<sup>6</sup>
- xvi. Episcopum non debere in alienam irruere ciuitatem
- xvii. Episcopum non licere sucessorem sibi constituere
- xviii. De<sup>7</sup> rebus ecclesiasticis et episcopalibus

<sup>2</sup> cont. ep. CLRSWB; ep. cont. KND; cont. P

<sup>3</sup> episcopis CRXSWKDBP; om. LN

<sup>4</sup> in CLSWKNDBP; om. R

<sup>5</sup> aliena CLRSWNDB; alia K

<sup>6</sup> transire CLRWKDB; om. N

<sup>7</sup> Ee N

## 1

*Ex concilio Antiocheno<sup>1</sup>. Non debere<sup>2</sup> [81rb] clericum ad aliam ecclesiam migrantem ibi perseuerare cp iii<sup>3</sup>*

Si quis presbiter uel dyaconus uel<sup>4</sup> quilibet clericus deserta sua ecclesia ad aliam transeundum esse crediderit, et ibi paulatim temptet quo migravit perpetuo<sup>5</sup> permanere, ulterius ministrare<sup>6</sup> non debet, presertim si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod si et<sup>7</sup> post euocationem sui episcopi non obedierit, sed inobediens perseuerauerit, omnimodis ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem restitutionis habere. Si uero propter hanc culpam depositum alius<sup>8</sup> episcopus susceperit et ipse a communi synodo penam merebitur increpationis, tanquam ecclesiastica iura dissoluens<sup>9</sup>.

*C. Antioch c 3; H 270b; M 280; +C 7 q 1 c 24*

<sup>1</sup> Ex conc. Ant. LRSWNDBZO; after perseuerare HQA; ? C

<sup>2</sup> licere W

<sup>3</sup> iii LRWBZOGHQA; i K; ii SND; ? C

<sup>4</sup> uel CKNBZOGH; om. A

<sup>5</sup> -tuo ss Z

<sup>6</sup> ss L<sup>2</sup>

<sup>7</sup> ss Z

<sup>8</sup> alius CNDBZOGHA; alicuius K

<sup>9</sup> ecclesiastica (corr. fr. ecclesia C) iura diss. CLR<sup>2</sup>SKNBZOHA; ecclesia uim dissoluens RX

## 2

*Non licere episcopo uel cuicumque clerico si exauctoratus<sup>1</sup> fuerit ministrare<sup>2</sup>*

Si quis episcopus a synodo fuerit depositus uel presbiter uel dyaconus a proprio episcopo condempnatus<sup>3</sup> et presumpserit sacerdotii seu sacri ministerii quipiam, non ei amplius liceat neque in alia synodo spem restitutionis habere, neque assertionis alicuius locum. Sed et communicantes ei<sup>4</sup> abici omnes<sup>5</sup> ab ecclesia et maxime si postquam cognouerunt sententiam aduersus eum fuisse prolatam et<sup>6</sup> contumaciter communicauerunt.

*C. Antioch c 4; H 270b; M 280-1; ID 5.362*

<sup>1</sup> -rizatus A

<sup>2</sup> iiii *add.* WZOGHQ, *om.* CLRXSKNBA

<sup>3</sup> *after corr.* Z

<sup>4</sup> *ss* B

<sup>5</sup> abici omnes CLRSWBPZOGHA; abicimus KND

<sup>6</sup> *ss* O

## 3

*Non licere clericis contempto episcopo<sup>1</sup> semote colligere cp. v<sup>2</sup>*

Si quis presbiter aut dyaconus contempto episcopo seipsum ab ecclesia segregauerit et priuatim apud se collectis populis altare erigere<sup>3</sup> ausus fuerit, et nichilominus episcopo suo exhortante et semel et iterum reuocante inobediens extiterit hunc modis omnibus deponendum nec aliquando consequi curationem aut proprium honorem recipere speret<sup>4</sup> Quod si etiam<sup>5</sup> tunc<sup>6</sup> perseuerauerit perturbans cunctam [81va] ecclesiam que foris est tanquam seditiosum<sup>7</sup> corripit oportet.

*C. Antioch c 5; H 270b-1a; M 281; ID 3.103*

<sup>1</sup> cont. ep. CLRSWBZOGHA; ep. cont. KND

<sup>2</sup> cp. v CLRSWKNZOHA; *om.* BG

<sup>3</sup> -ere CRWKNPZOHA; -eri B

<sup>4</sup> rec. [*lacuna* C] speret C (*corr. to -at*)LRSWBPZOGHA; reciperet KN; recipere D

<sup>5</sup> *ss* B

<sup>6</sup> tunc CLRSWKNBP; *om.* ZJOHQA

<sup>7</sup> que foris – sedit. *in mg.* B<sup>2</sup>

## 4

*De excommunicatis<sup>1</sup> cp. vi<sup>2</sup>*

Si quis a proprio episcopo excommunicatus est non eum prius ab aliis debere suscipi nisi aut a suo fuerit receptus episcopo aut concilio facto episcopis occurrat et respondeat. Et si synodo satisfecerit, et statuerit sub alia eum sententia recipi. Quod etiam circa laicos et presbiteros et diaconos<sup>3</sup> et omnes qui in clero sunt conuenit obseruari.

*C. Antioch c 6; H 271a; M 281; +C 11 q 3 c 2*

<sup>1</sup> De exc. CKNBZOGH; Excommunicatione A

<sup>2</sup> cp. vi CLRSWKNZOHA; *om.* BG

<sup>3</sup> -onos CSKNBP; -ones ZOHA

## 5

*Nullum peregrinum absque epistola suscipi debere<sup>1</sup> cp. vii<sup>2</sup>*

Nullum absque formata quod Greci epistolam dicunt peregrinorum clericorum suscipi oportet.

*C. Antioch c 7; H 271; M 281; +D 71 c 9*

<sup>1</sup> debere CRNDBZOGHA; clericos ordinare K

<sup>2</sup> cp. vii CLRSKNZOHA; cp. vi (*also before* Nullum) W; *om.* BG

## 6

*De metropolitanis episcopis<sup>1</sup> cap. viiii<sup>2</sup>*

Per singulas prouincias episcopus singulos scire oportet episcopum metropolitanum qui preest curam et sollicitudinem totius prouincie suscepisse. Propter quod<sup>3</sup> ad metropolitanam ciuitatem ab his qui causas habent concurratur. Quapropter placuit eum et honore precellere et nichil ultra<sup>4</sup> sine ipso<sup>5</sup> reliquos episcopos agere, secundum antiquum patrum nostrorum canonem, nisi hoc tantum quod uniuscuiusque ecclesie per suam dyocesim competit. Vnumquemque enim oportet episcopum habere sue dyocesis postestatem, ut regat et gubernet<sup>6</sup> secundum competentem singulis reuerentiam et prouidentiam gerat<sup>7</sup> omnis regionis que sub ipsius<sup>8</sup> est ciuitate<sup>9</sup>, ita ut etiam ordinare ei presbiteros et dyaconos<sup>10</sup> probabili iudicio liceat, et de singulis ipsius regionis causis moderatione et pondere disceptare. Ultra autem nichil agere permittitur<sup>11</sup>, citra metropolitani episcopi conscientiam. Nec metropolitanus sine ceterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

*C. Antioch c 9; H 271a; M 281; C 9 q 3 c 2*

<sup>1</sup> episcopis CKDBZOHA; om. N

<sup>2</sup> viiii CRSWKNZJOQ; om. XB; viii LGHA

<sup>3</sup> quod CWKNBZHA; quos O

<sup>4</sup> -l- ss K

<sup>5</sup> corr. fr. ipsos H

<sup>6</sup> -et LRX<sup>2</sup>SWKNBPZOGHA; -at C; ? X

<sup>7</sup> in mg. C

<sup>8</sup> ipsius CKNBZOQA; eius H

<sup>9</sup> ciuitate CRKDBZOHA; potestate N

<sup>10</sup> -onos CKNBZOQ; -ones HA

<sup>11</sup> -itur CRKDBZOHA; -atur N

## 7

*De episcopis uel clericis<sup>1</sup> depositis cp. xii<sup>2</sup>*

Si quis a proprio episcopo depositus presbiter uel dyaconus aut etiam si a synodo quilibet episcopus fuerit exauctoratus<sup>3</sup>, molestiam<sup>4</sup> imperialibus auribus inferre [81vb] non presumat, sed ad maiorum episcoporum synodum sese conuertat, et que se putat habere iusta<sup>5</sup> in eorum concilio<sup>6</sup> alleget<sup>7</sup> atque ab his de se expectet<sup>8</sup> que fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere, sed<sup>9</sup> imperatori<sup>10</sup> fuerit importunus<sup>11</sup>, huiusmodi nullam ueniam habeat, neque locum ullius assertionis sue, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum.

*C. Antioch c 12; H 271b; M 282; C 21 q 5 c 2*

<sup>1</sup> clericis O

<sup>2</sup> xii CRSWKNZOGH; om. B; ix A; De excommunicatis cp. viiii (De episcopis - xii in mg.) L

<sup>3</sup> exauct- CKDBZOHA; auct- N

<sup>4</sup> after corr. B

<sup>5</sup> iusta C<sup>2</sup>SKD<sup>2</sup>BPZOHA; iuxta LRXWND; ? C

<sup>6</sup> conc- LRXSWKNBPZOHA; cons- C

<sup>7</sup> corr. fr. adl- H

<sup>8</sup> -ectet CKNBZOQA; -etet H

<sup>9</sup> sed CRWKNPZOHA; si B

<sup>10</sup> corr. fr. -ore O

<sup>11</sup> importunus CSWKDBPZOQA; oportunus N; impotuius H; D has importunus fuerit imperatori marked for reversal



## 8

*Non licere episcopis<sup>1</sup> in aliena prouincia clericos ordinare cp. xiii<sup>2</sup>*

Nullum episcopum audere debere ex alia prouincia ad aliam<sup>3</sup> transitum facere, et ordinare aliquos in ecclesiis, aut proferre ad sacrum ministerium. Nec alios<sup>4</sup> illuc attrahat episcopus<sup>5</sup> nisi forte per litteras rogatus abierit. Non solum autem a metropolitano sed ab his qui cum eo sunt omnibus ipsius prouincie episcopis. Quod si nullo inuitante inordinate superueniat, et aliquos uel ordinare presumpserit uel quoslibet<sup>6</sup> illi ecclesie competentes qui ad se minime pertinent usurpare temptauerit, uacua quidem<sup>7</sup> et inania erunt omnia que gesserit. Ipse uero huius indisciplinati ausus, et irrationabilis cepti dignus causas<sup>8</sup> expendat, tamquam depositus a sancta synodo<sup>9</sup> et propter huiuscemodi presumptionem<sup>10</sup> iam predampnatus<sup>11</sup>.

*C. Antioch c 13; H 271b; M 282; +C 9 q 2 c 6*

<sup>1</sup> *ss in black C*

<sup>2</sup> xiii CSWKNZOGH; x L; viii B; ? Q; x A

<sup>3</sup> prouinciam *add.* B, *om.* CLRSWKNPZOHA

<sup>4</sup> alios CLRWKNPZOHA; aliquos B

<sup>5</sup> -opus CRKNBP; -opos ZOHA

<sup>6</sup> actus *add.* ZJOHA, auctus *add.* G, et actus *add.* Q, *om.* CRSKNBP

<sup>7</sup> quidem LRSWKNBPZOGHA; siquidem C

<sup>8</sup> causas CSKNBPZHA; *om.* O

<sup>9</sup> dep. a san. syn. CKNBZOQA; a san. syn. dep. H

<sup>10</sup> -ionem CKNBZHQA; -ione O

<sup>11</sup> predampnatus CLKNBZOGHQ; dampnatus S; non damn (*sic*) A

## 9

*De episcopis accusatis cap. xiiii<sup>1</sup>*

Si quis episcopus de aliquibus causis criminalibus in iudicio episcoporum fuerit accusatus, contingat autem de ipsis episcopis prouincie qui conuenerunt diuersas habere sententias, et alios quidem innocentem<sup>2</sup> eum<sup>3</sup> pronunciare, alios reum, propter<sup>4</sup> huiusmodi itaque controuersiam amputandam placuit sancte synodo metropolitanum episcopum alterius prouincie uicine<sup>5</sup> aduocari<sup>6</sup>, et aliquantos cum eo episcopos alios qui pariter residentes quicumque fuerint dirimant questionem, propter hoc ut firmum sit iudicium [82ra] quod ab unius prouincie episcopis fuerit<sup>7</sup> promulgatum.

*C. Antioch c 14; H 271b; M 282-3; C 6 q 4 c 1 (in Laud. conc. and var.)*

<sup>1</sup> xiiii CRXSWKNZOGHQ; xi L; *om.* B?; x (Ex concilio Antioch' *in mg.*) A

<sup>2</sup> -entens Z

<sup>3</sup> *ss* C

<sup>4</sup> *ss* Q

<sup>5</sup> prou. uic. (*corr. fr.* vine S) CRSKNB; prou. P; uic. prou. ZOHA

<sup>6</sup> *ss* Q

<sup>7</sup> *ss* Q

## 10

*De quibus supra cap. xv<sup>1</sup>*

Si quis episcopus criminaliter accusatus ab omnibus qui sunt intra prouinciam episcopis exceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius iudicari non poterit, sed manere circa eum oportet tanquam conuenientem que ab omnibus prolata est firmam ratamque sententiam.

*C. Antioch c 15; H 272a; M 283; +C 6 q 4 c 5 is Palea*

<sup>1</sup> xv CLRXSKNZOHQA; ??B; xii A

## 11

*De episcopis uacantibus cp. xvi<sup>1</sup>*

Si quis episcopus uacans in ecclesiam uacantem superuenerit, et hanc<sup>2</sup> obripienter<sup>3</sup> preter plenariam synodum occupandam esse crediderit, hunc abici oportet, quamuis eum plebs quam diripuit uelit sibi episcopum retinere. Illa autem dicitur synodus plenaria, in qua etiam episcopus metropolitanus affuerit.

*C. Antioch c 16; H 272a; M 283*

<sup>1</sup> xvi CLRXSWKNZOG xvii HQ; xiii A; ? B

<sup>2</sup> etiam *add. O, om. CKNBPZA*

<sup>3</sup> -ienter CLR<sup>2</sup>XSK<sup>2</sup>DPZOHA; -ientur R<sup>2</sup>KNB; abripiemtem W

## 12

*De<sup>1</sup> quibus supra cp. xviii<sup>2</sup>*

Si quis episcopus ordinatus non abierit in parrochiam cui ordinatus est, si non suo uitio sed plebs forsitan contradictione, hic honorem susceptum retinere debebit, et sacerdocio fungi ita ut nichil molestie afferat ecclesie illi in qua fuerat constitutus. Expectare autem eum oportet prouincie plenariam synodum donec de eo quod competit statuatur.

*C. Antioch c 18; H 272a; M 283*

<sup>1</sup> his *add. ZOHQA, om. CRSKNB*

<sup>2</sup> xviii CRXSWKNBOGHQ; xvii LZ; xiiii A

## 13

*Non licere<sup>1</sup> sine consilio metropolitani episcopi episcopum ordinare cap. xviii<sup>2</sup>*

Episcopum non ordinandum sine consilio<sup>3</sup> et prescientia<sup>4</sup> metropolitani episcopi, cui melius erit si ex omni prouincia congregentur<sup>5</sup> episcopi. Quod si fieri non potest, hii qui adesse non possunt propriis litteris<sup>6</sup> consensum suum de ipso designent, et<sup>7</sup> tunc demum post plurimorum siue per presentiam siue per litteras consensum<sup>8</sup> sententia consona ordinetur. Quod si aliter quam statutum est<sup>9</sup> fiat nichil ualere huiusmodi ordinationem. Si uero etiam secundum definitas regulas ordinatio celebratur<sup>10</sup>, contradicant autem<sup>11</sup> aliqui<sup>12</sup> propter proprias et domesticas<sup>13</sup> simultates<sup>14</sup>, his contemptis sententia de eo ob]82rb]tineat plurimorum.

*C. Antioch c 19; H 272a; M 283; +D 65 c 3*

<sup>1</sup> licere LR<sup>2</sup>WKNBZOGHA; licet CRXS

<sup>2</sup> xviii CRXSWKNBOGH; ??B; xviii LZQ; xv A

<sup>3</sup> non ord. sine cons. CKNBZOGH; sine (ss) cons. non ord. A

<sup>4</sup> prescientia CLXSWKNP; presentia RBZOGHA

<sup>5</sup> *A leaf or more missing here in B, which resumes at 2. 10 below*

<sup>6</sup> litteris (in mg.) propriis Z

<sup>7</sup> cum *add. and canc.* K

<sup>8</sup> consensum CRSKNP; *om. ZOGHA*

<sup>9</sup> statutum est CLR<sup>2</sup>XSWDP; statum est RKN; statuta sunt ZOGHA

<sup>10</sup> -atur CLR<sup>2</sup>XSWPZOHA; -etur RKND

<sup>11</sup> autem CRWNDPZOGHA; *om. K*

<sup>12</sup> aliqui autem *marked for reversal* G

<sup>13</sup> et domesticas *ss* C

<sup>14</sup> *corr. fr. -ulates* O

## 14

*Vt bis in anno synodus celebretur cap. xx<sup>1</sup>*

*De conspiratione clericorum, quod Greci fratras<sup>1</sup> dicunt<sup>2</sup>*

Coniurationum et conspirationum crimen quod apud Grecos dicitur<sup>3</sup> fratrea<sup>4</sup>, publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi. Hoc multo magis in sancta Dei ecclesia ne fiat conuenit abdicari. Si qui<sup>5</sup> uero clerici seu monachi inuenti fuerint coniurantes aut fratras<sup>6</sup> uel factiones<sup>7</sup> componentes aliquas suis episcopis aut aliis clericis omnimodo cadant de proprio gradu.

*C. Chalcedon c 18; H 287a; M 312; +C 11 q 1 c 21*

<sup>1</sup> Greci fratras CRSKBZOGHQ; fratres Greci N; Greci fratrea DA

<sup>2</sup> xviii add. ZOGHQA, om. CKNB

<sup>3</sup> apud Grecos dicitur] corr. fr. Grecos uocatur X<sup>2</sup>

<sup>4</sup> -r- ss C

<sup>5</sup> qui CKNPZOHQA<sup>2</sup>; om. BA

<sup>6</sup> -ias CKNBPZJ; -eas OGHQA

<sup>7</sup> factiones C<sup>2</sup>LRXSWKNDPZOHQA; actiones CB

## 19

*Quod oporteat per prouincias bis in anno<sup>1</sup> concilia fieri<sup>2</sup>*

Peruenit ad nostras aures<sup>3</sup> quod in prouinciis constituta<sup>4</sup> episcoporum concilia minime celebrentur, ex hoc probatur quod multe que correptione<sup>5</sup> opus habeant ecclesiastice res negligantur. Statuit ergo hec sancta<sup>6</sup> synodus secundum patrum regulas bis in anno in unum conuenire per singulas prouincias episcopos, ubi singula que emergerint corrigantur. Qui uero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus et hoc maxime cum sui<sup>7</sup> corporis sanitate consistentes etiam hominibus aliis urgentibus et inexcusabilibus negociis liberi sunt, licere eos fraterne caritatis admonitionibus corripi.

*C. Chalcedon c 19; H 287a; M 312; ID 4.243; +D 18 c 6*

<sup>1</sup> bis in anno per prouincias G

<sup>2</sup> xviii add. BZOGHQA (om. CKN)

<sup>3</sup> nostras aures CNBZOGHA; aures nostras KD

<sup>4</sup> const- CKNPZOHA; inst- B

<sup>5</sup> corrept- CKNBZOA; corrupt- HQ

<sup>6</sup> ergo hec sancta CRSWND; igitur hoc sancta L; hec ergo sancta K; igitur sancta hec B; igitur hec sancta ZOGHQA

<sup>7</sup> corr. fr. suis Z

## 20

*Quod minime clericis in aliam<sup>1</sup> ciuitatem transmigrare liceat, nisi eis qui pro persecutione proprias amiserint<sup>2</sup> ciuitates<sup>3</sup>*

Clericos in singulis ecclesiis constitutos sicut iam difiniuimus, non licere in alterius ciuitatis ecclesiis ordinari<sup>4</sup>, sed acquiescere in ea in qua ab initio ministrare meruerunt, exceptis illis qui proprias ciuitates perdiderunt, et ex necessitate ad alias ecclesias migrauerunt. Si uero quicumque episcopus post diffinitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit, placuit sancte synodo et hunc qui suscepit<sup>5</sup> et eum qui susceptus est tamdiu excommunicatos<sup>6</sup> manere, quamdiu ipse clericus ad propriam reuertatur ecclesiam. [86va]

*C. Chalcedon c 20; H 287a; M 312; ID 6.361; D 71 c 4*

<sup>1</sup> aliam CKNBZJOHQA; alienam G

<sup>2</sup> -erint CLRXBZOHQA; -erunt WND; ? K

<sup>3</sup> xx add. ZJOHQA, om. CKNBG

<sup>4</sup> ordinari CRKDBZOHQA; om. N

<sup>5</sup> suscepit CLKNBZOA; susceperit HQ; et eum qui susc. repeated and struck out C

<sup>6</sup> excommunicatos CSBZO<sup>2</sup>GHQA; excommunicatus RX; excommunicatum LWKD; excommunicata O

## 21

*De episcoporum aut<sup>1</sup> clericorum accusatoribus quales debeant suscipi in accusationem<sup>2</sup>*

Clericos siue<sup>3</sup> laicos qui accusauerint episcopum aut clericos<sup>4</sup> temere atque indifferenter non debere suscipi in accusationem nisi prius eorum opinio fuerit perscrutata<sup>5</sup>.

*C. Chalcedon c 21; H 287a; M 313*

<sup>1</sup> aut CKNBZOGHQ; uel A

<sup>2</sup> xxi *add.* ZOGHQA, *om.* CKNB

<sup>3</sup> siue CKBPZOHA; uel NB

<sup>4</sup> -icos CKNPZOHA; -icum B

<sup>5</sup> -s- ss C; -r- ss Z

## 22

*Quod non liceat clericis post mortem sui episcopi res ad eum pertinentes diripere<sup>1</sup>*

Non licere clericis post mortem sui episcopi rapere<sup>2</sup> pertinentes ad eum res<sup>3</sup> sicuti iam precedentibus regulis statutum habetur. Si uero hec fecerint periclitari se nouerint a proprio gradu.

*C. Chalcedon c 22; H 287a; M 313; C 12 q 2 c 43*

<sup>1</sup> xxii *add.* BZOGHQA, *om.* CKN

<sup>2</sup> res *add.* CLW; *om.* RXSKNDBPZOGHA

<sup>3</sup> res R<sup>2</sup>SKNDBPZOGHA; *om.* CLRXW

## 23

*Quod non liceat monasteria que consecrata sunt diuersoria secularia fieri cap. xxiiii<sup>1</sup>*

Que semel consecrata fuerint<sup>2</sup> monasteria<sup>3</sup> cum iudicio sui<sup>4</sup> episcopi maneant perpetuo et pertinentes ad ea res conseruari ipsis<sup>5</sup> monasteriis decreuimus, nec ulterius posse ea fieri secularia habitacula. Qui uero permiserint hec fieri subiaceant his condemnationibus que per canones constitute sunt.

*C. Chalcedon c 24; H 287b; M 313*

<sup>1</sup> xxiiii CRXWGA?; xviii L; xxix KND; xxiii B?ZOHQ?

<sup>2</sup> -erint CSKNBP; -erant ZOGHQA

<sup>3</sup> mon. fuer. *marked for reversal* G

<sup>4</sup> sui CKNBJOHQA; *om.* Z

<sup>5</sup> ipsis CKNBZJHQA; ipsi O

## 24

*Quod non oporteat<sup>1</sup> post obitum episcopi ordinationem alterius episcopi differre cap. xxv<sup>2</sup>*

Quoniam quidam<sup>3</sup> metropolitanorum sicut ad nos perlatum est negligunt creditum<sup>4</sup> sibi gregem, et differunt ordinationes facere<sup>5</sup> episcoporum, placuit sancte synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum, nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit ordinationis tempus amplius propagari. Si autem quis episcoporum hec non obseruauerit ipsum debere ecclesiastice condemnationi subiacere. Redditus uero eiusdem uiduate ecclesie integros reseruari apud echnomum eiusdem ecclesie placuit.

*C. Chalcedon c 25; H 287b; M 313; +D 75 c 2*

<sup>1</sup> -eat CRWKDBZOA; -et N

<sup>2</sup> xxv CLRSWKND; xxiiii BZOHQ

<sup>3</sup> *corr. fr.* quidem A

<sup>4</sup> creditum CKNBZHQA; *om.* O

<sup>5</sup> *in mg.* H

## 25

*De echonomis<sup>1</sup> id est dispensatoribus, singulis ecclesiis<sup>2</sup> habendis<sup>3</sup> cp. xxvi<sup>4</sup>*

Quoniam<sup>5</sup> in quibusdam<sup>6</sup> ecclesiis<sup>7</sup> sicut ad nos peruenit, sine echonomo episcopi res [86vb] ecclesiasticas tractant, placuit omnes ecclesias episcopos habentes<sup>8</sup> habere et echonomos de proprio clero qui gubernent ecclesie res cum arbitrio sui episcopi, ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, et ex hoc deueniat dispergi<sup>9</sup> eiusdem ecclesie res et sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si uero quis hec non obseruauerit<sup>10</sup> diuinis subiaceat<sup>11</sup> regulis.

*C. Chalcedon c 26; H 287b; M 313; D 89 c 4*

<sup>1</sup> -omis CRKDBZOHQA; -omiis N

<sup>2</sup> ecclesiis CRSKNDB; ecclesie ZOHQA

<sup>3</sup> *corr. fr.* -tes X<sup>2</sup>; h- ss Z

<sup>4</sup> xxvi LRSWKNOA; xxv BZHQ; ? C

<sup>5</sup> Quoniam CLRSWKND; Quia BPZOGHQA

<sup>6</sup> quibusdam C<sup>2</sup>LSKNDBPZOHQA; quibus CRW

<sup>7</sup> ecclesiis CKNBZHQA; *om.* O

<sup>8</sup> ep. hab. CKNBZOG; hab. ep. HQA

<sup>9</sup> *after corr.* Z

<sup>10</sup> -ue-ss C

<sup>11</sup> sub- ss K

## 26

*De his qui sibi rapiunt uxores cp. xxvii<sup>1</sup>*

Eos<sup>2</sup> qui sibi rapiunt uxores, uel eos qui eis auxilium prestiterint, statuit sancta synodus si quidem clerici fuerint, cadere de proprio gradu<sup>3</sup>, si uero laici fuerint anathema esse.

*C. Chalcedon c 27; H 287b; M 313; ID 8.322*

<sup>1</sup> xxvii CSWKNOA; *om.* B; xxvi ZHQ

<sup>2</sup> Nos D

<sup>3</sup> cadere de proprio gradu CSWDZOHQA; cadere proprio gradu LRXKNP; proprio gradu cadere B

## A2. XA

1<sup>1</sup>

*Ex libro diurno. Professio Romani pontificis<sup>2</sup>*

Sancta octo uniuersalia concilia, primum Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum primum, Calcedonense quintum et sextum item Constantinopolitanum<sup>3</sup> et septimum item Nicenum, octauum quoque Constantinopolitanum usque ad unum apicem immutilata seruare et pari honore et ueneratione digna habere et que preiudicauerunt et statuerunt omnibus modis sequi et predicare<sup>4</sup>, queque condempnauerunt ore et corde condempnare profiteor.

*Lib. Diurn. 129-30 no. V 73; CB Varia II 129; ID 4.132; IP 2.103; D 16 c 8*

<sup>1</sup> *There are no cap. nos in this section in KB, and LXRS have no continuous sequence either. N numbers as here; C is obscure, but numbers this and c 6 as c. 1, with no other legible numbers; W numbers this as 2.10.27, and then numbers continuously from c 2 as cc 1-7*

<sup>2</sup> De octo synod' *add. in mg.* A, in text S; xxvii *add.* HQ

<sup>3</sup> -anum CSWKBNP; -ana ZOGHA

<sup>4</sup> *et add. and canc.* Z

*Beda, De temporibus cp. dcxxxviii<sup>1</sup>*

Sexta synodus uniuersalis Constantinopoli celebrata est, et Greco sermone conscripta, temporibus<sup>2</sup> pape Agatonis<sup>3</sup> exequente et<sup>4</sup> residente<sup>5</sup> piissimo principe Constantino intra palatium suum simulque legatis apostolice sedis et episcopis cl residentibus. Prima uniuersalis synodus in Nycea<sup>6</sup> congregata est contra Arrium cccxviii patrum temporibus Iulii pape sub Constantino<sup>7</sup> principe, [87ra] secunda<sup>8</sup> in Constantinopoli cl patrum contra Macedonium<sup>9</sup> et Eudoxium temporibus Damasi pape et Gratiani principis quando Nectarius<sup>10</sup> eiusdem urbis episcopus est ordinatus. Quarta in Calcedone dcxxx<sup>11</sup> patrum sub Leone papa temporibus Martiani<sup>12</sup> principis contra Euthicen nefandissimorum presulem monachorum. Quinta in Constantinopoli temporibus Iulii<sup>13</sup> pape sub Iustiniano principe contra Theodorum et omnes hereticos. *Bede, De temporum ratione c 66 s.a. 4639 (ed. C.W. Jones CCL 123B, 528); ID 4.125a has more; IP 2.113 (first 4 lines only); D 16 c 9*

<sup>1</sup> dec- O<sup>2</sup> quoque *add.* CW, *om.* LRXSKNBPZOGHA<sup>3</sup> pape Ag. (et *add.* B) LRXSKNBPZOGHA; Ag. pape CW; pape Ag. pape L<sup>2</sup><sup>4</sup> et CSWRKN; ac BPZOHQA<sup>5</sup> principio *add.* O<sup>6</sup> Nycea CLRSWBPZJOGQ<sup>2</sup>; Nicena KNDHA; Nicenum Q<sup>7</sup> *erasure follows in* O<sup>8</sup> secunda CRWNDBZOGHA; *om.* K<sup>9</sup> -nium CRKNPZOHA; -num B<sup>10</sup> *erasure follows in* O<sup>11</sup> dcxxx CKNBZOGHQ; de xxx A<sup>12</sup> Martiani L<sup>2</sup>RXSWKNBPZOGHQA; Martiniani C; Mariunani L<sup>13</sup> Iulii CLRSKNBP; Vigili ZJOGHQA

## 3

*Gregorius Iohanni Constantinopolitano, Eulogio Alexandrino, Antiocheno Iohanni Ierosolimitano<sup>1</sup> Anastasio<sup>2</sup> ex patriarche a patriciis<sup>3</sup>. De quattuor conciliis<sup>4</sup>*

Sicut sancti Euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et uenerari me fateor, Nycenum scilicet in quo peruersum Arrii<sup>5</sup> dogma destruitur. Constantinopolitanum quoque in quo Eunomii et Macedonii error conuincitur. Ephesinum etiam<sup>6</sup> primum in quo Nestorii impietas iudicatur. Calcedonense uero in quo Euthicis Dyoscorique<sup>7</sup> prauitas reprobatur tota deuotione complector integerrima approbatione custodio, quia in his uelut in quadrato lapide sancte fidei structura<sup>8</sup> consurgit, et cuiuslibet<sup>9</sup> uite atque actionis consistit<sup>10</sup> quisquis soliditatem eorum non tenet etiam si lapis esse cernitur, tamen extra edificium iacet. Quintum quoque concilium ueneror, in quo epistola que ibi dicitur erroris plena reprobatur. Theodorus personam mediatoris Dei et hominum in duabus substantiis<sup>11</sup> separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur, scripta quoque Theoderici<sup>12</sup> per que beati Cyrilli fides reprehenditur ausu dementie prolata refutantur. Cunctas uero quas prefata ueneranda<sup>13</sup> concilia personas respuunt respuo, quas uenerantur amplector, quia dum

<sup>1</sup> Rero- G<sup>2</sup> Anastasio *repeated* K<sup>3</sup> a patriciis CRXW; a patribus SKND<sup>2</sup>B; a paribus C<sup>2</sup>LZOGHA; patribus D<sup>4</sup> De Quat. - conc. CRSWKNDB; *om.* ZOGHA<sup>5</sup> Arrii CNDBZOGHA; Arriani K<sup>6</sup> etiam CKNBZOGH; et A<sup>7</sup> -s- ss B<sup>8</sup> structura CLSWBPZOGHA; fructus R?XKND; fructura R<sup>2</sup><sup>9</sup> cuiuslibet CKNBZOGH; cuius libri A<sup>10</sup> -istit CSKNBPZ; -istat OGHQA<sup>11</sup> substantiis CSKNBP; subsistentiis ZOGHA<sup>12</sup> -erici CKNBH; -orici ZJOA<sup>13</sup> ueneranda CRXSWBPZOGHA; *om.* KND



uniuersali sunt consensu [87rb] constituta se et non illa destruit quisquis presumit aut soluere quos religant aut ligare quos soluunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. *Greg. 1; JE 1092; Reg. 1.24; AL 6.50; ID 4.117; D 15 c 2 lacks last sentence*

## 4

*Actio quarta<sup>1</sup> septime synodi<sup>2</sup>*

Petrus episcopus Nichomedie dixit, Habeo librum continentem canones sancte synodi sexte. Patriarcha dixit, Quidam per ignorantiam scandalizantur pro<sup>3</sup> canonibus istis dicentes, Nunquid sexta synodus<sup>4</sup> canones fecit? Sciant ergo quoniam sancta synodus sexta sub Constantino<sup>5</sup> congregata est contra eos qui dicebant unam operationem et uoluntatem in Christo. In qua sancti patres illos ut hereticos anathematizauerunt et orthodoxam fidem explanauerunt, et soluta est synodus Constantini decimo quarto anno. Post quatuor uero aut quinque annos idem sancti patres congregati sunt sub Iustiniano filio Constantini<sup>6</sup>, et predictos canones promulgauerunt. Et nullus de eis dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, idem ipsi<sup>7</sup> sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim ut synodus uniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret.

*PL 129 (vers. Anast.) 292; ID 4.121a; D 16 c 6a*

<sup>1</sup> et *add.* A

<sup>2</sup> De octo synodis *in mg.* A

<sup>3</sup> pro CKNBZHQA; per O

<sup>4</sup> canones *add. and canc.* Z

<sup>5</sup> Constantino CKNBZOGH; Constino Q; Constantinopoli A

<sup>6</sup> Constant' ZOQ

<sup>7</sup> idem ipsi *repeated and canc.* O

## 5

*Actio sexta tomo<sup>1</sup> primo<sup>2</sup> contra falsam septimam synodum*

Septima synodus quomodo dicitur que non concordat<sup>3</sup> precedentibus sex<sup>4</sup> uniuersalibus<sup>5</sup> synodis? Omne<sup>6</sup> quod septimum ponitur consequens debet habere cum rebus prenumeratis. Si uero in nullo prenumeratis rebus participat nec eis connumerari potest. ITEM. Sancta sexta synodus et uniuersalis post promulgatam ab ea diffinitionem contra Monoscelitas Constantino imperatore qui congregauerat eam non multo post defuncto, et Iustiniano filio eius regnante pro eo, eadem sancta synodus diuinitus inspirata iterum Constantinopolim quarto aut quinto anno congregata est, et canones numero c. duos ad correptionem ecclesie promulgauit. [87va]

*Cf. PL 129 (Vers. Anast.) 377-8; ID 4.121b incl. rubr.; D 16 c 6b from Item. Sancta only*

<sup>1</sup> *corr. fr.* domo O

<sup>2</sup> .i. CLRSWNDZOHA; id est KB

<sup>3</sup> con- *om.* K; *ss* D

<sup>4</sup> prec. sex CLRSWBZOGHA; sex prec. KND

<sup>5</sup> -li- *ss* H

<sup>6</sup> ergo *add. and canc.* Z

## 6

*Adrianus papa Tharasio patriarche. Actio secunda septime<sup>1</sup> synodi*

Sanctam sextam synodum<sup>2</sup> recipio cum omnibus canonibus suis in quibus dicitur in quibus scripturis sanctarum imaginum agnus precursoris digito ostensus depingitur<sup>3</sup> qui in figuram transiit gratie uerum nobis per legem Moysi premonstrans agnum

<sup>1</sup> septime CRSKNBZJOQA; vi HQ<sup>2</sup>

<sup>2</sup> Sextam – syn.] Sextam secundam secundam X

<sup>3</sup> -ingitur CRKNBZ?OQA; -ingi H

Iesum Christum dominum nostrum. Antiquis ergo<sup>4</sup> figuris et umbris ad ueritatis prefigurationem ecclesie sancte traditis ualedicentes gratiam et ueritatem preferimus, et sicut<sup>5</sup> plenitudinem legis recipimus. Verum igitur agnum dominum nostrum Iesum Christum sed<sup>6</sup> humanam imaginem<sup>7</sup> amodo et in imaginibus pro ueteri agno<sup>8</sup> depingi iubemus.

*JE 2448 (mod.); cf. PL 129.237; ID 4.122 var.; D 16 c 5 to canonibus suis only, De cons. D 3 c 29*

<sup>4</sup> ergo CLRSWKN; igitur BPZOGHA

<sup>5</sup> sicut CLRWBZOGHA; sic KND

<sup>6</sup> sed CLRWBZOGHA; secundum KND

<sup>7</sup> mag- O; -ine Z

<sup>8</sup> agno CKNBZOGH; anno A

## 7

### *Epistola sexte<sup>1</sup> synodi ad papam Agatonem*

Nos quidem tibi<sup>2</sup> qui in prima sede uniuersalis ecclesie sedes et stas super firmam fidei petram que a nobis in synodo<sup>3</sup> gesta sunt presentauimus. ITEM. Nichil ad gratiam uel ad odium fecimus, sicut ab his quos ad uos mittimus cognoscere potestis<sup>4</sup>, et ab his etiam qui locum uestrum in synodo haberunt, id est Theodoro et Georgio presbiteris, et Iohanne dyacono et Constantino subdyacono, filiis uestris et fratribus nostris, et ab his etiam<sup>5</sup> qui a sancta synodo nostra<sup>6</sup> missi sunt episcopis.

<sup>1</sup> sexte LKNSWDBZJO<sup>2</sup>GHQA; septimi C?; septime R; quinti O

<sup>2</sup> quidem tibi CKNBZJOHQA; tibi quidem G

<sup>3</sup> *corr. fr.* ginodo N

<sup>4</sup> ab his quos ad – potestis *in mg* L<sup>2</sup>

<sup>5</sup> etiam LWKNBPZOGHA; *om.* CRXS

<sup>6</sup> *ss* C

## 8

### *Canones sexte synodi.<sup>1</sup> Epistola<sup>2</sup> synodi ad Iustinianum filium Constantini*

Quoniam sancte et uniuersalis<sup>3</sup> synodi quinta sub Iustiniano augusto sexta sub Constantino patre tuo<sup>4</sup> augusto de misterio<sup>5</sup> fidei plenissime disputantes canones non fecerunt sicut cetera quatuor uniuersales synodi. propterea nos conuenientes in hanc imperialem urbem sacros canones conscripsimus. ITEM<sup>6</sup>. Placuit huic sancte synodo ut amodo confirmata et rata sint canonum<sup>7</sup> apostolorum octoginta quinque capitula<sup>8</sup>. ITEM<sup>9</sup>. Confirmamus et ceteros sanctorum<sup>10</sup> canones et synodos, id est Nycenam, [87vb] Anchiritanam<sup>11</sup>, Neocesariensem, Gangrensem, Antiochenam<sup>12</sup>, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Calcedonensem, Sardicensem et Carthaginensem et opuscula Theophili, Alexandrini episcopi et Dyonisii Alexandrini<sup>13</sup> episcopi et martyris, et Gregorii Thiunastragi<sup>14</sup> Neocesariensis<sup>15</sup> episcopi, Athanasii Alexandrini episcopi, Basylii Cesarie Capadocie episcopi,

<sup>1</sup> Can. sexti syn. *in mg.* OA; *after* Constantini ZGH; *om.* Q

<sup>2</sup> -las S

<sup>3</sup> -alis CRXSKBP; -ales WNZOGHQA; -al' LD

<sup>4</sup> patre tuo CRKNPZOHA; tuo (*ss*) patre B

<sup>5</sup> de misterio C<sup>2</sup>LRSWNBZOGHA; de ministerio C?KD; sexta de ministerio X

<sup>6</sup> Item CRXSWKNDP; Item ii B; capl. ii ZOGHQA

<sup>7</sup> -onum CKNBZOGHQ; -ones A

<sup>8</sup> capitula CKDBZOHA; *om.* N

<sup>9</sup> v. cap. *add.* G; Item *in mg.* Q

<sup>10</sup> patrum *add.* ZOGHA, *om.* CKNBP

<sup>11</sup> Anchiritanam CKNBP; Anciranam ZJOQ; Anciranum GA

<sup>12</sup> Neoces. episcopi, Athan. - Antiochenam *in outer mg.* B

<sup>13</sup> *after corr.* O

<sup>14</sup> Thiun- CKNBP; Thum- ZOHA

<sup>15</sup> -ensis CKNBPOHA; -ensi Z

Gregorii Niseni episcopi<sup>16</sup>, Gregorii theologi, Amphylogii Hiconensis<sup>17</sup> episcopi, Tymothei Alexandrini episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi<sup>18</sup>, Germani Constantinopolitani episcopi, Cypriani Carthaginensis<sup>19</sup> episcopi et synodum suam. *ID 4.123 to scripsimus, ID 4.106 (Placuit - capitula), ID 4.134 var. from Confirmamus; IP 2.125a as ID 4.106, IP 2.117a from confirmamus; D 16 c 7 (sl. var. of this, not ID)*

<sup>16</sup> Greg. Nis. ep. *repeated and canc.* B

<sup>17</sup> -ensis CLRWKNPZ; ? B; -iensis Z<sup>2</sup>OH?QA?

<sup>18</sup> Cyrilli (Scrill- A) Alex. ep. CKNPZOHA; *om.* B

<sup>19</sup> -ensis CKNPZJQ; -iensis OHA

## A2. XI [DE SEXTA SYNODO]<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Vt episcopus uel presbiter siue cuiuscumque ordinis clericus, si cum monacha fuerit fornicatus, deponatur, laicus uero excommunicetur
- ii. De his qui ad clerum accedunt ut si nubere uelint, ante ordinationem subdiaconatus hoc faciant
- iii. Ne dyaconus ante presbiterum sedeat
- iiii. Non licere clericum<sup>3</sup> tabernam aut ergasterium habere
- v. De Iudeis a clericis uel laicis uitandis
- vi. Ne subdiaconus ordinetur minor xx annorum
- vii. Nullum clericum absque dimissoriis litteris episcopi sui in altera ecclesia constitui debere
- viii. Non licere episcopo in ciuitate que ad eum non pertinet predicare
- <sup>4</sup>viii. De depositis
- x. De eo qui sacram dispensat communionem ut deponatur si aliquod precium a percipiente exegerit
- xi. De presbiteris non legalibus nuptiis detentis
- xii. Non licere clerico uestimentum indecens<sup>5</sup> habere
- xiii. Oblationem solam et uuas seorsum benedictas populo debere<sup>6</sup> distribui
- xiiii. De<sup>7</sup> clericis in oratoriis que intra domos sunt ministrantibus
- xv. De misse celebratione
- xvi. Non licere metropolitano episcopo res alicuius ecclesie auferre eiusdem<sup>8</sup> defuncto episcopo
- xvii. De priuilegiis Constantinopolitane sedis et Alexandrine atque Antiochene

<sup>1</sup> De - Syn. B; Incipiunt capitula S; *om.* CLRWKND

<sup>2</sup> capitulatio *om.* ZOGHQA, in CLRXSWKNDBP

<sup>3</sup> -cum CLRKND; -co XSWBP

<sup>4</sup> De depositis *om.* K, *renumbering from now on*

<sup>5</sup> uest. indec. CLRWKDB; indec. uest. N

<sup>6</sup> debere CLRWKNDP; *om.* B

<sup>7</sup> Ee N

<sup>8</sup> ecclesie *add.* LWBP, *om.* CRXSKND

### 1

*Vt episcopus uel presbiter siue cuiuscumque ordinis clericus si cum monacha fuerit fornicatus deponatur, laicus uero excommunicetur<sup>1</sup> cp. iii<sup>2</sup> [fo. 88ra]*

<sup>1</sup> Vt - excomm. CSKNB; *om.* ZOGHQA (*which run this section straight on from the last*)

Si quis episcopus presbiter aut dyaconus aut subdiaconus aut lector aut psaltis<sup>3</sup> aut ostiarius cum muliere sanctificata Deo<sup>4</sup> mechatus fuerit, deponatur, quia sponsam Christi corrumpit. Si uero laicus excommunicetur.

+C 27 q 1 c 6

---

<sup>2</sup> cp. iiii om. B

<sup>3</sup> psaltis CLRBZJOA; psalmista XSWKNDPHQ; psalus G

<sup>4</sup> Deo CWNDBZOGHA; om. K

## 2

*De his qui ad clerum accedunt, ut si nubere uelint ante ordinationem subdiaconatus<sup>1</sup> hoc faciant cp. xii<sup>2</sup>*

Si quis eorum qui ad clerum accedunt uoluerit nuptiali<sup>3</sup> mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus<sup>4</sup> faciat.

IP 3.102; D 32 c 7

---

<sup>1</sup> subdiaconus B

<sup>2</sup> De - faciant cp. xii CRSKN; De - fac. B; cap. vii ZOGHQ; cap. vi A

<sup>3</sup> -iali CSKNBP; -iali lege ZJOHQ<sup>2</sup>; -iari lege QA

<sup>4</sup> -at- ss B

## 3

*Ne dyaconus ante presbiterum sedeat<sup>1</sup> cp. viii<sup>2</sup>*

Precipimus, ne<sup>3</sup> dyaconus quamuis in dignitate hoc est in officio quolibet ecclesiastico sit, ante presbiterum sedeat, nisi cum<sup>4</sup> uices habuerit<sup>5</sup> proprii patriarche<sup>6</sup> aut metropolitani pro aliquo capitulo. Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur<sup>7</sup>. Si quis uero presumpserit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repulsus ultimus omnium fiat in ordine suo.

ID 6.123; D 93 c 26

---

<sup>1</sup> Ne - sedeat CSWKNB; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> viii CSWKNZOGHQ; om. B; vii A

<sup>3</sup> ss L<sup>2</sup>

<sup>4</sup> corr. fr. con- O

<sup>5</sup> -eriit O

<sup>6</sup> patr. prop. later reversed K

<sup>7</sup> -abatur CKNBZQOA; -abilitur H

## 4

*Non licere clericum tabernam aut ergasterium habere<sup>1</sup> cp. viiii<sup>2</sup>*

Nulli<sup>3</sup> licere<sup>4</sup> clerico tabernam aut ergasterium habere. Si enim huiusmodi tabernam ingredi inhietur, quantomagis aliis ministrare in ea? Si quis<sup>5</sup> uero tale quid fecerit, aut cesset aut deponatur.

+D 44 c 3

---

<sup>1</sup> Non - habere CSKNB; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> cp. viiii om. B

<sup>3</sup> Non S

<sup>4</sup> licere RXSKND; liceat C<sup>2</sup>LWBPZOGHA; ? C

<sup>5</sup> quis C<sup>2</sup>LWKNDPZOHQ; qui CRX; om. S

## 5

*De Iudeis a clericis uel laicis uitandis<sup>1</sup> cp. xi*

Nullus eorum<sup>2</sup> qui in sacrato<sup>3</sup> sunt ordine<sup>4</sup> aut laicus azima Iudeorum manducet aut cum eis habitet, aut eos in infirmitatibus suis uocet aut medicinam<sup>5</sup> ab eis percipiat,

---

<sup>1</sup> De - uitandis CSKNB; om. ZOGHQA

aut cum eis in balneo lauet. Si uero quisquam hoc<sup>6</sup> fecerit, si<sup>7</sup> clericus est deponatur, laicus uero excommunicetur.

ID 13.116; +C 28 q 1 c 13

---

<sup>2</sup> ss O

<sup>3</sup> -rato CLRXSZOGHA; -ro WKNDP

<sup>4</sup> sunt ord. CKNPZOHA; ord. sunt B

<sup>5</sup> -inam CSWKN; -inas BPZOGHA

<sup>6</sup> quisq. hoc CKNZOHQA; hoc quisq. B; quisq. hec P

<sup>7</sup> corr. fr. qui O

## 6

*Ne sybdyaconus<sup>1</sup> ordinetur minor<sup>2</sup> xx annorum<sup>3</sup> cp. xv<sup>4</sup>*

Subdiaconus<sup>5</sup> non minor uiginti annorum ordinetur. Si quis uero in aliquo ordine sacerdotali<sup>6</sup> preter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

+D 77 c 4

---

<sup>1</sup> subdiaconus CLRWKDB; diaconus N

<sup>2</sup> minor CLRSWKN; iunior B

<sup>3</sup> Ne - annorum CRSWKNB; om. ZOGHQA

<sup>4</sup> cp. xv om. B

<sup>5</sup> After corr. B; Subdianus A

<sup>6</sup> ord. sac. CRKDBZOHA; sac. ord. N

## 7

*Nullum clericum absque dimis[soriis] litteris episcopi sui in altera ecclesia<sup>1</sup> constitui debere<sup>2</sup> cp. xvii<sup>3</sup>*

Quoniam diuersarum ecclesiarum clerici suas in quibus ordinati sunt<sup>4</sup> ecclesias relinquentes ad alios concurrunt episcopos et ignorante proprio episcopo in alienis constituuntur<sup>5</sup> ecclesiis et hoc contingit eos sine subiectione permanere<sup>6</sup>, precipimus amodo nullum omnino clericorum in quocumque sit gradu licentiam habere sine dimissoriis litteris episcopi sui in altera constitui ecclesia. Qui uero hoc amodo non obseruauerit ad obprobrium eius qui ordinauit eum, deponatur tam ipse quam qui eum sine ratione suscepit<sup>7</sup>.

C 21 q 2 c 1

---

<sup>1</sup> alt. eccl. CRXSWKN; alteram L; eccl. alt. B

<sup>2</sup> Nullum debere CLSWKNB; om. ZOGHQA

<sup>3</sup> xvii CL<sup>2</sup>RXSZOGHQA; xviii W; vii LKND

<sup>4</sup> sunt CRWNDZOGHA; om. K

<sup>5</sup> in added and cancelled K

<sup>6</sup> permanere CSKNB; manere ZOGHA

<sup>7</sup> -pit CRNDBZOGQA; -perit KH

## 8

*Non licere episcopo<sup>1</sup> in ciuitate que ad eum non pertinet predicare<sup>2</sup> cp. xx*

Non liceat episcopo in altera que ad eum non pertinet ciuitate publice predicare. Si quis uero inuentus fuerit hoc faciens, ab episcopo<sup>3</sup> cesset, que uero presbiteri sunt faciat.

---

<sup>1</sup> -opo CLRWKDB; -opum N

<sup>2</sup> Non - predicare CLRSWKNB; om. ZOGHQA

<sup>3</sup> -opio CLR<sup>2</sup>XSWKNPJOHQ; -opo RBZA

## 9

*De depositis<sup>1</sup>. cp. xxi<sup>2</sup>*

---

<sup>1</sup> De depositis CSWKNB; om. ZOGHQA

Qui pro culpis suis inrecuperabiliter depositi sunt<sup>3</sup>, et in locum laicorum redacti, si sponte sua conuertantur ad Deum et peccato renunciant pro quo depositi sunt, et omnino se alienant ab eo clericalem tonsuram non perdant. Si uero peccato adhererint, quemadmodum laici comas dimittant, quia mundanam conuersationem celesti uite preposuerunt.

ID 6.124

<sup>2</sup> cp. xxi om. B

<sup>3</sup> dep. sunt CRWKNPZOHA; sunt dep. B

## 10

*De eo qui sacram dispensat communionem ut deponatur si aliquod precium a percipiente exegerit<sup>1</sup> cp. xxiii<sup>2</sup>*

Nullus episcopus aut presbiter aut diaconus qui sacram dispensat communionem a percipiente gratiam communionis aliquod precium exigit, neque enim uenditur gratia<sup>3</sup> neque pro precio gratiam Sancti<sup>4</sup> Spiritus damus, sed dignis munere sine defraudatione<sup>5</sup> participare. Si quis uero eorum qui connumerantur in clero exegerit ab eo cui sacram communionem dispensat aliquod precium deponatur sicut imitator<sup>6</sup> symoniace fraudis.

ID 2.92; C 1 q 1 c 100

<sup>1</sup> De - exegerit CSWKNB; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> xxiii RXSWKNBZJHQA; om. L; xxii L<sup>2</sup>O; ? C

<sup>3</sup> -m ss K

<sup>4</sup> Sancti CLRSWKND; om. BPZOGHQA

<sup>5</sup> obsc. corr. ss R

<sup>6</sup> simotator, corr. to simitator and then canc., add. X

## 11

*De presbiteris non legalibus nuptiis detentis<sup>1</sup> cp. xxvi*

Presbiterum nuptiis non legalibus detentum [88va]<sup>2</sup> cathedram quidem habere, sed ab officio abstinere precipimus. Sufficiat enim et huiusmodi indulgentia, quia benedicere aliis eum qui uulnera sua curare<sup>3</sup> debet consequens non est, Benedictio enim sanctificationis traditio est. Qui uero hanc non habet propter delictum ignorantie, quomodo aliis tradet? Neque enim publice<sup>4</sup> neque priuate benedicat, neque corpus Domini dispenset aliis, neque alio modo<sup>5</sup> ministret<sup>6</sup>, sed sufficiat ei quod presidet et imploret<sup>7</sup> a Domino ut dimittatur ei iniquitas ignorantie sue. Manifestum autem quod et huiusmodi non legitime nuptie soluentur et nullatenus uir accessum habebit ad eam propter quam sacro ministerio priuatus est.

D 28 c 16

<sup>1</sup> De - detentis CSKNB; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> et add. QA, om. CKNBZJ?OGH

<sup>3</sup> curare CNDBZOGHA; om. K

<sup>4</sup> -u- ss C

<sup>5</sup> modo CKNBZOGHQ; om. A

<sup>6</sup> corr. fr. -tet O

<sup>7</sup> -l- ss Z

## 12

*Non licere clerico indecens uestimentum<sup>1</sup> habere<sup>2</sup> cp. xxvii*

<sup>1</sup> indec. uest. CLWN; uest. indec. RSKDB

<sup>2</sup> Non - habere CRKNB; om. ZOGHQA

Nullus eorum qui connumerantur in clero uestimentum indecens habeat, siue in ciuitate degens siue in itinere ambulans sed stolis utatur que concesse sunt clericis. Si quis uero tale quid<sup>3</sup> fecerit, per unam ebdomadam suspendatur.

+C 21 q 4 c 2

---

<sup>3</sup> corr. fr. quod H

### 13

*Oblationem solam et uuas seorsum benedictas populo debere distribui<sup>1</sup> cp. xxviii*  
Didicimus<sup>2</sup> quod in quibusdam ecclesiis sacerdotes sacrificio oblationis coniungant uuas que secundum usum in altario offeruntur, et sic simul utraque populo dispensent<sup>3</sup>. Precipimus igitur ut nullus sacerdos hoc ulterius faciat, sed in remissionem peccatorum populo oblationem solam distribuatur, et uuas seorsum benedictas populus qui petierit accipiat, ut datori fructuum gratias agat.

*De cons. D 2 c 6*

---

<sup>1</sup> Oblationem - distribui CSWKNB; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> Didicimus CL<sup>2</sup>RXKNDBPZJOG; Si dicimus LW; Dicimus SHQA

<sup>3</sup> -sent CXSWKNB; -set R; -sant ZJOHQ; -dant A

### 14

*De clericis in oratoriis que intra domos sunt ministrantibus<sup>1</sup> cap. xxxi*  
Clericos qui ministrant in oratoriis que intra domos sunt, cum consensu episcopi<sup>2</sup> loci illius hoc facere precipimus. Si quis uero hoc non obseruauerit deponatur.

*De cons. D 1 c 34*

---

<sup>1</sup> De - minist. CLRSKNB; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> loci add. and can. Z

### 15

*De misse [88vb] celebratione<sup>1</sup> cap. xxxii<sup>2</sup>*

Iacobus frater Domini secundum carnem cui primum credita est Ierosolimitana<sup>3</sup> ecclesia<sup>4</sup> et Basilius<sup>5</sup> Cesariensis episcopus, cuius claritas per totum orbem refulsit in scriptis addiderunt nobis misse celebrationem.

*De cons. D 1 c 47*

---

<sup>1</sup> De - celeb. CLSKNB; om. ZOGHA

<sup>2</sup> xxxii CLWKNZOGHQ; om. B; xxii A

<sup>3</sup> corr. fr. -mat- O

<sup>4</sup> Ier. ecc. CKNBZO; ecc. Ier. HQA

<sup>5</sup> -si- ss A

### 16

*Non licere metropolitano episcopo res alicuius ecclesie auferre eiusdem ecclesie<sup>1</sup>  
defuncto episcopo<sup>2</sup> cp. xxxv<sup>3</sup>*

Non liceat alicui metropolitano moriente episcopo<sup>4</sup> qui sub eo est aut res suas aut ecclesie sue<sup>5</sup> auferre, sed<sup>6</sup> sint sub custodia cleri ecclesie defuncti episcopi<sup>7</sup> usque

---

<sup>1</sup> ecclesie CLRSWB; om. KND

<sup>2</sup> Non - episcopo CLRSWKND; om. ZOGHQA

<sup>3</sup> cp. xxxv om. B

<sup>4</sup> mor. ep. CKNPZOHA; ep. mor. B

<sup>5</sup> sue CKDBZO<sup>2</sup>HQA; om. NO

<sup>6</sup> corr. fr. aut O

<sup>7</sup> episcopi CKNBZOGHQ; om. with an erasure A

dum alius ordinetur episcopus. Si uero clerici in ecclesia non fuerint, tunc metropolitanus illibata episcopo<sup>8</sup> qui inibi ordinabitur reddat.

+C 12 q 2 c 48

---

<sup>8</sup> episcopo CKNBZOGHQ; om. A

## 17

*De priuilegiis Constantinopolitane sedis et Alexandrine atque<sup>1</sup> Antiochene<sup>2</sup> cp. xxxvi*  
Renouantes sancti Constantinopolitani concilii decreta, petimus ut Constantinopolitana sedes similia priuilegia que inferior Roma accipiat, et in ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa secunda post illam existens, postquam Alexandrina sedes numeretur, deinde Antiochena et post eam<sup>3</sup> Ierosolimitana.

+D 22 c 6

---

<sup>1</sup> atque CRWKDB; uel N

<sup>2</sup> De - Ant. CRSWKNB; om. ZOGHQA

<sup>3</sup> post eam CSKNBPJOA; postea ZHQ

## A2. XII DE SEPTIMA SYNODO

- i. <sup>2</sup>Reuertentes ab<sup>3</sup> heresi scripto heresim suam negare debere et sedibus receptis manere in clero si tamen cum presentes essent orthodoxi episcopi<sup>4</sup> sponte ab<sup>5</sup> hereticis non sunt ordinati
- ii. Quod melius sit iuramentum perjurare quam in confractione sanctarum imaginum sacramentum custodire
- iii. Quod Christiani ad memoriam et recordationem primitiuorum uenerentur imagines<sup>6</sup>
- iiii. Quod qui pro muneribus ordinat uel ordinatur ab ordine cadere debeat
- v. Quod qui ad episcopatum promouendus est psalterium nosse debeat et omnem diuinam scripturam
- vi. Quod electio a principibus facta non sit rata
- vii. Item quod qui ordinat uel ordinatur per pecuniam a gradu decidat
- viii. Regulares inquisitiones semel in [89ra] anno per singulas prouincias fieri oportere<sup>7</sup> et ne metropolitanus habeat licentiam de his que defert episcopus secum aliquid expendendi<sup>8</sup>
- viii. De euchonomis in ecclesiis statuendis
- x. Non licere episcopo uel abbati de salariis<sup>9</sup> alicuius episcopi siue monasterii quicquam in principum manus conferre uel cognatis propriis<sup>10</sup> donare
- xi. De ordine in sacratione custodiendo, et quod abbati in proprio monasterio liceat facere lectoris manus impositionem. Similiter et corepiscopo<sup>11</sup>

---

<sup>1</sup> capitulatio om. ZOGHQA, in CLRXSWKNDBP

<sup>2</sup> Reuertentes - ordinati as A2.11.18 W

<sup>3</sup> ab CLRWNDB; ad K

<sup>4</sup> ss C

<sup>5</sup> ab CLRWNDB; ad K

<sup>6</sup> Whole title added at head of leaf W

<sup>7</sup> -ere CLRWKNDP; -et B

<sup>8</sup> expendendi CLRWKDB; expendi N

<sup>9</sup> sal- L<sup>2</sup>XSWNDBP; sol- CRK; scol- L

<sup>10</sup> cog. prop. (-s ss B<sup>2</sup>) RXSKNDBP; prop. cog. CLW



- xii. Ne<sup>12</sup> clericus in duabus ecclesiis connumeretur  
 xiii. Quod non liceat episcopis uel clericis fulgidis et claris uestibus uti  
 xiiii. Duplex monasterium minime fieri debere

<sup>11</sup> Sim. et cor. CLRWKB; om. N; et cor. in mg. D

<sup>12</sup> Ne CLWKNDB; De N

<sup>1</sup>Anno imperii Yrene et Constantini<sup>2</sup> octauo exiuit Tharasius sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos in Niceam<sup>3</sup> ciuitatem, et celebrata est sancta et uniuersalis septima synodus.

ID 4.131

<sup>1</sup> As c 15 of capitulatio W

<sup>2</sup> -ti- ss O

<sup>3</sup> Niceam CLXSWNDBPZJHQ<sup>2</sup>A; Nicenam RKOQ

## 1

*Actio prima septime synodi. Reuertentes ab heresi scripto heresim suam negare debere et sedibus receptis manere in clero, si tamen cum presentes essent orthodoxi episcopi sponte ab hereticis non sunt<sup>1</sup> ordinati<sup>2</sup>*

Conuenientibus apud Niceam Bithinie et consedentibus Petro archipresbitero, et Petro presbitero et abbate monasterii sancti Sabe, locum tenentibus Adriani pape et Tharasio archiepiscopo Constantinopolitano<sup>3</sup> et Iohanne et Thoma apochrisiariis<sup>4</sup> apostolicarum sedium orientalium et ceteris episcopis, episcopi Sycilie dixerunt, Dignum est ut de futuris inquiramus. ITEM Basilius episcopus Anchire dixit, Constitutio ecclesiastica habet canonicè tradita ab antiquo a sanctis apostolis et successoribus eorum sanctis patribus nostris et magistris et sanctis uniuersalibus sex synodis et localibus synodis orthodoxis ut qui ab<sup>5</sup> aliqua<sup>6</sup> heresi reuertuntur ad orthodoxam fidem et traditionem catholice ecclesie scripto negare debeant heresim suam et con[89rb]fiteri fidem catholicam. ITEM. Tharasius patriarcha dixit, Videtur nobis ut<sup>7</sup> sedes suas recipiant, qui ab<sup>8</sup> heresi reuertuntur<sup>9</sup>. Religiosi monachi dixerunt. Sicut receperunt<sup>10</sup> uniuersales sex synodi ab heresi reuertentes, et nos recipimus. Sancta synodus dixit, Placet omnibus et nobis. Et iussi sunt Basylius episcopus Anchire et Theodorus episcopus<sup>11</sup> Myrree et Theodosius<sup>12</sup> sedere in gradibus et sedibus suis. ITEM Constantinus episcopus Cypri dixit. Non oportet nos qui episcopi sumus indigere doctrina sed aliorum esse doctores. ITEM Tharasius episcopus dixit, Malorum doctorum mala doctrina<sup>13</sup>. Ecclesia de malis doctoribus sacerdotes non recipit. ITEM Iohannes apochrisarius<sup>14</sup> orientalium sedium<sup>15</sup> dixit, Heresis separat ab ecclesia<sup>16</sup> omnem hominem. ITEM Tharasius episcopus dixit, Ecce multi<sup>17</sup> canonici

<sup>1</sup> sunt CRWKDB; sint N

<sup>2</sup> Reuertentes - ordinati CLRSWKNDDB; om. ZOGHA

<sup>3</sup> -ti- ss A; -politano ss O

<sup>4</sup> apocificariis A

<sup>5</sup> -uersalibus sex synodis – qui ab in very small hand partly in mg. C

<sup>6</sup> corr. fr. aqua O

<sup>7</sup> ut CLRSDBZOGH; quod KN; om. A

<sup>8</sup> corr. fr. ad O

<sup>9</sup> corr. fr. -entur Z

<sup>10</sup> -erunt CKNBZOQ<sup>2</sup>A; susceperunt Q; -erint H

<sup>11</sup> ss ZO

<sup>12</sup> large lacuna follows in Z

<sup>13</sup> uel add. N, om. CKDBZOHA

<sup>14</sup> -iarius CLRSKNPZO; -arius WBQA; dixit add. and canc. O

<sup>15</sup> ss Z

<sup>16</sup> sep. ab eccl. CKNPZOHA; ab eccl. sep. B

<sup>17</sup> multi LR<sup>2</sup>WKDBPZOHA; multa CRXSW<sup>2</sup>SN

libri<sup>18</sup> et synodochi<sup>19</sup> et paterni lecti<sup>20</sup> sunt et ab heresi reuertentes docuerunt nos recipere si aliqua alia<sup>21</sup> causa non est in eis. ITEM Petrus apochrisarius<sup>22</sup> pape dixit, Rome exiliatus est Macharius hereticus a sancta sexta synodo<sup>23</sup> et quadraginta dierum inducias dedit illi pater noster Benedictus papa, et cotidie mittebat ad eum Bonefacium consiliarium suum, et instruebat eum commonitoriis<sup>24</sup> uerbis<sup>25</sup> ex diuina scriptura et nullatenus uoluit emendari. Hoc autem faciebat<sup>26</sup> ut eum reciperet. ITEM. Tharasius patriarcha dixit, Quid dicitis de Anatholio, nonne in quarta synodo factus est<sup>27</sup> princeps, et ecce ab impio Dyoscoro<sup>28</sup> ordinatus est? Et nos igitur recipiamus eos qui ab hereticis ordinati sunt, sicut et Anatholius receptus est. ITEM. Vere uox<sup>29</sup> Dei est, quoniam non<sup>30</sup> moriuntur filii pro patribus sed unusquisque in peccato suo moritur, et quoniam ex Deo est ordinatio. ITEM. Tharasius patriarcha dixit. Audiuius paterna mandata. Quid igitur? Oportet recipere ab hereticis [89va] ordinatos? Sancta synodus dixit, Audiuius, domine, et oportet eos recipere. Tharasius patriarcha dixit, Plures eorum qui in sexta synodo conuenerunt, a Sergio, Pyrro, Paulo, Petro ordinati sunt, qui fuerunt principes hereseos Monoscelitarum, quoniam isti continuatim in Constantinopolitana sede sederunt et ab ultimo eorum Petro scilicet usque ad sextam synodum non fuerunt plusquam quindecim anni. Thomas uero et Iohannes et Constantinus ab hereticis illis archiepiscopi facti sunt, et tamen propter hoc non sunt<sup>31</sup> reprobati. Sancta synodus dixit. Hoc manifestum est. Constantinus episcopus Cypri dixit, Sufficenter ostensum est quod ab hereticis uenientes recipiendi sunt. Si uero quis<sup>32</sup> sponte ad hereticum uadit, et accipit ordinationem, non recipiatur. ITEM. Tharasius patriarcha dixit, Et ego refuto eos qui ob huiusmodi causam aut fidei subuersionem ordinati sunt, et maxime cum presentes essent orthodoxi<sup>33</sup> episcopi, a quibus poterant ordinari. Sic enim est<sup>34</sup> paternus intellectus. Si uero synodalis consonantia facta fuerit et humanitas ecclesiarum de orthodoxia qui presumpserit<sup>35</sup> ab immundis hereticis ordinari, depositioni subiaceat. Sancta synodus dixit, Hoc est iustum iudicium.

*Loosely related to vers. Anast. (PL 129.205, 208-233); C 1 q 7 c 4*

<sup>18</sup> can. lib. CKNPZOHA; lib. can. B

<sup>19</sup> *after corr.* X

<sup>20</sup> lecti CRWDBPZOHA; lecta K?N

<sup>21</sup> aliqua alia CKNPZOHA; alia aliqua B

<sup>22</sup> -sarius B; -sarius Z

<sup>23</sup> sancta sexta syn. RXSKNBZOGHA; sexta sancta syn. CL; sexta syn. sancta W

<sup>24</sup> -oriis CRWBNZOGHA; -orii KD

<sup>25</sup> *after corr.* B

<sup>26</sup> -ac- ss H

<sup>27</sup> est *repeated* C

<sup>28</sup> *corr. fr.* Discoro Z

<sup>29</sup> Vere uox CLRWBPZO<sup>2</sup>GHQA; Vox uere SO; Et uox KND

<sup>30</sup> ss H

<sup>31</sup> sunt CKNPZOHA; *om.* B

<sup>32</sup> quis CKNBZHA; qui O

<sup>33</sup> *after corr.* Z; *corr. fr.* orodoxi A

<sup>34</sup> ss O

<sup>35</sup> pre- ss Z

## 2

*In actione<sup>1</sup> quarta<sup>2</sup>. Quod melius sit iurantem periurare quam in confectione  
sanctarum imaginum<sup>3</sup> sacramentum custodire<sup>4</sup>*

<sup>1</sup> sexta thomo *add. and canc.* Z

<sup>2</sup> In act. qu. CLRXKNBZOHA; *om.* S

<sup>3</sup> imaginum C(*after corr.*)LSKDB; uirginum RX

<sup>4</sup> Quod - custodire CLRSWKDB; *om.* NZOGHQA

Iohannes apochrisiarius orientalium sedium dixit, Significat sermo patris nostri Sophronii quod melius sit iurantem periurare quam conseruare sacramentum in confractione sanctorum imaginum. Hoc autem dicimus quia quidam se sacramento excusant. Tharasius patriarcha<sup>5</sup> dixit<sup>6</sup>, Quia pater<sup>7</sup> Sophronius<sup>8</sup> nouerat bonitatem Dei propterea transgredi uoluit impium iuramentum. ITEM. Tharasius patriarcha<sup>9</sup> dixit<sup>10</sup>, Herodes obseruauit<sup>11</sup> sacramentum et<sup>12</sup> periit. Petrus uero negauit cum iuramento et conuersus fleuit et saluatus est. Omnem enim peccatum bonus [89vb] Deus indulget, si quis ex toto corde peniteat. Sancta synodus dixit, Sic docet<sup>13</sup> sancta scriptura. ITEM. Leontius episcopus Photie dixit, Scriptum est, Iuramentum mendax ne diligatis. Qua de causa nostrum iuramentum<sup>14</sup> mendax dissoluitur, quasi nullam habens uirtutem.

*Cf. Vers. Anast. (PL 129.302); ID 12.15; IP 8.98-100; C 22 q 4 c 18*

<sup>5</sup> patriarcha CWKNBPZ; pater OGHA

<sup>6</sup> dixit pater *marked for reversal* O

<sup>7</sup> pater CNDBZOGHA; *om.* K

<sup>8</sup> -r- ss C

<sup>9</sup> patriarcha CWKNBZ; pat' J; pater OGHA

<sup>10</sup> Quia pater Soph. - dixit *om.* P

<sup>11</sup> obseru- CRSWBPZOHA; seru- KND

<sup>12</sup> ss O

<sup>13</sup> ss O

<sup>14</sup> nost. iur. CRSWZOGHA; iur. nost. KND

### 3<sup>1</sup>

*In actione sexta<sup>2</sup> tomo ii. Quod Christiani ad memoriam et recordationem primitiuorum uenerentur imagines<sup>3</sup>*

Venerabiles<sup>4</sup> imagines Christiani non deos appellant, neque seruiunt<sup>5</sup> eis<sup>6</sup> ut diis, neque spem salutis<sup>7</sup> ponunt in eis, neque ab eis expectant futurum iudicium, sed ad memoriam et recordationem primitiuorum uenerantur eas<sup>8</sup>, et adorant sed non seruiunt eis cultu diuino nec alicui creature.

*Cf. Vers. Anast. (PL 129.385C); De cons. D 3 c 28*

<sup>1</sup> *Whole c. after c 1 but marked for transpos.* J

<sup>2</sup> sexta CSWKNBZOG; septima HQA

<sup>3</sup> Quod - imagines CSKNB; *om.* ZOGHQA

<sup>4</sup> *corr. fr.* Gen- Z

<sup>5</sup> seruiunt CLRXXNBZOHA; *om.* S; eruiunt P

<sup>6</sup> eis CRSKNBP; *om.* ZOHA

<sup>7</sup> sue *add.* ZOGHA, *om.* CRSKNBP

<sup>8</sup> ss O

### 4

*In actione septima<sup>1</sup>. Quod qui pro muneribus ordinat uel ordinatur ab ordine cadere debeat<sup>2</sup>*

Si quis omnem traditionem ecclesiasticam uel scriptam<sup>3</sup> uel non scriptam<sup>4</sup> uiolat, anathema sit. Omnis episcopus aut presbiter<sup>5</sup> dyaconus conuictus quod pro muneribus ordinationem dederit uel acceperit a sacerdocio cadit. Sed dicunt quidam quia penitentiam agimus pro peccato et Deus indulget illud. Ita et ego dico quia omnem penitentiam recipit<sup>6</sup> Deus, et indulget per penitentiam peccata<sup>7</sup> que iam facta sunt.

<sup>1</sup> *corr. fr.* sexta Z

<sup>2</sup> Quod debeat CSKNB; *om.* ZOGHQA

<sup>3</sup> scriptam CKNBZOGHQ<sup>2</sup>; scripturam QA

<sup>4</sup> uel non scr. *in mg.* H

<sup>5</sup> aut *add.* C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SWBPZOGHA, *om.* CRXKND

<sup>6</sup> *corr. fr.* -epit Z

<sup>7</sup> ss B

Noui enim quod Daud fornicatorem et homicidam per penitentiam receperit<sup>8</sup> Deus<sup>9</sup>, et dixerit de eo<sup>10</sup>, Inueni uirum secundum cor meum. Noui rursus eundem audientem a Deo, Non edificabis mihi domum, quia uir sanguinum es. Scio Manasse per confessionem dimissam impietatem suam, scio meretrices et thelonearios<sup>11</sup> per penitentiam receptos, nullum tamen horum qui ante baptismum peccauerit sacerdotibus connumeratum<sup>12</sup>. Scio quosdam dum essent in mundo in multa fornicatione mansisse<sup>13</sup>, monachos uero factos quasi luminaria mundi resplenduisse, nullum tamen ad sacerdotium<sup>14</sup> ascendisse. Quod et si raro contigit [90ra] nulla<sup>15</sup> tamen lex ecclesie fuit. Nouimus primum peccatricem Mariam post conuersionem tamen quamuis sancta et casta<sup>16</sup> inter dyaconissas<sup>17</sup> computata non est. Sed quid hec dico? Sequens sanctos apostolos et uenerabiles patres cum omni fiducia clamo, quod qui<sup>18</sup> per pecuniam ordinatus est, siue episcopus siue presbiter siue<sup>19</sup> diaconus, alienus est a sacerdotio. Neque enim uenalis est gratia Spiritus Sancti. Cayphe traditio est et adinuentio Symonis a sancto sacerdotio aliena. Et si in fornicationem lapsus est aliquis<sup>20</sup> post baptismum in sacerdotium non recipitur. Canones enim hoc prohibent. Si quis uero<sup>21</sup> cum hoc peccato<sup>22</sup> ad sacerdotium prouectus est, cognitus degradetur. ITEM. Ipsum qui per pecuniam ordinatus est, confiteor<sup>23</sup> quia per penitentiam recipit Deus. Bonus est in omnibus, et aperta uiscera eius omni homini penitenti. Sed quoniam iuxta apostolum oportet episcopum inreprehensibilem esse, quicumque per pecuniam<sup>24</sup> ordinauit aliquem uel ordinatus est, ab omni sacerdotio alienus est. <sup>25</sup>Tharadius patriarcha<sup>26</sup> dixit<sup>27</sup>, Quicumque per pecuniam uel ordinant uel ordinauerunt uel ordinantur uel ordinati sunt episcopi, uel presbiteri, uel diaconi, uel quilibet de numero sacerdotali, repellantur omnino a<sup>28</sup> sacerdotio, sicut Symon magus a Petro. Qui per pecuniam dispensationem<sup>29</sup> uel curam sortiti sunt monasteriorum uel ecclesiarum uel religiosarum domorum, hierocomiorum, seniorum, orphanorum, trophiorum<sup>30</sup> cum depositione<sup>31</sup> expellantur a dispensatione illa et cura. Qui post baptismum cadens in fornicationem ordinatus est, si postmodum confessus fuerit, cesset a ministerio. Si uero conuictus ab aliquo deponatur omnino. Percussor episcopus aut presbiter aut dyaconus per se uel per alium aliquem quasi per hoc

<sup>8</sup> receperit CKNBZOGHQ; recepit A

<sup>9</sup> per pen. rec. Deus CRKDBZOHA; rec. Deus per pen. N

<sup>10</sup> de eo CKNBZOGHQ<sup>2</sup>; om. Q; Deo A

<sup>11</sup> thelonearios C<sup>2</sup>LRXSWK<sup>2</sup>NDPZOHA; thelonarios C; thelonearias K; pteleonearios B; theolenarios GQ

<sup>12</sup> -atum CKDBZOHA; -atur N

<sup>13</sup> *corr. fr.* manxs- O

<sup>14</sup> ad sac. om. K

<sup>15</sup> nulla C<sup>2</sup>LSWKDP<sup>2</sup>OHQA; nullo RX; nulli NB; nullam Z; ? C

<sup>16</sup> sancta et casta CLKDBZOHA; casta et sancta N

<sup>17</sup> dyaconissas CKNPZOHA; diaconas B

<sup>18</sup> ss Z

<sup>19</sup> siue CKDBZOHA; seu N

<sup>20</sup> lapsus est aliquis CRWBZOGHA; lapsus aliquis est KD; aliquis lapsus est N

<sup>21</sup> uero CLRWBZOGHA; autem KND

<sup>22</sup> ss O

<sup>23</sup> confiteor CLSWK(*after lacuna*); perconfiteor RXND<sup>2</sup>BPZOGHA; perfiteor D

<sup>24</sup> *over erasure* B

<sup>25</sup> *In Z Tharadius patriarcha - expellatur is placed after c 5 as a separate canon, with Tharadius patriarcha as rubric, but marginal letters replace it here.*

<sup>26</sup> Thar. pat. *in red* ZOGHQ

<sup>27</sup> dixit CSKNB; om. ZOGHA

<sup>28</sup> a CKNPZOHA; om. B

<sup>29</sup> -antionem *later corrected* K

<sup>30</sup> trophiorum CWNDZOHA; om. K

<sup>31</sup> -ti- ss C

timeri<sup>32</sup> uolens deponatur. ITEM. Qui per seculares<sup>33</sup> potestates ordinatus fuerit, aut ecclesiam obtinuerit, deponatur. Si uero [90rb] religiosam domum, expellatur.  
*Cf Dd 4.14; ID 4.198b (first 1 1/2 lines only); C 1 q 7 c 2*

<sup>32</sup> *corr. fr.* temeri Z

<sup>33</sup> seculares CRSWK<sup>2</sup>D(followed by lacuna)BZOHA; singulares KN

## 5

*Ex eodem concilio cp. ii. Quod qui ad episcopatum promouendus est psalterium nosse debeat et omnem diuinam scripturam<sup>1</sup>*

Quoniam psallentes repromittimus Deo, In iustificationibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos, omnes quidem Christianos obseruare saluberrimum est, sed precipue hos qui<sup>2</sup> ecclesiasticam consecuti fuerint dignitatem. Vnde diffinimus omnem qui ad episcopatus prouehendus est gradum modis omnibus<sup>3</sup> psalterium nosse ut ex hoc etiam omnis<sup>4</sup> clerus qui sub eo fuerit ita moneatur<sup>5</sup> et imbuatur. Inquiratur autem diligenter a metropolitano si in<sup>6</sup> promptu<sup>7</sup> habeat legem scrutabiliter et non transitorie tam sacros canones et<sup>8</sup> sanctum euangelium quam diuini apostoli librum et omnem diuinam scripturam atque secundum mandata conuersari et docere populum sibi commissum. Substantia enim summi sacerdocii nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est uera<sup>9</sup> diuinarum scripturarum disciplina quemadmodum magnus perhybet Dyonisius<sup>10</sup>. Quod si disceptauerit et ita libenter facere et docere minime sponderit<sup>11</sup>, nullatenus consecretur. Ait enim prophete Deus, Tu scientiam reppulisti et ego repellam te ne sacerdocio fungaris michi.

*Vers. Anast. (PL 129.480); ID 5.372; +D 38 c 6*

<sup>1</sup> Quod - scripturam CSKNDB; *om.* ZOGHQA

<sup>2</sup> in *add.* B; *short lacuna here* C; LRXSWKNDZOHA *as text*

<sup>3</sup> mod. omn. CKNPZOHA; omn. mod. B

<sup>4</sup> *after corr.* Z

<sup>5</sup> *erasure in mid-word* O

<sup>6</sup> in CNDBZOGHA; etiam K

<sup>7</sup> -p- ss O

<sup>8</sup> *corr. fr.* ad O

<sup>9</sup> uera CKNPZOHA; *om.* B

<sup>10</sup> -ni- ss H

<sup>11</sup> sponderit CKNBZJOHQ; sponderit G; responderit A

## 6

*Quod electio a principibus facta non sit rata<sup>1</sup> cp. iii<sup>2</sup>*

Omnis electio episcopi uel presbiteri aut dyaconi a principibus facta irrita maneat, secundum regulam que dicit, Si quis episcopus secularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur et segregentur omnes qui illi communicant.

*Vers. Anast. (PL 129.480); AL 6.5; CB Varia 2.105; Dd 4.13; ID 5.120; D 63 c 7*

<sup>1</sup> Quod - rata CLSKNDB; *om.* OGHQA

<sup>2</sup> cp. iii CSKNZOHQ; *om.* DB

## 7<sup>1</sup>

*Item quod<sup>2</sup> qui ordinat uel qui<sup>3</sup> ordinatur per pecuniam a gradu decimat<sup>4</sup> cap. iii<sup>5</sup>*

Omnis episcopus uel presbiter aut diaconus conuictus quod per pecuniam manus impositionem dederit uel acceperit a sacerdocio et<sup>6</sup> gradu decimat. Fortassis autem

<sup>1</sup> *om.* D

<sup>2</sup> quod CLRWKB; *om.* N

<sup>3</sup> qui CLRSW; *om.* KNB

<sup>4</sup> Item quod - decimat CLRSWKNB; *om.* ZOGHQA

<sup>5</sup> iii CL<sup>2</sup>RWKN; *om.* LB; xx ZOGHQA

dicunt aliqui quia penitentiam agimus de [90va] peccato et Deus ignoscit illud. Ita est, quia omnes agentes penitentiam<sup>7</sup> Deus suscipit, et indulget<sup>8</sup> per penitentiam peccata que iam perpetrata sunt. ITEM. Qui per pecunias quemquam consecrauit, uel consecratus est, alienus est a sacerdotio.

*Dd 4.16; CB Varia 2.106; ID 5.121; +C 1 q 1 c 9 (last sentence only)*

<sup>6</sup> ss O

<sup>7</sup> pen. CWNBZOGHA: om. K

<sup>8</sup> -get ss Z

## 8<sup>1</sup>

*Regulares inquisitiones semel in anno per singulas prouincias fieri oportere<sup>2</sup>, et ne metropolitanus habeat licentiam de his que defert episcopus secum aliquid expendendi<sup>3</sup> cp. vi<sup>4</sup>*

Quoniam quidem regula est que dicit bis in anno per singulas prouincias oportere fieri per conuentum episcoporum regulares inquisitiones propter fatigationem, et ut oportune habeantur ad iter agendum hii qui congregandi sunt diffinierunt sexte synodi sancti patres, omni excusatione remota modis omnibus semel in anno fieri, et deprauata corrigi. Hunc ergo canonem et nos renouamus et si quisquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere, communionem priuetur. Si quis uero metropolitanorum hoc neglexerit agere absque necessitate, uel ui seu aliqua rationabili occasione canonicis penis subiaceat. Dum autem synodus agitur super canonicis et euangelicis negociis, oportet congregatos episcopos in meditatione et<sup>5</sup> sollicitudine fieri custodiendorum diuinorum<sup>6</sup> et uiuificorum Domini mandatorum. In custodiendis enim<sup>7</sup> illis retributio multa, quia et lucerna mandatum<sup>8</sup>, lex autem lux et uia uite argutio et disciplina<sup>9</sup> est et<sup>10</sup> mandatum Domini lucidum illuminans oculos. Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his<sup>11</sup> que defert episcopus secum, siue iumentum siue<sup>12</sup> aliquam speciem expendendi. Quod si hoc egisse conuictus fuerit, soluat quadruplum.

*Vers. Anast. (PL 129.482-3); Dd 4.14 (Diffinierunt - subiaceat only); ID 5.373; +D 18 c 7*

<sup>1</sup> om. D

<sup>2</sup> oportere CLSWKB; oportet RX; oporteret R<sup>2</sup>; debere N

<sup>3</sup> expendendi CLRWKB; expendi N. Regulares - expendendi CLRSWKNB; om. ZOGHQA

<sup>4</sup> vi CLRWKZOQA; vii N; om. B

<sup>5</sup> in add. RXSKN, om. C(with lacuna)LWBPZOHQA

<sup>6</sup> diu. CWKBZOHA; om. N

<sup>7</sup> ss G

<sup>8</sup> ss L

<sup>9</sup> lacuna in mid-word O

<sup>10</sup> ss A

<sup>11</sup> his CKNBZOQA; eis H

<sup>12</sup> corr. fr. siut K

## 9<sup>1</sup>

*De euchonomis<sup>2</sup> in ecclesiis statuendis cap. xi<sup>3</sup>*

Cum simus<sup>4</sup> debitores omnes sacras regulas custodire, et eam que dicit in unaquaque [90vb] ecclesia euchonomos esse, modis omnibus inuiolabilem conseruare debemus. Et siquidem unusquisque metropolitanus in sua ecclesia constituerit euchonomum, bene utique. Sin autem, ex auctoritate propria Constantinopoleos episcopis<sup>5</sup> licentia

<sup>1</sup> om. D

<sup>2</sup> euch- LRXWKNB; ech- CS

<sup>3</sup> De - stat. cap. xi CLRSWKNB; capl' xi ZOGHQ; De septima synodo A

<sup>4</sup> simus C<sup>2</sup>LWPZOGHA; sumus RXSKN; ? C

<sup>5</sup> -opis CSKNBP; -opos ZOGHA

est proponendi euchonomos<sup>6</sup> in eius ecclesia. Similiter et metropolitanis si episcopi qui sub ipsis sunt non satagerint euchonomos statuere in suis ecclesiis. Id ipsum autem seruandum est etiam in<sup>7</sup> monasteriis.

*Vers. Anast. (PL 129.484); ID 5.374; +C 9 q 3 c 3*

<sup>6</sup> euchonomos LRXWBP; echnomos CSK; euconomorum NZOHQA

<sup>7</sup> ss K

## 10

*Non licere episcopo uel abbati de salariis alicuius episcopi siue monasterii quicquam in principum manus conferre uel cognatis propriis donare<sup>1</sup> cp xii*

Quisquis episcopus inuentus fuerit uel abbas de salariis episcopi siue<sup>2</sup> monasterii<sup>3</sup> transferre quicquam in principum manus, uel<sup>4</sup> etiam alicui<sup>5</sup> persone conferre, irritum sit quod datum esse constiterit, secundum canonem sanctorum apostolorum qui dicit, Omnium<sup>6</sup> ecclesiasticarum rerum episcopus habeat sollicitudinem ut dispenset eas tanquam Deo contemplante. Non licere autem fraudare<sup>7</sup> ei quicquam ex illis uel cognatis propriis donare que Dei sunt. Quod si pauperes fuerint, ut pauperibus largiatur, sed non sub<sup>8</sup> horum occasione que sunt ecclesie defraudentur. Quod si<sup>9</sup> excusationem pretenderint dampnum facere, et nichil ad profectum agrum existere, nec sic<sup>10</sup> principibus qui loca per illa sunt tribuatur<sup>11</sup> ager uel locus, sed clericis<sup>12</sup> uel agri cultoribus<sup>13</sup>. Quod si calliditate<sup>14</sup> usus fuerit, et a colono uel clerico<sup>15</sup> emerit princeps agrum, etiam sic irrita sit uenditio, et restituatur in episcopio uel in<sup>16</sup> monasterio, et episcopus uel abbas hoc faciens abiciatur, episcopus quidem ab<sup>17</sup> episcopio<sup>18</sup>, abbas autem a monasterio<sup>19</sup>, tanquam qui dispergit male que non colligit.

*Vers. Anast. (PL 129.484-5); ID 5.375; +C 12 q 2 c 19*

<sup>1</sup> Non - donare CLRSWKND; om. ZOGHA

<sup>2</sup> in *add. and canc.* L

<sup>3</sup> -asterii CLRXSNDPZOA; -eriis WHQ; -eri K

<sup>4</sup> ss O

<sup>5</sup> alicui CSKNBP; aliquid ZOGHA

<sup>6</sup> Omnium CKNBZOQA; Omnis H

<sup>7</sup> -are CRXSKNZOHQA; -ari C<sup>2</sup>?LWBP

<sup>8</sup> sub C<sup>2</sup>LWKNBPZOHA; om. CRXS

<sup>9</sup> si C<sup>2</sup>LRXSWKNPZHQA; om. CO; si in B

<sup>10</sup> sic C<sup>2</sup>LRXD<sup>2</sup>BPZOGHA; si CKND

<sup>11</sup> *erasure follows in Z*

<sup>12</sup> -icis CKNBZHA; -icus O

<sup>13</sup> cul- ss B

<sup>14</sup> *corr. fr.* -datate O

<sup>15</sup> clerico CNDBZOGHA; om. K

<sup>16</sup> *interl.* C

<sup>17</sup> ss B

<sup>18</sup> -opio CSKNBPO<sup>2</sup>HQ; -opo ZJOA

<sup>19</sup> nasterio N

## 11

*De ordine in sacratione custodiendo et quod abbati in proprio monasterio liceat facere lectoris manus impositionem, similiter et corepiscopo<sup>1</sup> cp. xiiii [91ra]*

Quia ordo debet in sacratione<sup>2</sup> custodiri omnibus modis liquet, et cum diligentia conseruare sacerdotii promotiones Deo est prorsus<sup>3</sup> acceptum. Et quoniam uidemus sine manus impositione a paruula etate tonsuram quosdam cleri<sup>4</sup> accipientes,

<sup>1</sup> De ordine - corepiscopo CLRSWB; De ordine - impositionem (imposionem K) KN; De ordine - impositionem similiter D; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> sacratione CLRSWBPZOHA; consecratione KND

<sup>3</sup> est prorsus CRSBPZOGHA; prorsus est KND

<sup>4</sup> cleri CKBZOHA; clerici N

nondumque<sup>5</sup> ab episcopo manus impositione<sup>6</sup> percepta super ambonem<sup>7</sup> irregulariter in<sup>8</sup> collecta legentes, precipimus, amodo id minime fieri. Idipsum quoque conseruandum est etiam inter monachos. Lectoris autem manus<sup>9</sup> impositionem<sup>10</sup> licentia est unicuique abbati in proprio monasterio solummodo faciendi, sed<sup>11</sup> dumtaxat eidem abbati manus impositio facta noscatur ab episcopo, secundum morem preficiendorum<sup>12</sup> abbatum, dum constet illum esse presbiterum. Simili modo secundum antiquam consuetudinem corepiscopum<sup>13</sup> preceptione oportet episcopi promouere lectores.

*Vers. Anast. (PL 129.485); ID 5.376; D 69 c 1 from Quoniam uidemus*

<sup>5</sup> ss R

<sup>6</sup> a paruula etate tonsuram – impositione om. DM

<sup>7</sup> -o- ss O

<sup>8</sup> ss B

<sup>9</sup> man. aut. marked for reversal G

<sup>10</sup> -ionem CSKNBP; -ione ZOGHA

<sup>11</sup> sed CLRXS; si WKNBPZOGHA

<sup>12</sup> prefic- CSKNZOHA; prefac- B; fac- P

<sup>13</sup> -opum CSKNBP; -opus ZOGHA

## 12<sup>1</sup>

*Ne clericus in duabus ecclesiis connumeretur<sup>2</sup> cp. xvi<sup>3</sup>*

Clericus ab<sup>4</sup> instanti tempore non connumeretur<sup>5</sup> in duabus ecclesiis. Negociationis enim<sup>6</sup> hoc et turpis commodi proprium est<sup>7</sup>, et ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Audiuius enim ex ipsa dominica uoce, quia nemo potest duobus dominis seruire, aut enim unum odio habebit, et alterum<sup>8</sup> diliget, aut unum sustinebit et alterum contempnet. Vnusquisque enim secundum apostolicam uocem in quo uocatus est, in hoc debet manere, et in una locari ecclesia. Que enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena consistunt a Deo, ad<sup>9</sup> uite uero huius<sup>10</sup> necessitatem studia sunt diuersa. Ex eis ergo qui uoluerit<sup>11</sup> acquirat corporis oportuna. Ait enim apostolus, Ad<sup>12</sup> ea que michi opus erant, et his<sup>13</sup> qui mecum sunt, ministrauerunt manus iste. Et hec quidem in hac seruanda urbe. Ceterum in uillis<sup>14</sup> que foris sunt propter inopiam hominum indulgeatur.

*Vers. Anast. (PL 129.485-6); Dd 2.8 (frag. only); CB Var. II 67a as Dd; ID 6.311; C 21 q 1 c 1, of which last two sentences are a later addn*

<sup>1</sup> after 2.14.2 with mg. note Hec sententia debet poni ubi supra uideris hoc signum A

<sup>2</sup> Ne - conn. CRSWKNB; De vi (septima H) synodo ZOGHQA

<sup>3</sup> cp. xvi CRXSKN; cp. xv LWBZOGHQA; om. D

<sup>4</sup> ab CKBNZOGH; om. A

<sup>5</sup> con- ss O

<sup>6</sup> est add. ZOGHA, om. CKNB

<sup>7</sup> est CKNBP; om. ZOGHA

<sup>8</sup> an obscure letter follows in Z

<sup>9</sup> corr. fr. a O

<sup>10</sup> huius CRSWBZOGHA; eius KND

<sup>11</sup> corr. fr. nol- Z

<sup>12</sup> Ad CKDBZOHA; At N

<sup>13</sup> his CKNBZOGHQ; hi A

<sup>14</sup> u- interlined C

## 13

*Quod non liceat episcopis uel clericis fulgidis et claris uestibus uti<sup>1</sup> cp. xvi<sup>2</sup> [91rb]*

Omnis iactantia et ornatura corporalis aliena est a sacrato ordine. Eos ergo episcopos uel clericos<sup>3</sup> qui se fulgidis et claris uestibus ornant emendari oportet. Quod si in hoc

<sup>1</sup> Quod - uti CKNDB; om. ZOGHQA

<sup>2</sup> cp. xvi CRXLKNZOHOQA; cap. xviii W; om. DB



permanserint epythimio tradantur<sup>4</sup>. Similiter et eos qui unguentis<sup>5</sup> inunguntur<sup>6</sup>. Quoniam<sup>7</sup> uero radice amaritudinis exorta contaminatio facta est in ecclesia catholica Christianos calumpniantium heresis etiam hii qui hanc receperunt<sup>8</sup> non solum imaginarias scripturas abhominati sunt sed<sup>9</sup> et omnem reuerentiam reppulerunt, eos qui religiose<sup>10</sup> ac pie uiuunt<sup>11</sup> offendentes, ac per hoc completur in eis<sup>12</sup> quod scriptum est, Abhominatio est peccatoris Dei cultus. Igitur si inuenti fuerint deridentes eos qui uilibus et religiosis uestimentis amicti sunt, per epythimium corrigantur. Priscis enim temporibus omnis sacratus uir cum mediocri<sup>13</sup> ac uili ueste conuersabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam sed propter uenustatem<sup>14</sup> accipitur elationis<sup>15</sup> habet calumpniam quemadmodum magnus ait Basilius, sed neque ex sericis texturis uestem quis uariatam induebat, neque apponebant uariorum colorum ornamenta in summitatibus uestimentorum. Audierant enim ex deisona lingua<sup>16</sup> quia qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt.

*Vers. Anast. (PL 129.486); Dd 2.9 (frg. only); CB Var. II 67b as Dd; ID 5.377; C 21 q 4 c 1, of which much is a later addn*

<sup>3</sup> uel clericos CRKNPZOHA; *om.* B

<sup>4</sup> *corr. fr.* trand- O

<sup>5</sup> unguentis CRKBZQA<sup>2</sup>; ungentis OHA

<sup>6</sup> inung- CRNDBZOGHQ; iniung- K

<sup>7</sup> Quoniam CRNBZOGHQ; Quod A; Quo K

<sup>8</sup> -erunt CRKNBZOGH; -erint A

<sup>9</sup> sed LRXS<sup>2</sup>WKNDBZOHA; si CS

<sup>10</sup> regiose K

<sup>11</sup> uiuunt ac pie *marked for reversal* Z

<sup>12</sup> completur in eis CLRSBZOGHA; in eis impletur KND

<sup>13</sup> -c- *interlined* C

<sup>14</sup> *corr. fr.* uet- H

<sup>15</sup> elationis CRDBZOGHA; elongationis K; cl'onis N

<sup>16</sup> lingua CRNDBZOH; siga A; ex deisona lingua *om.* K

## 14<sup>1</sup>

### *Duplex monasterium non esse faciendum<sup>2</sup> cp. xviii<sup>3</sup>*

Et hoc<sup>4</sup> diffinimus minime duplex fieri monasterium, quia scandalum, id et offendiculum, multis efficitur. Si uero aliqui cum cognatis abrenuntiare et monasticam uitam sectari uoluerint<sup>5</sup>, debent uiri quidem uirorum adire cenobium, femine uero<sup>6</sup> mulierum ingredi monasterium. In hoc enim placatur Deus. Que autem hactenus sunt dupla secundum regulam sancti patris<sup>7</sup> Basylis et secundum preceptionem eius ita formentur. non habitent in uno monasterio monachi et monache. Adulterium enim<sup>8</sup> intercipit cohabitationem, si habeat [91va] aditum monachus ad monacham uel monacha ad monachum secreto ad colloctionem. Non cubet monachus in muliebri<sup>9</sup> monasterio, neque cum monacha singulariter conuiuetur. Et quando necessaria uite<sup>10</sup> a uirorum parte<sup>11</sup> ad regulares deferuntur, extra portam<sup>12</sup> hec suscipiat<sup>13</sup> abbatissa monasterii feminarum cum quadam uetula monacha. Porro si

<sup>1</sup> *om.* D

<sup>2</sup> non esse faciendum CLRWB; minime fieri debere KN. Duplex - faciendum CLRSWKNB; *om.* ZOGHQ

<sup>3</sup> xviii LRSKNZHQ; xxviii C; xxviii W; *om.* B; xviii OA

<sup>4</sup> *ss* Z

<sup>5</sup> -erint CRKNZOHA; -erit B; noluerint P

<sup>6</sup> uero CKNBZOA; *om.* HQ

<sup>7</sup> *corr. fr.* patres A; nostri *add.* N, *om.* CKBZOHA

<sup>8</sup> *ss* Z

<sup>9</sup> muliebri CRNBZOGHA<sup>2</sup>; mulieri KA; mulierum K<sup>2</sup>

<sup>10</sup> *ss* L<sup>2</sup>

<sup>11</sup> *corr. fr.* porta Z

<sup>12</sup> *ss* O

<sup>13</sup> *corr. fr.* -iant O

contigerit et aliquam propinquam suam uidere uoluerit monachus, in presentia abbatisse huic confabuletur per modica et compendiosa uerba et in breui<sup>14</sup> ab ea discedat.

*Vers. Anast. (PL 129.487); ID 7.25; +C 18 q 2 c 21*

<sup>14</sup> et in breui *add. in mg.* O<sup>2</sup>

## A2. XIII EX OCTAVA SYNODO<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Quomodo fieri debet episcoporum promotio uel consecratio  
ii. Vt quicumque de pontificatu ad monachorum descenderit uitam, nunquam ad pontificatum resurgat  
iii. De habenda dispensatione  
iiii. De eodem  
v. Quod liceat apostolice sedi iniuste dampnatos uel excommunicatos restituere, et suis redditis condempnatores eorum uel excommunicatores apostolico punire priuilegio  
vi. De excellentia sacerdotali  
vii. Non obesse inhonestatem parentum filiis honeste uiuentibus  
viii. Quali timore et fide uel respectu percipere debeamus corporis et sanguinis Christi gratiam  
viiii. Quod in iudicio presentium positum sit quantum uel quomodo penitere debeant qui delinquant  
x. De eodem  
xi. Quomodo suscipiendus sit<sup>3</sup> penitens  
xii. De penitentibus<sup>4</sup>  
xiii. De eo qui pro peccato non penitet  
xiiii. De his qui penituerint<sup>5</sup> pro aliquo delicto et rursus in hoc ipsum inciderint<sup>6</sup>  
xv. De prohibenda colloquutione clericorum et mulierum institutis seniorum<sup>7</sup>  
xvi. De his qui agere aliquid eorum definiunt que non placent Deo  
xvii. De infantibus qui offeruntur et de murmurantibus, ut<sup>8</sup> iuxta sacerdotis iudicium peniteant<sup>9</sup>  
xviii. De prelati si aut fecerint aut facere iusserint quod a Domino prohibitum est aut quod preceptum est preterierint, aut preterire man[91vb]dauerint  
xviiii. De eodem  
xx<sup>10</sup>. Item de eodem

<sup>1</sup> Ex oct. syn. CLWB; De oct. sinodo X; Capitula D; Capitula ex oct. syn. P; *om.* RKN

<sup>2</sup> *capitulatio om.* ZOGHQA, in CLRXSWKNDBP

<sup>3</sup> susc. sit CLRWNDB; sit susc. K

<sup>4</sup> DM *om. whole title, and renumber*

<sup>5</sup> -erint CRXSW; -er' LP; -erunt KNB

<sup>6</sup> delicto - inciderint (incid. *ss* R, *corr. fr.* inced- S, inciderunt NBP) CRXSWNBP; delictorum K; DM *om. whole title, and renumber*

<sup>7</sup> D( *but not* M) *om. whole title, and renumbers*

<sup>8</sup> *ss* B

<sup>9</sup> *corr. fr.* -ent K

<sup>10</sup> *om. whole entry* K, *renumbering the rest*

- xxi. Quod peccantibus consentiens et delinquentes defendens simili modo culpabilis sit
- xxii. De coniugatis ad monasterium conuerti uolentibus
- xxiii. De monachis contentiosis
- xxiiii. De eodem
- xxv. Vtrumque reum esse et qui de alio falsum profert et qui cito criminibus aurem prebet
- xxvi. De eodem
- xxvii. De excommunicatis
- xxviii. De eodem
- xxviiii. Abbatem uel monachum monasterii seruum non posse facere liberum<sup>11</sup>
- xxx. De iuuenibus uel suspectis si cum paruulis iocauerint uel aliquam familiaritatem habuerint
- xxxi. De Spiritu Sancto<sup>12</sup>
- xxxii. De sacramento corporis et sanguinis Domini

<sup>11</sup> DM *om. whole title, and renumber*

<sup>12</sup> DM *om. whole title, and renumber*

Adrianus papa secundus quod Nicholaus decessor eius disposuerat missos suos, Donatum scilicet Ostiensem<sup>1</sup> episcopum et Stephanum Nephesinum episcopum et Marinum dyaconum sancte Romane ecclesie ad Basylum imperatorem et ad filios eius, Constantinum et Leonem augustos Constantinopolim direxit<sup>2</sup>. Cum quibus et Anasthasius<sup>3</sup> bybliothecharius sedis Romane utriusque lingue, Grece scilicet et Latine peritus perrexit, et synodo congregata quam octauam uniuersalem synodum illuc<sup>4</sup> conuenientes appellauerunt exortum scisma de Ignatii depositione et Fotii ordinatione sedauerunt<sup>5</sup>, Fotium anathematizantes et Ignatium restituentes.

*CB Var. II 14g; D 63 c 2a*

<sup>1</sup> -iensem CKNZOGHQ; -iense A; ? B

<sup>2</sup> *corr. fr. direxerit Z*

<sup>3</sup> *corr. fr. Anastus O*

<sup>4</sup> *corr. fr. illic C*

<sup>5</sup> *Lacuna follows in O*

## 1

*Quomodo fieri debeat episcoporum promotio uel consecratio. Ex octaua synodo cp. xi<sup>1</sup>*

Promotiones et consecrationes episcoporum concordans prioribus conciliis clericorum electione ac decreto et episcoporum collegio fieri hec sancta et uniuersalis synodus diffiniuit et statuit, atque iure promulgauit neminem laicorum principum uel potentum semet inserere electioni uel promotioni<sup>2</sup> patriarche uel metropolitani, aut cuiuslibet episcopi, ne uidelicet inordinata et incongrua [92ra] hinc fiat contentio uel confusio, presertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum uel ceterorum laicorum habere conueniat, sed silere et attendere<sup>3</sup> sibi usquequo regulariter a collegio ecclesie suscipiat finem electio futuri pontificis. Si uero quis laicorum ad concertandum<sup>4</sup> et cooperandum inuitatur ab ecclesia, licet huiusmodi cum<sup>5</sup> reuerentia

<sup>1</sup> Quomodo - cons. Ex oct. syn. c. xi (? C, vi L) CLRSWB; Ex oct. syn. Quomodo cons. cap. xi (cap. xi *om.* D) KND; Ex oct. (viii O) syn. cp. xi ZOGHQA

<sup>2</sup> -ioni CKNPZOHA; -io B

<sup>3</sup> att- CRKDBZOHA; acc- N

<sup>4</sup> conuertendum *with a mark ss following Z*

<sup>5</sup> *corr. fr. non O*

si forte uoluerit obtemperare se asciscentibus<sup>6</sup>. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesiam<sup>7</sup> salutem promouet<sup>8</sup>. Quisquis autem secularium principum uel potentum uel alterius<sup>9</sup> dignitatis laicus aduersus communem ac consonantem atque canonicam electionem ecclesiastici<sup>10</sup> ordinis agere temptauerit<sup>11</sup> anathema sit donec obediat et consentiat quod ecclesia<sup>12</sup> de electione et ordinatione proprii presulis<sup>13</sup> se uelle monstrauerit.

*CB Varia II 107; Dd 4.18; AL 6.20; ID 5.122; IP 3.8; D 65 c 2b to salutem promouet, Ia (Nullus laicorum principum - conueniat. Quisquis - end)*

<sup>6</sup> ascic- BA(*before corr.*)

<sup>7</sup> -iam LRXSWNDBPZO; -sia C<sup>2</sup>KO<sup>2</sup>HQA; ? C

<sup>8</sup> -ouet CKNPZOHA; -onet B

<sup>9</sup> potestatis uel *add.* KND, *om.* CLRSWBZOHA

<sup>10</sup> -ci ss O

<sup>11</sup> tept- C

<sup>12</sup> *corr. fr.* deccl- O

<sup>13</sup> p- ss O

## 2

*Ex actione quinta synodi Constantinopolitane ccclxxxiii patrum sub viii Iohanne pape cui preluit Petrus presbiter cardinalis et Paulus Anthonitanus<sup>1</sup> episcopus et Eugenius Ostensis episcopus. Vt quicumque de pontificatu ad<sup>2</sup> monachorum descenderit uitam<sup>3</sup> nunquam ad pontificatum resurgat<sup>4</sup>*

Apochrisiarii pape<sup>5</sup> dixerunt. Hoc nequaquam apud nos habetur, ut quicumque de pontificali ordine ad monachorum id est penitentium descenderit uitam, ulterius possit ad pontificatum reuerti. ITEM. Precepit sancta synodus ut quicumque<sup>6</sup> de pontificali dignitate ad monachorum uitam et penitentie descenderit locum, nequaquam iam ad pontificatum resurgat. Monachorum enim uita subiectionis uerbum habet, et discipulatus, non docendi uel presidendi uel pascendi alios.

*Dd 4.437c; ID 7.149; C 7 q 1 c 45*

<sup>1</sup> *corr. fr.* Anconicot- O

<sup>2</sup> monasterium *add.* N, *om.* CRKDB

<sup>3</sup> uitam CRKDB; *om.* N

<sup>4</sup> Vt quicumque - resurgat CRSKNDB; *om.* ZOGHQA

<sup>5</sup> pape CRKDBZOHA; *om.* N

<sup>6</sup> ut quic. *repeated* N

Hucusque de conciliis Grecorum<sup>1</sup>. Deinde sequuntur<sup>2</sup> quedam sententie Grecorum doctorum<sup>3</sup>

<sup>1</sup> Grecorum LRSKNBZOGHQA; Gregorum C

<sup>2</sup> sequuntur G

<sup>3</sup> De sentiitiis Grecorum doctorum *add. in mg.* A

## A2. XIV [SENTENTIE GRECORUM]

### 3

*Ex epistola Cyrilli missa Maximo<sup>1</sup> dyacono [92rb] Antiocheno. De habenda dispensatione<sup>2</sup>*

Didici a diligendo michi Paulo monacho quia recusat pietas tua usque hodie communionem reuerentissimi episcopi Iohannis amplecti, pro eo quod quidam in

<sup>1</sup> Maximo CRKNBZJOA; Maximiano HQ

<sup>2</sup> Ex epistola - dispensatione *in mg.* ZOGQA

Antiochena ecclesia male adhuc cum Nestorio uel sentiant uel iam senserint quidem sed forsitan<sup>3</sup> resipuerint<sup>4</sup>. Probet igitur tua<sup>5</sup> modestia utrum aliquando colligi nude ac irreuerenter<sup>6</sup> cum Nestorio sentiant et inuicem colloquantur, licet aliquando cauteriatam habuerint conscientiam colligantur autem nunc acta penitentia super his<sup>7</sup> in quibus surrepti sunt, quamuis confiteri fortasse reuereantur excessum. INFRA. Vt autem non estimemur<sup>8</sup> amare contentionem amplectamur episcopi reuerentissimi Iohannis communionem, indulgentes ei et causa dispensationis eius negocium non subtilius uel districtius siue<sup>9</sup> uehementius erga se recognoscentes<sup>10</sup> agatur<sup>11</sup>. Dispensationis<sup>12</sup> enim gratia sicut dixi eget negocium multum.

PL 129 (Vers. Anastas.) 222; ID Prol. 130-1; +C 1 q 7 c 15

<sup>3</sup> -an CKNBZHA; -am O

<sup>4</sup> corr. fr. resp- Z

<sup>5</sup> after corr. O

<sup>6</sup> P p. 170 (last of quire xi) ends at irre-, and p. 171 begins Dispensationes (i.e. next canon), with a new hand and rubrics again

<sup>7</sup> his CKNBH; iis ZOQA

<sup>8</sup> -emur CLRKBZOHA; -entur XWND

<sup>9</sup> siue CNDBZOGHA; si ut K

<sup>10</sup> -entes CLXSKND; -entis RWBZOGHA

<sup>11</sup> after corr. O

<sup>12</sup> corr. fr. -ones H

#### 4

<sup>1</sup>Eiusdem<sup>2</sup> ad Gennadium presbiterum et archimandritam. De eodem<sup>3</sup>

Dispensationes rerum nonnumquam<sup>4</sup> cogunt parum quid a<sup>5</sup> debito quosdam foras exire, ut maius aliquid lucrifaciant. Sicut enim hii<sup>6</sup> qui mare nauigant tempestate urgente<sup>7</sup>, nauique periclitante anxii quedam exhonerant, ut<sup>8</sup> cetera salua permaneant ita et nos cum non habemus saluandorum omnium negociorum penitus certitudinem, despiciamus ex his quedam ne cunctorum patiamur<sup>9</sup> dispendia.

PL 129 (vers. Anast.) 222-3; ID Prol. 131; +C 1 q 7 c 16

<sup>1</sup> Ex add. CXSW, om. LRKNDBPZJOGHQA

<sup>2</sup> eiusdem CKNBZJOA; Fidem H

<sup>3</sup> De eodem CLSKNBP; om. ZOGHQA

<sup>4</sup> nonnumquam CRWBZOGHA; non tanquam S; non tantum KND

<sup>5</sup> a CKNBZHA; om. O

<sup>6</sup> hii CKNBHA; ii ZO

<sup>7</sup> urgente CNDBZOGHA; urgente K

<sup>8</sup> corr. fr. et O

<sup>9</sup> corr. fr. -imur O

#### 5

Anastasius patriarcha Felici pape. Quod liceat apostolice sedi iniuste dampnatos uel excommunicatos restituere<sup>1</sup> et suis redditis<sup>2</sup> condempnatores eorum uel excommunicatores apostolico punire priuilegio<sup>3</sup>

Fuit semper uestre apostolice sedis licentia iniuste dampnatos uel excommunicatos potestatiue sua auctoritate restituere [92va] et sua eis omnia reddere, et illos qui eos<sup>4</sup> condempnauerunt aut excommunicauerunt apostolico punire priuilegio, sicut etiam nostris<sup>5</sup> et anterioribus cognouimus actum<sup>6</sup> temporibus. ITEM. Antiquis regulis

<sup>1</sup> ss R

<sup>2</sup> -tis CRKDB; -itos N

<sup>3</sup> Quod - priu. CRKNDBP; om. ZOHQA

<sup>4</sup> illos qui eos CLRSWBZOHA; eos qui illos KND

<sup>5</sup> nostris CKNPZOHA; om. B

<sup>6</sup> actum CSKNBP; ante ZJOHQA; autem Z<sup>2</sup>

censitum est ut quicquid quamuis in remotis aut in longinquo<sup>7</sup> positis prouinciis super eorum querelis aut accusationibus ageretur non prius tractandum uel accipiendum esset quam ad noticiam alme sedis uestre esset deductum, ut huius auctoritate iuxta<sup>8</sup> quod fuisset pronuntiatio infirmaretur aut firmaretur.<sup>9</sup>

*H 480. 31-35, 481. 14-18; CB Varia II 17; Dd 1.23A (pt 1, var.), 24 (pt. 1); ID 5.15; +C 9 q 3 cc 11-12*

<sup>7</sup> *Lacuna in mid-word O*

<sup>8</sup> *iuxta CKNBZJOQ; iusta HA*

<sup>9</sup> *aut firm. in mg. R<sup>2</sup>*

## 6

*Gregorius Nazanzenus<sup>1</sup>. Sic ipsis<sup>2</sup> imperatoribus loquitur. De excellentia sacerdotali<sup>3</sup>*

Suscipitisne libertatem uerbi? Libenter accipitis quod lex Christi sacerdotali uos nostre<sup>4</sup> subicit potestati, atque<sup>5</sup> istis tribunalibus subdit? Dedit enim et nobis potestatem, dedit<sup>6</sup> principatum multo perfectiorem<sup>7</sup> principatibus uestris. Aut numquid iustum uobis uidetur si cedat spiritus carni, si a terrenis celestia superentur, si diuinis preferantur humana?

*Cf. above 1.62.70; ID 5.5; +D 10 c 6*

<sup>1</sup> *Nazanzenus CRSNBZOHA; Nazarenus KD*

<sup>2</sup> *ipsis CRKDBZOHA; om. N*

<sup>3</sup> *De (om. A) exc. sac. in mg. ZO[Q]A*

<sup>4</sup> *nostre CSBZOHA; uestre LRXWKNDP*

<sup>5</sup> *atque CKNBZOHQ; aque A*

<sup>6</sup> *pric add. and canc. O*

<sup>7</sup> *corr. fr. -ionem B*

## 7

*Iohannes<sup>1</sup> Chrisostomus super Matheum Omelia iii. Non obesse inhonestatem<sup>2</sup> parentum filiis honeste uiuentibus<sup>3</sup>*

Nunquam de uitiiis<sup>4</sup> erubescamus parentum. Sed unum<sup>5</sup> illud<sup>6</sup> queramus semper amplectamurque uirtutem<sup>7</sup>. Huiusmodi enim etiam<sup>8</sup> si alienigenam<sup>9</sup> habeat matrem, etiam si fornicatione pollutam uel quolibet<sup>10</sup> eiusmodi dedecore sordidatam, nichil tamen de eius aut uilitate<sup>11</sup> fuscabitur<sup>12</sup> aut crimine polluetur. Quod si fornicatorem<sup>13</sup> ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior uita commaculat, multo magis ex meretrice natus et adultera si propria uirtute decoretur parentum suorum non decoloratur<sup>14</sup> opprobriis. ITEM. Non est omnino, non est nec de uirtute nec de uicio parentum aut laudandus aliquis aut culpandus<sup>15</sup>, nemo inde uere aut obscurus aut clarus est. Immo et considerantius<sup>16</sup> aliquid [92vb] dicamus, ac<sup>17</sup> pressius<sup>18</sup>, nescio

<sup>1</sup> *Cristo add. and canc. O*

<sup>2</sup> *honestatem A*

<sup>3</sup> *Non obesse – uiu. in mg. ZOQA*

<sup>4</sup> *de uitiiis CNDBZOHA; diuitiis K*

<sup>5</sup> *Sed unum repeated and canc. Z*

<sup>6</sup> *corr. fr. illum O*

<sup>7</sup> *corr. fr. ueritatem S*

<sup>8</sup> *etiam CRKDBZOHA; om. N*

<sup>9</sup> *corr. fr. -rug- Z*

<sup>10</sup> *ss R<sup>2</sup>*

<sup>11</sup> *uilitate CRWK<sup>2</sup>NDBPZJOH; utilitate KQA*

<sup>12</sup> *fuscabitur CRWDBPZO<sup>2</sup>HA; -antur KN; fulcabitur O*

<sup>13</sup> *-atiorem A*

<sup>14</sup> *decoloratur CRWNDBZOHQ; decoretur KA*

<sup>15</sup> *aut inculpandus add. B, om. CRWKNPZOHA*

<sup>16</sup> *corr. fr. consod- Z*

<sup>17</sup> *ac CKNPZOHA; aut B*

<sup>18</sup> *expressius P*

quomodo magis ille resplendet, qui ex parentibus a<sup>19</sup> uirtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de uirtute mirabilis.

*CB Varia 1B.22; ID 6.414; D 56 c 4*

<sup>19</sup> a CKNBPZJ; ac OHQA

## 8

*Quali timore et fide uel respectu percipere debeamus<sup>1</sup> corporis et sanguinis Christi gratiam. Basylius episcopus dixit<sup>2</sup>*

Timorem quidem docet nos apostolus, dicens, Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Fidem uero edocet nos sermo Domini dicens, Hoc est corpus meum quod pro multis<sup>3</sup> datur. Hoc facite in meam commemorationem. Et apostolus de unigenito Dei filio, Humiliauit semet ipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Cum ergo anima fidem habet his dictis, et considerat magnificentiam glorie ipsius, et admiratur nimietatem humilitatis, quomodo tantus ac talis obediens fuit patri usque ad mortem pro nostra uita? Puto quia possit prouocari ad affectum<sup>4</sup> et dilectionem ipsius et Dei patris qui unico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Talem ergo fidem uel affectum preparare debet in animo suo is qui panem et calicem Domini percipit.

*Basil Reg. 134 abbrev. (PL 103.535); Quad. 4.2; De cons. D 2 c 25*

<sup>1</sup> -eamus CKNBP; -emus ZOHQA

<sup>2</sup> Bas. ep. dixit CSWND(*before Quali*)B?ZOHA; om. K

<sup>3</sup> corr. fr. uobis C

<sup>4</sup> aff- LRWB; eff- XSKNPZOHQA; ? C

## 9

*Cuius supra. Quod in iudicio presidentium positum sit quantum uel quomodo<sup>1</sup> penitere debeant qui delinquent<sup>2</sup>*

Hoc sit in iudicio positum eorum qui presunt uel quanto<sup>3</sup> tempore uel quali modo penitere<sup>4</sup> debeant qui delinquent quia etas ad eruditionem<sup>5</sup> multam<sup>6</sup> haberi facit differentiam pene.

*Basil, Reg. 194; Quad. 4.19; +C 26 q 7 c 8*

<sup>1</sup> quant. uel quom. CRKDB; quom. uel quant. N

<sup>2</sup> Quod - delinquent CRSKNDBP; om. ZOHQA

<sup>3</sup> quanto CKNBZOHQ; quando A

<sup>4</sup> -ere CSKNBPZQ; -eri Z<sup>2</sup>JOHA

<sup>5</sup> corr. fr. eruderudit- O

<sup>6</sup> -am CKNBP; -um ZOHQA

## 10

*De eodem<sup>1</sup>*

Vt pro<sup>2</sup> qualitate delicti penitentiae tempus impendatur.

*Quad. 4.20; +C 26 q 7 c 7*

<sup>1</sup> De eodem CRXSXKNDBP; De eadem re ZOHQA

<sup>2</sup> Vt pro CRXSKNMPZOHQ(*ut after corr.*); [ ] t pro S; Et B; Et pro A

## 11

*Idem<sup>1</sup>. Quomodo suscipiendus sit penitens<sup>2</sup>*

<sup>1</sup> Idem CRSWDBPOQA; om. KNH(*with no break*)

<sup>2</sup> Quomodo - penitens CSWKNDDBP; om. ZOHQA

Penitentem<sup>3</sup> ex corde ita oportet suscipi sicut Dominus ostendit cum dicit, Quia conuocauit<sup>4</sup> amicos meos et uicinos dicens, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam perdideram.

*Basil, Reg. 27; Quad. 4.24; BD 19.39 as Quad.; ID 15.55 as BD; +C 26 q 7 c 9*

<sup>3</sup> Penitentem CSWKNDPZOQA; Venientem B; enitentem H

<sup>4</sup> -aui CKNBPZH; -auit JOQA

## 12<sup>1</sup>

### *Cuius supra. De penitentibus<sup>2</sup>*

Affectum<sup>3</sup> illum in se recipiat penitens quam gerebat ille qui [93ra] dicebat, Iniquitatem odio habui et abhominatus sum. Sed ea que scripta sunt in sexto psalmo atque in aliis quamplurimis uel illa que apostolus dixit ad eos qui<sup>4</sup> secundum Deum constrictati sunt, Quantum operatum est, inquit, uobis sollicitudinem sed excusationem sed indignationem<sup>5</sup> sed emulationem sed uindictam in omnibus exhibuistis uos cautos esse negotio, sed et<sup>6</sup> ipsis in quibus deliquit agens multa contraria sicut Zacheus fecit.

*Basil, Reg. 18; Quad. 4.25; Reg. P. 1.326; +C 26 q 7 c 10*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Cuius supra. De pen. CRSWKBNP; Idem ZJ(mg.)OQA; Item idem H

<sup>3</sup> Aff- CRSKNP; Eff- BZJOHQ

<sup>4</sup> corr. fr. quidem O

<sup>5</sup> Quantum operatum est – indig. in mg. O<sup>2</sup>

<sup>6</sup> et CRWBZOHA; etiam in K; et in N

## 13

### *<sup>1</sup>De eo<sup>2</sup> qui pro<sup>3</sup> peccato non penitet<sup>4</sup>*

Erga eum qui pro peccato non penitet tales esse debemus, sicut Dominus<sup>5</sup> precepit<sup>6</sup> dicens, Sit tibi sicut gentilis et publicanus. Et sicut apostolus docuit, dicens, Subtrahite<sup>7</sup> uos ab omni fratre ambulante<sup>8</sup> inordinate, et non secundum traditionem quam tradimus<sup>9</sup> uobis.

*Basil, Reg. 28; Quad. 4.26; BD 19.64 from Reg. P.1.328; ID 15.78 from BD; +C 26 q 7 c 11*

<sup>1</sup> Basilus add. Z(after penitet)J(mg.)OQHA, om. CRSWKBNP

<sup>2</sup> De eo CRWKBZOHA; Deo N

<sup>3</sup> pro CRWNBZOHA; om. K

<sup>4</sup> De - pen.] De penitentibus D (cf c 12)

<sup>5</sup> added in mg. C

<sup>6</sup> -epit CKNBJOA; -ipit ZHQ

<sup>7</sup> uos add. and canc. O

<sup>8</sup> corr. fr. -ate K

<sup>9</sup> tradimus CSKNBP; tradidimus ZOHQA

## 14

### *De his qui penituerunt pro aliquo delicto et rursus in hoc ipsum<sup>1</sup> inciderunt<sup>2</sup>*

Si quis semel notatus<sup>3</sup> fuerit inuidie uel contentionis uicio, et<sup>4</sup> rursus in hoc ipsum inciderit, sciat se primam causam<sup>5</sup> ex qua inuidia uel contentio nascitur in interioribus medullis<sup>6</sup> habere reconditam. Oportet ergo eum<sup>7</sup> per contraria atque aduersa<sup>8</sup> curari, id

<sup>1</sup> ipsum CKNPZO; om. B

<sup>2</sup> De - inc. in mg. Z; -erunt LRXNDBPZOHA; -erint CWK?; ? S

<sup>3</sup> notatus CRNDBZOHA; uocatus K

<sup>4</sup> et CKNBP; om. ZOHA

<sup>5</sup> sciat se over erasure, primam causam in mg. Z

<sup>6</sup> medullis CNDBZOHA; om.K

<sup>7</sup> ergo eum CRSKNB<sup>2</sup>PZJO; eum B; eum ergo HQA (Q add. ss curari)

<sup>8</sup> An erasure follows O



est per humilitatis exercitium. Exercitia<sup>9</sup> uero humilitatis sunt, si se uilioribus officiis subdat et ministeriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantie et humane glorie uicium curari poterit, ut in consuetudine<sup>10</sup> humilitatis affectus ultra iam non incidat arrogantie<sup>11</sup> et uane glorie delictum, sed et<sup>12</sup> in singulis huiusmodi uiciis cura similis<sup>13</sup> adhibetur.

*Basil, Reg. 22; Quad. 4.32; De pen. D 2 c 1*

<sup>9</sup> -ti- ss O

<sup>10</sup> -ine RXSWNDBPZOHA; -inem CL

<sup>11</sup> et humane glorie uicium – arrogantie om. K

<sup>12</sup> et CKNBZOH; om. A

<sup>13</sup> -ilis CRKDB(ss)ZOHA; -iliter N

## 15

*<sup>1</sup>De prohibenda colloquutione clericorum<sup>2</sup> ac mulierum<sup>3</sup> institutis seniorum<sup>4</sup>*

In omnibus obseruari conuenit ut certus quis et certo tempore et certo in loco et certis personis uel apparere<sup>5</sup> clericus uel loqui debet mulieribus, ut excludatur omnis nefanda<sup>6</sup> suspicio. Certe solum ad solam [93rb] accedere nulla religionis ratio permittit, melius enim duo quam unus, simul<sup>7</sup> enim et fidelius et tutius res geritur<sup>8</sup>. Ve enim uni, quia si ceciderit non est qui erigat eum.

*Basil, Reg. 174; Quad. 4.42; +D 81 c 26*

<sup>1</sup> Cuius supra add. ZO(mg.)HQA, om. CSWKBNBP

<sup>2</sup> om. Q

<sup>3</sup> ac mulierum CLXSW; et mulierum RKNDBP; mulierumque ZOHQA

<sup>4</sup> De - sen. in mg. Z

<sup>5</sup> corr. fr. apa- O

<sup>6</sup> nefanda CRKDBZOHA; falsa N

<sup>7</sup> simul CRNDBZOHA; similis K

<sup>8</sup> geritur CRWBZOHA; agitur KND

## 16

*Ysidorus<sup>1</sup>. De his qui agere aliquid eorum<sup>2</sup> definiunt que non placent Deo<sup>3</sup>*

Si quis preuentus fuerit ut definiat agere aliquid eorum que non placent Deo, penitentiam agat, et quod contra mandatum Domini<sup>4</sup> statutum<sup>5</sup> est, in irritum reuocetur.

*Quad. 4.109; +C 22 q 4 c 19a*

<sup>1</sup> after Deo OHQA

<sup>2</sup> eorum CRKNP; om. ZOHA

<sup>3</sup> De his - Deo in mg. Z. B leaves space for rubric, which was not entered

<sup>4</sup> Domini CNDBZOHA; om. K

<sup>5</sup> corr. fr. statum O

## 17

*<sup>1</sup>De infantibus qui offeruntur<sup>2</sup> et de murmurantibus, ut iuxta sacerdotis iudicium peniteant<sup>3</sup>*

Oportet infantes cum uoluntate et consensu parentum, immo<sup>4</sup> ab ipsis parentibus oblatos sub testimonio plurimorum suscipi, ut omnis occasio maledicti gratia excludatur hominum pessimorum. ITEM. Firma autem tunc erit professio uirginitatis ex quo adulta iam etas<sup>5</sup> esse ceperit, et que solet nuptiis apta deputari ac perfecta<sup>6</sup>.

<sup>1</sup> De - peniteant om. B, leaving space; De - auferuntur in mg. Z

<sup>2</sup> offeruntur (-er- ss K) CRKNDP; auferuntur ZOHA

<sup>3</sup> et de murmur. - peniteant CRSKNDP; Item ZOHQ; om. A

<sup>4</sup> i- ss O

<sup>5</sup> etas CKNBZJHQ; om. OA

<sup>6</sup> New canon in ZOHQA

Apostolus dicit, Omnia facite sine murmuratione. Alienus sit a fratrum unitate qui murmurat, et opus huius abiciatur<sup>7</sup>. Si quis murmurans extiterit, ne penam murmurantium incurrat, de qua apostolus dicit, Neque murmuraueritis<sup>8</sup> sicut quidam<sup>9</sup> murmurauerunt et perierunt ab exterminatore iuxta mensuram opusque peccator<sup>10</sup> qui in hac sententia apostoli pleniter declaratur<sup>11</sup> sacerdotis iudicio peniteat.

*Basil, Reg. c 7 has Firma - perfecta. Oportet - pessimorum, c 71 Alienus - abiciatur, c 93 vers. of Si quis - exterminatore (v. loosely); Quad. 4.225 to perfecta, 152-3; C 20 q 2 c 4 'ex nona synodo', Oportet - pessimorum; C 20 q 1 c 1 ('nonae synodi', Firma- perfecta), +D 90 c 4 'ex octava synodo', Alienus - end*

<sup>7</sup> Vnde supra as beginning of new canon add. ZOHQA

<sup>8</sup> corr. fr. -atis O

<sup>9</sup> ss O

<sup>10</sup> -ator CRSWD<sup>2</sup>BZHA; -atorum KNPO; ? D

<sup>11</sup> corr. fr. -etur B

## 18

*Item cuius supra<sup>1</sup>. De prelati si aut fecerint aut facere iusserint<sup>2</sup> quod a Domino prohibitum est, aut quod preceptum<sup>3</sup> est preterierint<sup>4</sup>, aut preterire mandauerint<sup>5</sup>*

Si is<sup>6</sup> qui preest fecerit aut cuidam<sup>7</sup> quod a Domino prohibitum est facere iusserit, uel quod preceptum est<sup>8</sup> preterierit<sup>9</sup>, aut preterire<sup>10</sup> mandauerit<sup>11</sup> sancti Pauli apostoli sententia ingerenda est<sup>12</sup> ei dicentis<sup>13</sup>, Etiam<sup>14</sup> si nos aut angelus de celo euangelizauerit uobis preter [93va] quam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. *Basil, Reg. 13; Quad. 4.210; C 11 q 3 c 101a as 'Ysidorus'*

<sup>1</sup> Item - supra om. B

<sup>2</sup> iusserint CRWKD; uoluerint N

<sup>3</sup> aut quod prec. ss R

<sup>4</sup> -erint CLXSWND; -erit RKP

<sup>5</sup> De prelati - mand. CLRSWKNDP; om. BZOHA

<sup>6</sup> is CWKNBZH; hiis O<sup>2</sup>; quis O; his QA

<sup>7</sup> cuidam CLRSPZOHA; cuiquam KNDB

<sup>8</sup> ss C

<sup>9</sup> corr. fr. -ierie O

<sup>10</sup> corr. fr. preteriere K

<sup>11</sup> pret. mand. in mg. M. K microfilm lacks fo. and resumes near end of c 31 below

<sup>12</sup> ing. est CWNDPZOHA; est ing. B

<sup>13</sup> ei dicentis CLR<sup>2</sup>XSWNDB<sup>2</sup>PZOH; ei dicente R; dicentis B; ea dictis A

<sup>14</sup> Etiam CNBZOH; Et A

## 19

*Cuius supra. De eodem<sup>1</sup>*

Si quis prohibet nos<sup>2</sup> facere quod a Domino preceptum est uel rursus imperat fieri<sup>3</sup> quod Dominus fieri prohibet execrabilis sit<sup>4</sup> ab omnibus qui diligunt Deum.

*Quad. 4.211; C 11 q c 101b*

<sup>1</sup> Cuius supra. De eodem CRSWNDBP; Item. Cuius supra ZOHA

<sup>2</sup> corr. fr. uos O

<sup>3</sup> Lacuna follows O

<sup>4</sup> ss C

## 20

*Idem. De eodem<sup>1</sup>*

Is qui preest si preter uoluntatem Dei, uel preter quod in sanctis scripturis euidenter precipitur, uel dicit aliquid uel imperat, tanquam falsus testis Dei aut sacrilegus habeatur.

<sup>1</sup> Idem (Item WND). De eodem CRXSWNDBP; Item de eadem O; Item de eadem re cuius supra ZHQA

*Basil, Reg. 15; Quad. 4.212; C 11 q 3 c 101c and ends*

## 21

*Quod peccantibus consentiens et<sup>1</sup> delinquentes defendens simili modo culpabilis sit<sup>2</sup>*

Qui consentit peccantibus et defendit<sup>3</sup> alium delinquentem maledictus erit apud Deum et homines, et corripitur<sup>4</sup> increpatione seuerissima. Hinc et quidam sanctissimus pater ait, Si quis peccantem defendit, acrius quam ille qui<sup>5</sup> peccauit coherceatur. Hinc et alius pater ait, Si quis errori<sup>6</sup> alterius consenserit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum.

*Quad. 4.240; BD 11.46 var.; ID 14.110 as BD; C 11 q 3 c 100 ('Ysidorus', as here)*

<sup>1</sup> et CRWDB; id est N

<sup>2</sup> Quod - sit CRWNDP; Idem ZO; Item HQ; *om.* A

<sup>3</sup> -endit CRWDBZOHA; -endere N

<sup>4</sup> *corr. fr.* corpi- O

<sup>5</sup> *after corr.* N

<sup>6</sup> -ri ss Z

## 22

*De coniugatis ad monasterium conuerti<sup>1</sup> uolentibus<sup>2</sup>*

Si quis uult<sup>3</sup> coniugatus conuerti<sup>4</sup> ad monasterium, non est recipiendus nisi prius a coniuge castimoniam profitente fuerit absolutus<sup>5</sup>. Nam si uiuente illo per incontinentiam alii<sup>6</sup> nupserit, procul dubio<sup>7</sup> adultera<sup>8</sup> erit, nec recipitur<sup>9</sup> apud Deum eiusmodi uiri conuersio, cuius sequitur coniugalis federis prostitutio. Tales igitur<sup>10</sup> tunc sine culpa<sup>11</sup> sequuntur Christum relicto seculo si habeant ex pari uoluntate castitatis consensum.

*Isidore Reg. 4 (PL 103.559); Quad. 4.78; BD 9.45 (ex dictis Bas. fr. Reg. P.2.109); ID 8.183 as BD; C 27 q 2 c 22 'ex octaua synodo'*

<sup>1</sup> conuerti C<sup>2</sup>LRXSNMB; reuerti CP

<sup>2</sup> De - uolentibus CRSWNDBP; *om.* ZOHA

<sup>3</sup> uult CRXSNMBPZOHA; *om.* L

<sup>4</sup> ss L

<sup>5</sup> *corr. fr.* -ute O

<sup>6</sup> alii CWNBP; alteri ZOHA

<sup>7</sup> *corr. fr.* dubia Z

<sup>8</sup> abul- N

<sup>9</sup> *after corr.* B

<sup>10</sup> igitur CLXSWDM; ergo RNBPZOHA

<sup>11</sup> culpa C<sup>2</sup>LRWBPZOHA; *om.* C; dubio NDM; sine culpa *om.* XS

## 23

*De monachis contentiosis<sup>1</sup>*

Si quis monachus<sup>2</sup> contentiones uel<sup>3</sup> rixas amauerit, uel manifestum conuicium<sup>4</sup> fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris modumque peccati diuturna<sup>5</sup> expietur penitentia.

*Isidore, Reg. c 16 (PL 103.569); Quad. 4.159; BD 10.62 as C. Agde, from Reg. P.1.161; ID 13.63 as BD; +D 90 c 5a 'ex octaua synodo'*

<sup>1</sup> De - contentiosis CRSWKNDP; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> monachus CRSKNBP; *om.* ZOHQA

<sup>3</sup> uel C<sup>2</sup>LRSNBZHA; *om.* CX

<sup>4</sup> conuicium CNBHQ(*over erasure*); conuictum ZOA

<sup>5</sup> -na- ss O

24

*De eodem*<sup>1</sup>

Qui contentiosus<sup>2</sup> aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris tam diu peniteat quamdiu culpe<sup>3</sup> qualitas extat.

*Quad. 4.160; BD 10.53 as Co. Mainz, from Reg. P.1.162; ID 13.54 as BD; +D 90 c 5b 'ex octaua synodo'*

---

<sup>1</sup> De eodem CRSWNDBP; Vnde supra ZOHA

<sup>2</sup> osus ss L<sup>2</sup>

<sup>3</sup> ei(?) *add. and canc.* O

25

*Cuius supra. Vtrumque reum esse et qui de*<sup>1</sup> *alio falsam profert et qui cito criminibus aurem prebet*<sup>2</sup>

Non solum ille reus est qui falsum de alio [93vb] profert, sed et is<sup>3</sup> qui aurem cito criminibus prebet.

*Isidore, Lib. Sent. 3.55 no. 6 (PL 83.737); Quad. 4.175; +C 11 q 3 c 77 'ex octaua synodo'*

---

<sup>1</sup> de C<sup>2</sup>LXSWND; *om.* CRBP

<sup>2</sup> Vtrumque - prebet CRWNDBP; *om.* ZOHA

<sup>3</sup> is CSNBZJ<sup>2</sup>OH; his PJA; his etiam Q

26

*De eodem*<sup>1</sup>

Si quis<sup>2</sup> falsum dixerit, uel personam innocentis falso crimine maculauerit iuxta<sup>3</sup> sacerdotis arbitrium diuturna penitentia expurgetur.

*Reg. Isidore c 16; Quad. 4.176; +C 5 q 6 c 7 'ex octaua synodo'*

---

<sup>1</sup> De eodem CSWNDBP; De eadem re ZOHA

<sup>2</sup> quis CSNBPH; que ZJOQA

<sup>3</sup> iuxta CRNDBZOQ; iusta HA

27

*Cuius supra. De excommunicatis*<sup>1</sup>

Cum excommunicato neque orare neque loqui neque uesci cuique<sup>2</sup> licebit<sup>3</sup>.

*Reg. Isidore c 17; Quad. 4.253; Reg. P.2.397 var., Appx. 3.66 (Basilius); BD 11.31 as Reg. P. 2; ID 14.95 as BD; +C 11 q 3 c 18a as ID, 'Ysidorus'*

---

<sup>1</sup> De exc. CRSWNDBP; *om.* ZOHQA

<sup>2</sup> cuique CRWNDPZOHA; cuiquam B

<sup>3</sup> bit ss R<sup>2</sup>

28

*De eodem*<sup>1</sup>

Si quis frater aut palam aut absconse<sup>2</sup> cum excommunicato fuerit loquutus<sup>3</sup> aut iunctus communione, statim cum eo excommunicationis contrahat penam.

*Smaragdus, Comm. in S. Ben. c 26 (PL 102.852); Quad. 4.254; Reg. P.2.398 and App.3.66; BD 11.32; ID 14.96 as BD; +C 11 q 3 c 18b sl. var.*

---

<sup>1</sup> De eod. CRSWNDBP; Vnde supra ZOQ; *om.* HA

<sup>2</sup> *corr. fr.* abcon- B; *autem add. ss* H

<sup>3</sup> loquutus CRSNDBP; alloquutus ZOHA

29<sup>1</sup>

*Abbatem uel monachum monasterii seruuum non posse facere liberum<sup>2</sup>*

Abbati uel<sup>3</sup> monacho monasterii seruuum non licebit facere liberum. Qui enim nichil proprium habet, libertatem rei aliene dare non<sup>4</sup> debet<sup>5</sup>. Nam sicut et seculi leges senserunt<sup>6</sup> non potest alienari possessio nisi a proprio domino.  
*Reg. Isidore c 18; Quad. 4.305; D 54 c 22 'ex octaua synodo'*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Abbatem – posse (om. N) liberum (librem N) CRSWNBP; Cuius supra ZOHQA

<sup>3</sup> uel C<sup>2</sup>LRSBNZOHA; om. CX

<sup>4</sup> rei aliene dare non CRNPZOHA; rei (ss) aliene non (ss) B

<sup>5</sup> debet CLRXSNBPZOHA; potest W

<sup>6</sup> senserunt RXNBPZOHA; sanxerunt C(? after corr.); consenserunt L(later obsc. corr.)W

## 30

*De iuuenibus uel suspectis, si cum paruulis iocauerint uel aliquam familiaritatem habuerint<sup>1</sup>*

Si quis ex iuuenibus uel quecumque persona infirma et imperfecta ac suspiciosa, uel non bene<sup>2</sup> credita cum paruulis iocauerit uel riserit uel eos<sup>3</sup> osculatus fuerit<sup>4</sup> uel cum altero in uno loco iacuerit, diuturna penitentia expurgetur secundum prioris arbitrium.  
*Cf. Reg. Isidore c 16; Quad. 4.82; Reg. P.2.260; BD 17.36 om. sec. pr. arbit.; ID 9.94 as BD*

<sup>1</sup> De - habuerint CSWNDBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> bene CRSWNDBP; pene ZOHA

<sup>3</sup> om. L

<sup>4</sup> uel eos osc. fuerit ss C

## 31

*Dydimus<sup>1</sup> in libro de Spiritu Sancto. contra errorem Grecorum<sup>2</sup>*

 xlviii. De clericis qui uigiliis<sup>22</sup> desunt  
 xlviiii. De clericis inter temptationes ab officio declinantibus  
 l. Clericum artificio uictum querere debere  
 li. Clericum artificio uictum et uestimentum sibi preparare debere  
 lii. Clericos ad operandum ualidos et artificio et litteras discere debere  
 liii. De clericis inuidentibus  
 liiii. De clericis fratres accusantibus  
 lvi. De clericis adulatoribus et proditoribus  
 lvi.<sup>23</sup> De clericis maledicis  
 lvii. Frequenter litigantem et<sup>24</sup> accusandum facilem non recipiendum

<sup>11</sup> *ss B*<sup>12</sup> *DM om. whole title*<sup>13</sup> *DM om. whole title*<sup>14</sup> *ss C*<sup>15</sup> *cuiusquam LRXSWKDB; cuiuscumque with -cum- ss C*<sup>16</sup> *-ensus RWKBP; -ensu CLX; et consessu S; consessus D*<sup>17</sup> *corr. to consessu D*<sup>18</sup> *-no- ss C*<sup>19</sup> *l K which is henceforward nine out; whole title in mg. (unnumbered), so now one out X<sup>2</sup>*<sup>20</sup> *extraneis CLRWB; alienis KD*<sup>21</sup> *non CLRWDB; om. K*<sup>22</sup> *uigiliis CLRWDB; uigiis K*<sup>23</sup> *whole title in mg. B*<sup>24</sup> *ad add. RXSKDB, om. CLWP*

lviii.	De discordantibus clericis
lviii.	De scurrilibus <sup>25</sup> clericis et ioculatoribus <sup>26</sup>
lx. <sup>27</sup>	De clericis per creaturas iurantibus
lxi.	De clericis inter epulas cantantibus
lxii.	De clericis indictum ieiunium rumpentibus <sup>28</sup>
lxiii.	De his qui dominico die ieiunant
lxiiii.	De Pasche sollempnitate
lxv.	De clericis distractionem episcopi sui circa se iniustam putantibus
lxvi.	De seditiariis non ordinandis
lxvii.	De penitentibus non ordinandis
lxviii.	De his qui uiduas aut <sup>29</sup> repudiatas habuerunt uxores non ordinandis
lxviii.	De conuiujs et hereticorum societatibus <sup>30</sup> a clericis uitandis
lxx.	De conuenticulis hereticorum
lxxi.	De hereticis uitandis
lxxii.	De his qui communicant excommunicatis
lxxiii.	De his qui penitentiam querunt
lxxiiii.	De negligentioribus <sup>31</sup> penitentibus
lxxv.	De his qui in infirmitate penitentiam petunt <sup>32</sup> et non accepta obmutescunt
lxxvi.	Penitentibus uiaticum non negandum
lxxvii.	De penitentibus qui uiatico accepto superuixerint
lxxviii.	De penitentibus casu in itinere uel in mari mortuis
lxxviii.	Omni tempore ieiunii penitentibus manus imponi debere
lxxx.	Vt penitentes mortuos efferant et sepeliant <sup>33</sup>
lxxxii.	Penitentes omni die genua flectere debere
lxxxii.	De pauperibus et senibus ecclesie honorandis
lxxxiii.	Episcopum non debere prohibere quemcumque ecclesiam intrare [97vb]
lxxxiiii.	De baptizandis
<sup>34</sup> lxxxv.	De neophitis
lxxxvi.	Prouocantem ad iudicium alterius fidei iudicis excommunicandum
lxxxvii.	De his qui relictis ecclesie conuentibus ad spectacula uadunt
<sup>35</sup> lxxxviii.	De seruientibus augurijs uel incantationibus <sup>36</sup>
lxxxviii.	De inerguminis
xc.	Item de inerguminis
xc.	Item de eisdem
xcii.	De oblationibus dissidentium fratrum
xciii.	De his qui pauperes opprimunt
xciiii.	De his qui oblationes defunctorum retinent
xcv.	De accusatore et accusato

<sup>25</sup> -r- ss C; sculilibus S

<sup>26</sup> -atoribus CLXKP; -aribus RSWDB

<sup>27</sup> lxxviii repeated K, now eight out

<sup>28</sup> rump- CLRWDB; rup- K

<sup>29</sup> aut CLRWKD; uel B

<sup>30</sup> her. soc. CLW; soc. her. RXSKDBP

<sup>31</sup> -ri- ss C

<sup>32</sup> pen. pet. CLRWDB; pet. pen. K

<sup>33</sup> -e- ss C

<sup>34</sup> whole title in mg. but numbered lxxxiiii X<sup>2</sup>

<sup>35</sup> DM om. cc 88-91

<sup>36</sup> -ionibus CRWK; -oribus B

- xcvi. De his qui religiosis feminis preponendi sunt  
 xcvi. Laicum clericis presentibus non debere docere  
 xcvi. <sup>37</sup> Mulierem in conuentu uiros docere non debere<sup>38</sup>  
 xcvi. Ne mulier baptizet  
 c. Viduas adolescentes corpore debiles sumptu ecclesie sustentendas<sup>39</sup>  
 ci. De eodem  
 cii. Viduas que stipendiis ecclesie sustentantur in Dei opere assiduas esse<sup>40</sup>  
 debere

<sup>37</sup> Numbered both xcvi and xcvi, so restoring the sequence X

<sup>38</sup> doc. non deb. CLKB; non deb. doc. D

<sup>39</sup> sustentendas CXKDB; sustentas L

<sup>40</sup> ass. esse CRWKD; esse ass. B

## 1<sup>1</sup>

*Ex<sup>2</sup> concilio Cartaginensi<sup>3</sup> quarto cui interfuit Augustinus tempore Honorii augusti<sup>4</sup>.  
 Quales debeant ordinari episcopi<sup>5</sup>*

Qui<sup>6</sup> episcopus ordinandus est antea examinetur si natura sit prudens, si docibilis, si<sup>7</sup> moribus temperatus, si uita castus, si sobrius, si semper sui negocii cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in<sup>8</sup> scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus, et ante omnia si fidei documenta uerbis simplicibus asserat, id est Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatem coessentialem<sup>9</sup> et consubstantialem<sup>10</sup> et coeternalem<sup>11</sup> et coomnipotentem predicans, si singulas quasque in Trinitate personas<sup>12</sup> plenum Deum et totas tres personas unum Deum, si incarnationem diuinam non in Patre neque in Spiritu Sancto factam, sed in Filio tantum credat, ut qui erat<sup>13</sup> in diuinitate<sup>14</sup> Dei Patris Filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus uerus ex Patre, et homo uerus<sup>15</sup> ex matre, carnem ex matris [98ra] uisceribus habens, et animam humanam rationabilem simul<sup>16</sup> in eo utriusque nature, id est Deus et homo una persona, unus filius, unus Christus, unus Dominus, creator omnium que sunt et auctor, dominus et rector cum Patre et Spiritu Sancto omnium creaturarum, qui passus sit uera carnis passione, mortuus uera corporis sui<sup>17</sup> morte, resurrexit uera carnis<sup>18</sup> sue receptione et uera anime resumptione in qua ueniet<sup>19</sup> iudicare uiuos et mortuos. Querendum etiam<sup>20</sup> ab eo si noui et ueteris

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Ex CLKBZJOA; De NDP

<sup>3</sup> -nensi CKNBP; -niensi ZJOA

<sup>4</sup> De conc. - augusti *before c 11 below* D

<sup>5</sup> Quales - ep. *in mg.* Z; cap. i *add.* KZOHQA, om. CLRSWNBP

<sup>6</sup> Qui CLRWKNPZOHQ; Cum B; E A

<sup>7</sup> si CLRWKNZOHA; om. B

<sup>8</sup> in CLRWKNBZOH; om. A

<sup>9</sup> coessentialem C(-en- ss)LRWNBZOHA; essentialem K

<sup>10</sup> consub- CLRKNZOA; sub- B

<sup>11</sup> et const. et coet. CLRWKNBZOQA; om. H

<sup>12</sup> in Trin. pers. CLRWKBZOHA; pers. in Trin. N

<sup>13</sup> qui erat CRKNZOHA; querat B

<sup>14</sup> -ate CLRWKNBZOH; -atem A

<sup>15</sup> ss C

<sup>16</sup> simul CLRWNBZOHA; similis K

<sup>17</sup> corp. sui CRKNZOHA; sui corp. B

<sup>18</sup> passione mortuus uero - carnis *in mg.* O

<sup>19</sup> ueniet CLRWBZOHA; uenire KN

<sup>20</sup> etiam CKNBZOH; om. A



testamenti, id est legis et<sup>21</sup> prophetarum et apostolorum unum eundemque credat auctorem et Deum, si diabolus non per conditionem sed per arbitrium factus sit malus. Querendum etiam ab eo si credat<sup>22</sup> huius quam gestamus carnis<sup>23</sup> et non alterius resurrectionem, si credat iudicium futurum, et recepturos singulos pro his que in hac<sup>24</sup> carne gesserunt uel penas uel premia, si nuptias non prohibeat, si secunda matrimonia non dampnet, si carnum perceptionem non culpēt, si penitentibus reconciliatis communicet, si in baptisma<sup>25</sup> omnia peccata, id est tam illud originale contractum quam illa que uoluntarie admissa sunt dimittantur, si extra ecclesiam catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus inuentus fuerit<sup>26</sup> plene instructus, tunc cum consensu<sup>27</sup> clericorum et laicorum et conuentu totius prouincie episcoporum maximeque metropolitani uel auctoritate uel presentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi<sup>28</sup> episcopatu non sue delectationi nec suis<sup>29</sup> moribus sed his patrum diffinitionibus acquiescat. De hinc disponitur qualiter ecclesiastica officia ordinentur. *C. Carthage IV (rectius Statuta ecclesiae antiqua) c 1; H 303a-b; M 342-3; D 23 c 2 lacks last sentence*

<sup>21</sup> et CLRWKBZOHA; om. N

<sup>22</sup> -dat LRWBZOA; -dit KN; C *obsc. corr.*

<sup>23</sup> carnis CLRWKNB; om. ZOHA

<sup>24</sup> hac CLRWKBZOHA; om. B

<sup>25</sup> -isma CRSKBZJOQA; -ismo LXWNHQ<sup>2</sup>; -ismate P

<sup>26</sup> inu. fuerit CLRWKNBZOQA; fuerit inu. H

<sup>27</sup> cum cons- LRWBZOA; eum cons- CS; etiam cons- KN; cum sensu P

<sup>28</sup> nom. Chr. CLRWKBZOHA; Chr. nom. N

<sup>29</sup> ? *corr. fr.* suas C

## 2<sup>1</sup>

### *Qualiter ordinentur<sup>2</sup> episcopi cp. ii<sup>3</sup>*

Episcopus cum ordinatur duo episcopi ponant et teneant euangeliorum codicem super caput et ceruicem eius. Et uno super eum fundente<sup>4</sup> benedictionem<sup>5</sup>, reliqui omnes episcopi<sup>6</sup> qui assunt manibus suis caput eius [98rb] tangant<sup>7</sup>.

*C. Carth. IV c 2; H 303b; M 343; ID 5.124; IP 3.18; D 23 c 7*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> ordinentur CLRWKNBP; consecrentur ZOHA (O *add. and canc.* sequent after con-)

<sup>3</sup> Qual. - ep. in mg. Z; Throughout A2. 18 B either omits the c. no. or gives that of the sequence, not the source

<sup>4</sup> *corr. fr.* fundere K

<sup>5</sup> in mg. O

<sup>6</sup> omn. ep. CLWKNBZOQ(*after corr.*)A; ep. omn. H

<sup>7</sup> *corr. fr.* -unt Z

## 3<sup>1</sup>

### *Qualiter presbiteri ordinentur<sup>2</sup> cp. iii*

Presbiter cum ordinatur episcopo eum benedicente et manum super caput eius<sup>3</sup> tenente<sup>4</sup> etiam<sup>5</sup> omnes presbiteri<sup>6</sup> qui presentes sunt manus suas iuxta manum episcopi<sup>7</sup> super caput illius<sup>8</sup> teneant.

*C. Carth. IV c 3; H 303b; M 343; ID 6.12; IP 3.33; D 23 c 8*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Qual. - ord. in mg. Z

<sup>3</sup> super caput eius CLRWNBZOQA; eius super caput eius K; super eius caput H

<sup>4</sup> te et manum super – tenen in mg. C; tenente *repeated and canc.* O

<sup>5</sup> etiam CLRWBZOHA; et N

<sup>6</sup> qui presbiteri *add.* O

<sup>7</sup> etiam omnes pr. – episcopi om. K, with omnes presbiteri manus *supplied later in mg.*

<sup>8</sup> illius CLSWNBZOHQ; eius RKA

4<sup>1</sup>

*Quemadmodum dyacones<sup>2</sup> constituentur<sup>3</sup> cp. iiii*

Dyaconus cum ordinatur solus episcopus qui eum benedicit manus super caput illius ponat, quia non ad sacerdocium sed ad ministerium consecratur.

*C. Carth. IV c 4; H 303b; M 343; ID 6.13; IP 3.34; D 23 c 11*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> -ones CRWKNZOA; -oni B

<sup>3</sup> Quem. - const. *in mg.* Z; constituentur LRKNBPZOHA; ordinentur CXSW

5<sup>1</sup>

*Quemadmodum subdyaconi ordinentur<sup>2</sup> cp. v*

Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit patenam de manu episcopi accipiat uacuum et calicem uacuum. De manu uero archidiaconi accipiat urceolum<sup>3</sup> cum aqua et aquamanile<sup>4</sup> et<sup>5</sup> manutergium.

*C. Carth. IV c 5; H 303b; M 343; ID 6.14; IP 3.35; D 23 c 15*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Quem. - ord. *in mg.* Z

<sup>3</sup> urceolum CLRWNBZOHA; urceum K

<sup>4</sup> et aquamanile RXSKNBZOHA; et manile CWP; aquamanile L

<sup>5</sup> et CKNBZOH; om. A

6<sup>1</sup>

*Quemadmodum acoliti ordinentur<sup>2</sup> cap. vi*

Accolitus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo<sup>3</sup> agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium<sup>4</sup> cum cereo, ut sciat se ad accendenda<sup>5</sup> ecclesie luminaria mancipari. Accipiat et urceolum uacuum<sup>6</sup> ad<sup>7</sup> suggerendum uinum in eucharistiam sanguinis Christi.

*C. Carth. IV c 6; H 303b; M 344; ID 6.15; IP 3.36; D 23 c 16*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Quem. - ord. *in mg.* Z

<sup>3</sup> off. suo CLRWKBZOA; suo off. N

<sup>4</sup> cero- ss H

<sup>5</sup> *corr. fr.* acced- B

<sup>6</sup> uacuum CLRWKNBZOQA; uacuum H

<sup>7</sup> *corr. fr.* et O

7<sup>1</sup>

*Qualiter<sup>2</sup> exorciste constituentur<sup>3</sup> cp. vii*

Exorcista cum ordinatur accipiat de manu episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo, Accipe<sup>4</sup> et commenda<sup>5</sup> memorie et habeto potestatem imponendi manus<sup>6</sup> super inerguminum siue baptizatum siue catecuminum.

*C. Carth. IV c 7; H 303b; M 344; ID 6.16; IP 3.37; D 23 c 17*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Qualiter CLRWBZOHA; Quemadmodum KN

<sup>3</sup> Qual. - const. *in mg.* Z

<sup>4</sup> ss O

<sup>5</sup> commenda CLRWKNBZOQA; commoda H

<sup>6</sup> ss C

8<sup>1</sup>*Qualiter lectores fiant<sup>2</sup> cp. viii*

Lector cum ordinatur, faciat de illo uerbum episcopus ad plebem, indicans eius fidem<sup>3</sup> ac uitam atque ingenium. Post hec spectante plebe tradat ei codicem de quo lecturus est dicens ad eum, Accipe et esto<sup>4</sup> relator uerbi Dei, habiturus si fideliter et utiliter impleueris officium partem cum eis qui uerbum Dei<sup>5</sup> ministrauerint.

*C. Carthage IV c 8; H 303b-4a; M 344; ID 6.17; IP 3.38; D 23 c 18*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Qual. - fiant *in mg.* Z

<sup>3</sup> fidem CRWKNBZOH; fide A

<sup>4</sup> esto CRWKNBZOH; octo A

<sup>5</sup> ss O

9<sup>1</sup>*Qualiter ostiarii ordinentur<sup>2</sup> cp. viiii*

Ostarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter [98va] in domo Dei<sup>3</sup> debeat conuersari, ad suggestionem archidiaconi tradat ei<sup>4</sup> episcopus clauis ecclesie de altario dicens ei, Sic age quasi redditurus<sup>5</sup> Deo rationem pro his rebus que istis clauibus recluduntur.

*C. Carthage IV c 9; H 304a; M 344; ID 6.18; IP 3.39; D 23 c 19*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Qual. - ord. *in mg.* Z; ordinentur LRWKBZOA; constituentur N; ? C

<sup>3</sup> Dei CWKNBZJHQ<sup>2</sup>A; om. OQ

<sup>4</sup> ei LRWKNBPZOHA; om. CXS

<sup>5</sup> *after corr.* B

10<sup>1</sup>*Qualiter psalmiste fiant<sup>2</sup> cp. x*

Psalmista, id est cantor, potest absque scientia episcopi sola iussione presbiteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbitero, Vide ut quod<sup>3</sup> ore cantas corde credas<sup>4</sup>, et quod corde credis operibus probes.

*C. Carthage IV c 10; H 304a; M 344; ID 6.19; IP 3.40; D 23 c 20*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Qual. psalm. *in mg.* Z; fiant CRWKNB; om. ZOHQA

<sup>3</sup> quod CWKNBZOH; quo A

<sup>4</sup> corde credas CRWKNPJOHA; credas corde B; corde crede credas Z

## 11

<sup>1</sup>*In qualibus uestibus sanctimoniales uirgines suo episcopo<sup>2</sup> offerri debeant<sup>3</sup> cp. xi<sup>4</sup>*

Sanctimonialis uirgo cum ad consecrationem suo episcopo offertur<sup>5</sup>, in talibus uestibus applicetur qualibus semper usura est<sup>6</sup>, professioni et sanctimonie aptis<sup>7</sup>.

*C. Carth. IV c 11; H 304a; M 344; D23 c 24*

<sup>1</sup> D adds here De concilio Karthaginensi iiii cui interfuit Augustinus tempore Honorii augusti *from c 1 above*

<sup>2</sup> suo ep. CLRWKBZOHA; om. N

<sup>3</sup> In - deb. *in mg.* Z; DM lack rubrics and cap. nos throughout this section

<sup>4</sup> cp. xi om. DA

<sup>5</sup> offertur CLRWKNDB; offeratur ZOHA

<sup>6</sup> lacuna follows O

<sup>7</sup> *after corr.* O

12<sup>1</sup>

*Qualiter sponsi et sponse benedicantur cp. xiii<sup>2</sup>*

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote a parentibus suis uel a paranimphys offerantur. Qui cum benedictionem acceperint<sup>3</sup>, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in uirginitate permaneant.

*C. Carth. IV c 13; H 304a; M 344; ID 8.143 as BD 9.5, cf 8.6; IP 6.20; D 23 c 33*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> xii L; Qual. - ben. (in mg.) xii Z

<sup>3</sup> -erint CLRWNBZOHA; -erit K

13

*De cellula sacerdotis<sup>1</sup> cp. xiiii<sup>2</sup>*

Vt episcopus non longe ab ecclesia hospitium habeat.

*C. Carth. IV c 14; H 304a; M 344; cf +D 41 c 7b*

---

<sup>1</sup> De - sac. in mg. Z

<sup>2</sup> xiiii LZ

14

*De uictu et habitu sacerdotis<sup>1</sup> cp. xv<sup>2</sup>*

Vt episcopus uilem suppellectilem<sup>3</sup> et mensam ac uictum pauperem habeat et dignitatis sue auctoritatem fide et uite meritis querat.

*C. Carth. IV c 15; H 304a; M 344; +D 41 c 7a*

---

<sup>1</sup> De - sac. in mg. Z

<sup>2</sup> xviii LZ

<sup>3</sup> suppellectilem CLRWN<sup>2</sup>DBPZOH; superlectilem K; suspellectilem A; ? N

15

*Vt episcopus libros gentilium non<sup>1</sup> legat<sup>2</sup> c. xvi<sup>3</sup>*

Vt episcopus gentilium libros<sup>4</sup> non legat. hereticorum autem pro necessitate et tempore.

*C. Carth. IV c 16; H 304a; M 344; ID 4.160; IP 2.130; D 37 c 1*

---

<sup>1</sup> interl. C

<sup>2</sup> Vt - leg. in mg. Z

<sup>3</sup> vi XK; xv LZ

<sup>4</sup> gent. lib. RXKNDBPZOHA; lib. gent. CLSW

16

*Vt episcopus indigentium<sup>1</sup> curam per<sup>2</sup> presbiteros et diaconos agat<sup>3</sup> c. xvii<sup>4</sup>*

Vt episcopus gubernationem uiduarum et pupillorum ac<sup>5</sup> peregrinorum non per se ipsum sed per archipresbiterum aut archidiaconum<sup>6</sup> agat<sup>7</sup>.

*C. Carth. IV c 17; H 304a; M 344; +D 88 c 7*

---

<sup>1</sup> -tium CRWKNZOHA; -tiam B

<sup>2</sup> per CRKNBZOH; om. A

<sup>3</sup> Vt - agat in mg. Z

<sup>4</sup> xvi LZ; vii X

<sup>5</sup> ac CRKNZOHA; et B

<sup>6</sup> -onum CLRWZ; -onem SKNBPOHA

<sup>7</sup> aut arch. ag. in mg. H

17

*Vt episcopus per testamentum tuitionem<sup>1</sup> non impendat<sup>2</sup> cp. xviii<sup>3</sup>*

Vt episcopus tuitionem testamentorum non suscipiat.

*C. Carth. IV c 18; H 304a; M 344; +D 88 c 5*

---

<sup>1</sup> per test. tuit. CLRXPZJOA; tuit. test. W; per tuit. test. KN; tuit. per test. H

<sup>2</sup> Vt - imp. in mg. Z

<sup>3</sup> cp. xviii om. XN; xvii LZ; ? K

## 18

*Vt episcopi pro rebus secularibus non litigent<sup>1</sup> cp. xviii<sup>2</sup>*

Vt episcopus nec<sup>3</sup> prouocatus pro rebus [98vb] transitoriis litiget.

*C. Carth. IV c 19; H 304a; M 344; C 14 q 1 c 1*

---

<sup>1</sup> Vt - lit. in mg. Z

<sup>2</sup> xviii CSWKJO; xviii LPZ; viii X; xx QA; om. NH

<sup>3</sup> -c ss K; nec ss O

## 19

*Vt episcopus tantum spiritualibus debeat esse intentus<sup>1</sup> cp. xx<sup>2</sup>*

Vt episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet sed ut lectioni et orationi et uerbo predicationis tantummodo<sup>3</sup> uacet.

*C. Carth. IV c 20; H 304a; M 345; +D 88 c 6*

---

<sup>1</sup> Vt - int. in mg. Z

<sup>2</sup> xx CLXWKJOH; xviii PZ; xxi QA; om. N

<sup>3</sup> -do ss K

## 20<sup>1</sup>

*Vt episcopus egrotans pro se legatum ad synodum mittat<sup>2</sup> cp. xxi<sup>3</sup>*

Vt episcopus ad synodum ire non tardet<sup>4</sup>, si non satis graui necessitate inhibeat. sic tamen ut in persona sua legatum mittat, suscepturus salua fidei ueritate quicquid synodus statuerit.

*C. Carthage IV c 21; H 304a; M 345; +D 18 c 9*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Vt - mittat in mg. ZO

<sup>3</sup> xxi CLRXWKOH; xx PZ; xxii A; om. N

<sup>4</sup> ire non tardet] tardet (*corr. fr. tradet*) non ire O

## 21

*Vt episcopus sine testimonio clericorum et plebis<sup>1</sup> clericos non instituat<sup>2</sup> cp. xxii<sup>3</sup>*

Vt episcopus sine consilio clericorum suorum clericos non ordinet, ita ut ciuium conuentiam<sup>4</sup> et testimonium querat.

*C. Carth. IV c 22; H 304a; M 345; +D 24 c 6*

---

<sup>1</sup> plebis CLRXWKBZOHA; laicorum N

<sup>2</sup> Vt - inst. in mg. Z

<sup>3</sup> xxii CLRWOH; xxi PZQ; xxiii A; om. N; ? K

<sup>4</sup> conuentiam CLRSWNDZOHA; conuenientiam X(*after corr.*)KB; conscientiam P

## 22<sup>1</sup>

*Vt episcopus causas<sup>2</sup> clericis presentibus audiat<sup>3</sup> cp. xxiii<sup>4</sup>*

---

<sup>1</sup> om. D (*in M*)

<sup>2</sup> causas CKNBOHQA; causam Z

<sup>3</sup> Vt - aud. in mg. Z

Vt episcopus nullius causam audiat<sup>5</sup> absque presentia clericorum<sup>6</sup> suorum. Alioquin irrita erit sententia<sup>7</sup> episcopi<sup>8</sup> nisi presentia clericorum confirmetur.

*C. Carth. IV c 23; H 304a; M 345; C 15 q 7 c 6 var.*

<sup>4</sup> xxiii CXRSWKOH; xxii PZ; xxiii QA; *om.* N

<sup>5</sup> -u- *ss* C

<sup>6</sup> *after corr. and in mg.* L

<sup>7</sup> -iam ZJ(*before corr.*); *erasure follows in* O

<sup>8</sup> episcopi CRWKNPZOHA; *om.* B

## 23

<sup>1</sup> *Vt quando episcopus uerbum facit nullus discedat<sup>2</sup> c. xxiii<sup>3</sup>*

Sacerdote uerbum in ecclesia<sup>4</sup> faciente qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur.

*C. Carth. IV c 24; H 304a; M 345; De cons. D 1 c 63*

<sup>1</sup> *Whole c. in mg.* O

<sup>2</sup> Vt - disc. *in mg.* Z

<sup>3</sup> xxiii CLRXSWKJO; xxiii P?ZH; xxv QA; *om.* N

<sup>4</sup> uerb. in eccl. CKNBJOHA; in eccl. uerb. PZQ

## 24

*De discordantibus episcopis<sup>1</sup> cp. xxv<sup>2</sup>*

Dissidentes<sup>3</sup> episcopos si non timor Dei synodus reconciliet.

*C. Carth. IV c 25; H 304b; M 345; +D 90 c 6*

<sup>1</sup> De - ep. *in mg.* Z

<sup>2</sup> xxv CRLSWKJOH; xxiii PZ; xxvi QA; *om.* XN

<sup>3</sup> *A short erasure follows in* B

## 25<sup>1</sup>

*Vt episcopus dissidentes concordare compellat<sup>2</sup>. xxvi<sup>3</sup>*

Studendum est<sup>4</sup> episcopis ut dissidentes fratres siue<sup>5</sup> clericos siue laicos ad pacem magis quam ad iudicium cohortentur.

*C. Carth. IV c 26; H 304b; M 345; +D 90 c 7*

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> Vt - comp. *in mg.* Z; compellat CRWKZJOHA; concordat N

<sup>3</sup> xxvi CRXWKJOHQ; xxv P?Z; *om.* N

<sup>4</sup> *ss* O

<sup>5</sup> *corr. fr. sine* Z

## 26

*De<sup>1</sup> episcopo uel clerico<sup>2</sup> in alio loco non<sup>3</sup> transferendo<sup>4</sup> c. xxvii<sup>5</sup>*

Vt episcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si pro utilitate ecclesie<sup>6</sup> poposcerit, decreto pro eo clericorum et laicorum episcopis porrecto<sup>7</sup> in presentiam synodi transferatur, nichilominus alio in<sup>8</sup> loco eius episcopo subrogato. Inferioris uero gradus sacerdotes

<sup>1</sup> De CRKNBZOH; Vt A

<sup>2</sup> ep. uel cl. CLRWKNPZOHA; cl. uel laico B

<sup>3</sup> non CKNBJOHQ; *om.* PZ

<sup>4</sup> -endo CLWKNBPQ<sup>2</sup>A; -endum ZJOHQ

<sup>5</sup> xxvii CKOHA; xxvi Z; *om.* XN

<sup>6</sup> pro utilitate ecclesie (eccl. *ss* C) CLRWNDBZOHA; utilitas ecclesie K

<sup>7</sup> -or- *ss* O

<sup>8</sup> alio in CLRKDBZOHA; in alio N

uel alii clerici concessione [99ra] suorum episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare.

*C. Carthage IV c 27; H 304b; M 335; ID 5.125; IP 3.70; +C 7 q 1 c 37*

**27<sup>1</sup>**

*De dampnatione episcoporum a synodo retractanda<sup>2</sup> c. xxviii<sup>3</sup>*

Irritam esse iniustam episcoporum dampnationem. idcirco a synodo retractandam.

*C. Carthage IV c 28; H 304b; M 345; C 11 q 3 c 35*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> De - retr. in mg. Z; retractanda LRWKBPA; tractanda N; retractandam ZJOHQ?; ? C

<sup>3</sup> xxviii CRXWKOHA; xxvii BPZ; om. N

**28**

*De episcopo qui alicui crimen obiecerit<sup>1</sup> cp. xxviii<sup>2</sup>*

Episcopus si clerico uel laico crimen imposuerit, deducatur ad probationem in synodum.

*C. Carth. IV c 29; H 304b; M 345; C 6 q 2 c 1*

---

<sup>1</sup> De - ob. in mg. Z

<sup>2</sup> xxviii CKOHA; xxx X; xxviii PZ; om. N; ? B

**29**

*Quod irrita sit episcoporum sententia in<sup>1</sup> absentem<sup>2</sup> cp. xxx<sup>3</sup>*

Caueant<sup>4</sup> iudices ecclesie ne absente eo<sup>5</sup> cuius causa uentilatur sententiam proferant, quia irrita erit, immo et causam in synodo pro facto dabunt.

*C. Carth. IV c 30; H 304b; M 345*

---

<sup>1</sup> ss Z

<sup>2</sup> Quod - abs. in mg. Z

<sup>3</sup> xxx CKNPOHA; xxix Z; om. X; ? B

<sup>4</sup> Cau- CRKNPZOHA; Pau- B

<sup>5</sup> ss C

**30**

*Qualiter ab episcopo res ecclesie habeantur<sup>1</sup> xxxi<sup>2</sup>*

Vt episcopus rebus ecclesie tanquam commendatis non tanquam propriis utatur.

*C. Carth. IV c 31; H 304b; M 345; cf C 12 q 2 c 52 med.*

---

<sup>1</sup> Qual. - hab. in mg. Z; Quod irrita sit episcoporum sententia (cf c 28) P

<sup>2</sup> xxxi CXKNHA; xxx Z; om. PO; ? B

**31**

*De irritis distractionibus<sup>1</sup> episcoporum<sup>2</sup> cap. xxxii<sup>3</sup>*

Irrita erit episcoporum donatio uel uenditio uel commutatio rei ecclesiastice absque conuentione et subscriptione clericorum<sup>4</sup>.

*C. Carth. IV c 32; H 304b; M 345; BD 3.170 (as C. ap. Valent.); ID 3.231 (as C. Carthage IV in ed., but in sequence of texts from BD, and as C. Valence in mss); IP 2.86 as BD; C 12 q 2 c 52 end*

---

<sup>1</sup> distract- CLRWKNBP; district- Z?OHA

<sup>2</sup> De - ep. in mg. Z

<sup>3</sup> xxxii CKNOHA; xxxi Z; om. X

<sup>4</sup> clicorum H

## 32

*De episcopis atque<sup>1</sup> presbiteris ut a<sup>2</sup> cuiusquam ecclesia in ordine suo recipiantur<sup>3</sup>  
cp. xxxiii<sup>4</sup>*

Episcopi uel presbiteri si causa uisitande<sup>5</sup> ecclesie alterius episcopi ad ecclesiam uenerint, et in gradu suo suscipiantur, et tam ad uerbum faciendum quam ad oblationem consecrandam inuitentur.

*C. Carth. IV c 33; H 304b; M 345; +C 7 q 1 c 38*

<sup>1</sup> *corr. fr.* aut O

<sup>2</sup> *ss* A

<sup>3</sup> De - recip. *in mg.* Z

<sup>4</sup> xxxiii CXKNOHA; xxxii Z

<sup>5</sup> -si- *ss* B

## 33

*De primatu<sup>1</sup> consessus<sup>2</sup> presbiterorum cum episcopo<sup>3</sup> cp. xxxiiii<sup>4</sup>*

Vt episcopus in quolibet loco sedens stare presbiterum non patiatur.

*C. Carth. IV c 34; H 304b; M 345; +D 95 c 9*

<sup>1</sup> -atis X

<sup>2</sup> consessus CLRBPZ?HQA; confessis X; et consessu S; confessus W; consensus KN; concessus O

<sup>3</sup> De - ep. *in mg.* Z

<sup>4</sup> xxxiiii CKNOHA; xxxviii X; xxxiii Z; B

## 34

*De consensu<sup>1</sup> presbiterorum cum episcopo in ecclesia<sup>2</sup> c. xxxv<sup>3</sup>*

Vt episcopus in ecclesia in consessu<sup>4</sup> presbiterorum sublimior sedeat, intra domum uero collegam se presbiterorum esse cognoscat.

*C. Carth. IV c 35; H 304b; M 345; +D 95 c 10*

<sup>1</sup> consensu CLXWKN; consessu RBPZJHQA; cons'ssu S; consessu *corr. fr.* conessu O

<sup>2</sup> De - eccl. *in mg.* Z

<sup>3</sup> xxxv CLRXWKNPOHQ; xxxiiii Z; xxxvi A; ? B

<sup>4</sup> consessu CLRXWKNDBZJOHQ; consensu A

## 35

*Vt presbiteri parroechiani aut per se aut per eos qui sacra tractant accipiant<sup>1</sup>  
chrisma<sup>2</sup> c. xxxvi<sup>3</sup>*

Presbiteri qui per dyocesces ecclesias regunt, non a quibuslibet episcopis sed a suis nec<sup>4</sup> per iuniorem clericum sed omni anno aut per se ipsos<sup>5</sup> aut per illum qui sacrarium tenet, ante Pasche sollempnitatem chrisma petant.

*C. Carth. IV c 36; H 304b; M 345; ID 1.270 from BD 4.76; IP 1.101 as ID; +D 95 c 4 as here, De cons. D 4 c 123 as BD*

<sup>1</sup> a- *ss* A

<sup>2</sup> Vt - chrisma *in mg.* Z

<sup>3</sup> xxxvi CLRWKNPOH; xxxv Z; xxxvii A

<sup>4</sup> sed (nec *ss*) B

<sup>5</sup> ipsos CLRSWKNB?P; ipsum ZOHA



**36**

*De obedientia [99rb] dyaconorum<sup>1</sup> erga<sup>2</sup> presbiteros<sup>3</sup> cp. xxxvii<sup>4</sup>*

Vt dyaconus ita se presbiteri ut episcopi ministrum esse cognoscat.

*C. Carth. IV c 37; H 304b; M 345; D 93 c 17*

---

<sup>1</sup> et add. ZJOH, om. CKNBPA

<sup>2</sup> erga C

<sup>3</sup> De - presb. in mg. Z

<sup>4</sup> xxxvii CLRWKNPOH; xxxvi Zmg; xxxviii A; om. X; ? B

**37**

*Vt dyaconus eucharistiam ministret presbiteri iussu<sup>1</sup> cp. xxxviii<sup>2</sup>*

Vt dyaconus presente presbitero eucharistiam corporis Christi populo si necessitas cogit iussus<sup>3</sup> eroget.

*C. Carth. IV c 38; H 304b; M 346; D 93 c 18*

---

<sup>1</sup> Vt - min. in mg. Z; min. presb. iussu (ss W) CLW; presb. iussu min. RSKBZOHA; iussu presb. min. NP

<sup>2</sup> xxxviii CRXSKNOH; xxxiii L; om. PJ; xxxvii Z; xl A; ? B

<sup>3</sup> iussus CKNBPJOHA; om. Z

**38**

*Vt dyaconus iubente<sup>1</sup> presbitero sedeat<sup>2</sup> cp. xxxviii<sup>3</sup>*

Vt dyaconus quolibet loco iubente presbitero sedeat.

*C. Carth. IV c 39; H 304b; M 346; D 93 c 19a var.*

---

<sup>1</sup> iubente CLSKNBOQA; coram H

<sup>2</sup> Vt - sed. in mg. Z

<sup>3</sup> xxxviii CLRXWKNBOH; xxxviii ZJ; xli and xliii in mg. A; om. P

**39**

*Vt dyaconus coram presbitero interrogatus<sup>1</sup> respondeat<sup>2</sup> cap. xli<sup>3</sup>*

Vt dyaconus in conuentu presbiterorum interrogatus loquatur.

*C. Carth. IV c 40; H 304b; M 346; D 93 c 19b*

---

<sup>1</sup> interrogatus CLRXWKNBPHQ; interrogans ZJOA

<sup>2</sup> Vt - resp. in mg. Z; respondeat CLRWKB(-at ss)ZOA; loquatur N

<sup>3</sup> xl CLRWNOH; xi X; lxi K; om. BP; xxxviii ZJ; xliiii A

**40**

*Vt dyaconus tempore tantum<sup>1</sup> officii albam induat<sup>2</sup> cp. xli<sup>3</sup>*

Vt diaconus tempore tantum oblationis et lectionis alba utatur.

*C. Carth. IV c 41; H 304b; M 346; +D 93 c 19c*

---

<sup>1</sup> temp. tant. CLRWKNBZJOA; tant. temp. HQ

<sup>2</sup> Vt - ind. in mg. Z

<sup>3</sup> xli CLRXWNJOHQ; ? K; om. BP; xl Z; xlv A

**41**

*De clericis qui pro fide temptati sunt<sup>1</sup> cp. xlii<sup>2</sup>*

Clericum<sup>3</sup> inter temptationes officio suo incubantem<sup>4</sup> gradibus sublimandum.

*C. Carth. IV c 42; H 304b; M 346*

---

<sup>1</sup> De - sunt in mg. Z

<sup>2</sup> xlii CLRXNPOH; lxiii K; xli Z; om. BA

<sup>3</sup> Clericum CLRWKNBZOH; Clericus A

<sup>4</sup> after corr. B

<sup>1</sup>42

*De his qui<sup>2</sup> pro<sup>3</sup> fide persecutiones<sup>4</sup> passi sunt<sup>5</sup> c.xliii<sup>6</sup>*

Christianum catholicum qui pro catholica fide tribulationes patitur, omni honore a sacerdotibus honorandum, etiam<sup>7</sup> et per dyaconum uictus ei ministretur.

*C. Carth. IV c 43; H 304b; M 346*

---

<sup>1</sup> P inserts here c 61 below

<sup>2</sup> qui CRXSWKNBZOHA; om. L

<sup>3</sup> pro CLRXWKNBA; om. ZJOH

<sup>4</sup> ab infidelibus add. ZOHA, om. CLRXSKNBP

<sup>5</sup> De - sunt in mg. Z; passi sunt CLRWKBZOA; pat'i N

<sup>6</sup> xliiii CLRXWNPOH; lxiiii K; om. B; xlii Z; xlvi A

<sup>7</sup> etiam CLRWKNBZOH; et tam A

43

*De tonsura clericorum<sup>1</sup> cp xliiii<sup>2</sup>*

Clericus nec comam nutriat nec barbam radat<sup>3</sup>.

*C. Carth. IV c 44; H 305a; M 346*

---

<sup>1</sup> De - cler. in mg. Z

<sup>2</sup> cp. xliiii CLRXWKNPOH; xliiii Z; om. BA

<sup>3</sup> after corr. O; erased H

44

*De habitu clericorum<sup>1</sup> xlv<sup>2</sup>*

Clericus professionem suam etiam habitu et incessu probet<sup>3</sup>, et ideo<sup>4</sup> nec uestibus nec calciamentis decorem querat.

*C. Carth. IV c 45; H 305a; M 346; D 41 c 8*

---

<sup>1</sup> De - cler. in mg. Z

<sup>2</sup> c. xlv CLRXWKNPOH; xliiii BZ; om. A

<sup>3</sup> probet CKNBPJOHA; prohibet Z

<sup>4</sup> ideo CLRWNBZOHA; omnino KD

45

*Clericum cum extraneis<sup>1</sup> mulieribus non habitare<sup>2</sup> xlv<sup>3</sup>*

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

*C. Carth. IV c 46; H 305a; M 346*

---

<sup>1</sup> extraneis CLRXSWBP; alienis KN

<sup>2</sup> Clericum - habitare (ambulare N) CLRWKNBP; om. ZJOHA

<sup>3</sup> xlv CKNOH; xlv Z; om. BPA

46

*Clericum per plateas absque summa necessitate non ambulare<sup>1</sup> c. xlvii<sup>2</sup>*

Clericus per plateas et andronas nisi certa et maxima officii sui necessitate non ambulet.

*C. Carth. IV c 47; H 305a; M 346*

---

<sup>1</sup> Clericum - ambulare (om. B) CRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> xlvii CKNOHA; xlv Z; om. XBP

47

*Clericum qui non pro emendo aliquo in foro deambulat deponendum<sup>1</sup> cp. xlviii<sup>2</sup>*

Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis uel in foro deambulat ab officio suo degradetur.

*C. Carth. IV c 48; H 305a; M 346; +D 91 c 4c var.*

<sup>1</sup> Clericum - deponendum CRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> xlviii CNBOHA; xlvii Z

48

*De clericis qui<sup>1</sup> uigiliis<sup>2</sup> desunt cp.<sup>3</sup> xlviii<sup>4</sup>*

Clericus qui absque corpusculi<sup>5</sup> [99va] sui inequalitate uigiliis deest, stipendio priuatus excommunicetur.

*C. Carth. IV c 49; H 305a; M 346; D 91 c 3b*

<sup>1</sup> in add. K

<sup>2</sup> uigiliis CLRXSKNB; priuilegiis W

<sup>3</sup> De - desunt cp. CLRXWKNBP; om. ZOHA

<sup>4</sup> xlviii CKNOHA; xlviii Z

<sup>5</sup> -r- ss C; corporis P

49

*De clericis inter temptationes ab officio<sup>1</sup> declinantibus<sup>2</sup> cp. l<sup>3</sup>*

Clericum<sup>4</sup> inter temptationes ab officio declinantem, uel negligentius agentem ab ipso officio<sup>5</sup> remouendum.

*C. Carth. IV c 50; H 305a; M 346; +D 91 c 4d*

<sup>1</sup> inter (in L) tempt. ab off. CLRWKB; ab off. inter tempt. N

<sup>2</sup> De - decl. CRWKNBP; om. ZOHA

<sup>3</sup> l CLRXKNHA; om. B; xlviii Z; xlviii O

<sup>4</sup> Clericum CLRWKDBZOH; Cclericum N; Clericus A

<sup>5</sup> suo add. and canc. Z

50

*Clericum artificio uictum querere debere<sup>1</sup> cp. li<sup>2</sup>*

Clericus<sup>3</sup> quamlibet uerbo Dei eruditus artificio uictum querat.

*C. Carth. IV c 51; H 305a; M 346; +D 91 c 4a*

<sup>1</sup> Clericum - debere (om. NP) CLRWK?NBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> li CRXWKN?POH?Q; om. BA; l Z

<sup>3</sup> corr. fr. -um C

51<sup>1</sup>

*Clericum artificio uictum et uestimentum sibi preparare debere<sup>2</sup> cp. lii<sup>3</sup>*

Clericus<sup>4</sup> uictum et uestimentum<sup>5</sup> sibi artificio uel agricultura absque officii sui dumtaxat detrimento preparet.

*C. Carth. IV c 52; H 305a; M 346; D 91 c 3a*

<sup>1</sup> From now on P mg. becomes confused, and numbers c 51 as xliii etc.

<sup>2</sup> Clericum - debere CRWKNBP; om. ZOHA

<sup>3</sup> lii CLRWKNPOHQ; om. XB; li ZA

<sup>4</sup> et add. H, om. CLRWKNBZOA

<sup>5</sup> uict. et uest. CLRWKNBZOH; uest. et uict. A

*Clericos ad operandum ualidos et artificiola et litteras discere debere<sup>1</sup> cp. liii<sup>2</sup>*  
Omnes clerici qui<sup>3</sup> ad operandum ualidi<sup>4</sup> sunt et artificiola et litteras discant.  
*C. Carth. IV c 53; H 305a; M 346; +D 91 c 4b*

<sup>1</sup> Clericos - debere (om. XN) CLRXWK?NBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> liii CKNOHA; om. XB; liiii P; lii Z

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> corr. fr. -os C

**53**

*De clericis inuidentibus<sup>1</sup> cp. liiii<sup>2</sup>*  
Clericus inuidens fratrum<sup>3</sup> profectibus<sup>4</sup> donec in uicio est non promoueat.  
*C. Carth. IV c 54; H 305a; M 346; +D 46 c 7*

<sup>1</sup> De - inu. CLRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> liiii CRSWKOHA; liii LZ; lv XP; om. NB

<sup>3</sup> corr. fr. -rem Z

<sup>4</sup> profect- CLRWKDBZOA; prouect- N

**54**

*De clericis fratres accusantibus<sup>1</sup> cp. lv<sup>2</sup>*  
Vt episcopus accusatores fratrum excommunicet. Et si emendauerint<sup>3</sup> uicium recipiat  
eos<sup>4</sup> ad communionem, non ad clerum.  
*C. Carth. IV c 55; H 305a; M 346; D 46 c 4*

<sup>1</sup> De - accusantibus (accusantes N) CLRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lv CRXWKOHA; lx L; lvi P; liiii Z; om. NB

<sup>3</sup> -erint CRSWDBPZOHA; -erit LKN?

<sup>4</sup> eos LRWKNDPZOHA; om. CS

**55**

*De clericis adulatoribus et proditoribus<sup>1</sup> cp. lvi<sup>2</sup>*  
Clericus qui adulationibus et proditioni<sup>3</sup> uacare deprehenditur degradetur<sup>4</sup> ab officio.  
*C. Carth. IV c 56; H 305a; M 346; D 46 c 3*

<sup>1</sup> De - proditoribus CRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lvi CLRWKBOHA; lvii P; lv Z; om. XN

<sup>3</sup> -ioni CLRSWKBNBPZ<sup>2</sup>; -ione ZJOHA

<sup>4</sup> -itur -etur CLRWKDBZOA; -it -et N

**56**

*De clericis maleficis<sup>1</sup> cap. lvii<sup>2</sup>*  
Clericus maledicus maximeque<sup>3</sup> in sacerdotibus cogatur ad postulandam ueniam. Si  
noluerit, degradetur nec<sup>4</sup> unquam ad officium absque satisfactione reuocetur.  
*C. Carth. IV c 57; H 305a; M 346; ID 11.11; +D 46 c 5*

<sup>1</sup> maleficis CLRXBP; maledicis SKNB<sup>2</sup>; maleficiis W. De - mal. CLRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lvii CSKBOHA; lvii om. N; lviii P; lvi Z

<sup>3</sup> -que CLRWKDBZOA; om. N

<sup>4</sup> nec CRWKNDPZJ<sup>2</sup>HQ<sup>2</sup>; ne JOQA

**57**

*Frequenter litigantem et ad accusandum facilem non recipiendum<sup>1</sup> cp. lviii<sup>2</sup>*

<sup>1</sup> Frequenter (Frequenter a C, Frequentem X, Facile N, ? S) - recip. CLRXSWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lviii CKBOHA; lvii XZ; om. N; lviii P

Eius<sup>3</sup> qui frequenter litigat et ad accusandum facilis est testimonium nemo absque grandi examine recipiat.

*C. Carth. IV c 58; H 305a; M 346*

---

<sup>3</sup> Eius CLRXSKNDBZOQA; Quis WH

## 58

### *De discordantibus clericis<sup>1</sup> c. lviii<sup>2</sup>*

Discordantes clericos episcopus uel ratione uel potestate ad concordiam trahat.

<sup>3</sup>Inobedientes<sup>4</sup> synodus per audientiam dampnet.

*C. Carth. IV c 59; H 305a; M 346; D 90 c 1*

---

<sup>1</sup> De - clericis CLRWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> lviii CKBOHA; lviii Z; *om.* N

<sup>3</sup> Et *add.* B, *om.* CRWKNDPZOHA

<sup>4</sup> inobientes P

## 59

### *De scurrilibus clericis et iocularibus<sup>1</sup> cap. lx<sup>2</sup> [99vb]*

Clericum scurrilem et uerbis turpibus<sup>3</sup> iocularum ab officio retrahendum.

*C. Carth. IV c 60; H 305a; M 346; ID 11.79; +D 46 c 6*

---

<sup>1</sup> iocularibus CLRSW; ioculatoribus XKNBP; De - iocul. CLRSWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> lx CKBHA; *om.* N; lviii Z; lviii O

<sup>3</sup> *corr. fr.* temporibus K

## 60

### *De clericis per creaturas iurantibus<sup>1</sup> cp. lxi<sup>2</sup>*

Clericum per creaturas iurantem acerrime<sup>3</sup> obiurgandum. Si perstiterit in uicio excommunicandum.

*C. Carth. IV c 61; H 305a; M 347; +C 22 q 1 c 9a*

---

<sup>1</sup> De - iurant. CRWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> lxi CKBOHA; lx Z; *om.* N

<sup>3</sup> acerrime CLRWNDBZOHA; a crimine K

## 61<sup>1</sup>

### *De clericis inter epulas cantantibus<sup>2</sup> cp. lxii<sup>3</sup>*

Clericum inter epulas cantantem supradicte sententie seueritate coerendum.

*C. Carth. IV c 62; H 305a; M 347; +C 22 q 1 c 9b*

---

<sup>1</sup> *om.* P, which inserted it above after c 41

<sup>2</sup> De - cantantibus CRWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>3</sup> lxii CKBOHA; lxi Z; *om.* NP

## 62

### *De clericis indictum<sup>1</sup> ieiunium rumpentibus<sup>2</sup> cp. lxiii<sup>3</sup>*

Clericum qui tempore indicti ieiunii absque ineuitabili necessitate ieiunium rumpit minorem habendum.

*C. Carth. IV c 63; H 305a; M 347*

---

<sup>1</sup> indictum CLRSKNB; interdictum W

<sup>2</sup> De - rumpentibus CRWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>3</sup> lxiii CKBOHA; lxii PZ; *om.* N

## 63

*De his qui dominico die ieiunant<sup>1</sup> cap. lxiii<sup>2</sup>*

Qui dominico die studiose ieiunat non credatur catholicus.

*C. Carth. IV c 64; H 305a; M 347; ID 4.7; +C 26 q 7 c 6 med.*

---

<sup>1</sup> De - ieiunant CRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxiii CKBOHA; lxiii PZ; om. N

**64**

*De Pasche sollempnitate<sup>1</sup> cp. lxv<sup>2</sup>*

Pasche sollempnitas uno die et tempore celebranda est<sup>3</sup>.

*C. Carth. IV c 65; H 305a; M 347; De cons. D 3 c 23*

---

<sup>1</sup> De - soll. CLRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxv C<sup>2</sup>RXSWKBOHA; lv C; lxiii LPZ; om. N

<sup>3</sup> est CLRWKNDBP; om. ZOHA

**65**

*De clericis<sup>1</sup> districtionem episcopi sui<sup>2</sup> circa se iniustam putantibus<sup>3</sup> lxvi<sup>4</sup>*

Clericus qui episcopi circa se districtionem iniustam putat recurrat ad synodum.

*C. Carth. IV c 66; H 305a; M 347; C 11 q 3 c 30*

---

<sup>1</sup> qui add. N, om. CLRWKB

<sup>2</sup> ep. sui CLRXWB; sui ep. KN

<sup>3</sup> in. put. CLRWKB; putant iniustam N; De - putantibus CLRWKNB; om. ZOHA

<sup>4</sup> lxvi CKBOHA; lxv Z; om. NP

**66**

*De seditonariis non ordinandis<sup>1</sup> cp. lxvii<sup>2</sup>*

Seditonarios<sup>3</sup> nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios. uel<sup>4</sup> iniuriarum suarum ultores<sup>5</sup>.

*C. Carth. IV c 67; H 305a; M 347; D 46 c 8*

---

<sup>1</sup> De - ordinandis CLRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxvii CLRXWKBHA; om. NPO; lxvi Z

<sup>3</sup> Sedic- CLRXWKDPZOHA; Medic- N; Dedic- B

<sup>4</sup> uel CLRXSKNDBPZJOQA; nec W; om. H

<sup>5</sup> -l- ss C

**67**

*De penitentibus non ordinandis<sup>1</sup> lxviii<sup>2</sup>*

Ex penitentibus quamuis sit bonus clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur a clero. quia<sup>3</sup> se ordinationis tempore non prodidit fuisse penitentem. Si autem sciens episcopus<sup>4</sup> ordinauerit talem, etiam ipse ab episcopatu suo<sup>5</sup> ordinandi dumtaxat potestate priuetur.

*C. Carth. IV c 68; H 305b; M 347 (cc 68-9a); ID 15.5; D 50 c 55a*

---

<sup>1</sup> De - ordinandis CLRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxviii CLRXWKBHA; om. N; lxvi P; lxvii Z; lviii O

<sup>3</sup> quia LRXSWKNDBPZOHA; qui C

<sup>4</sup> ordinauerit add. and canc. Z

<sup>5</sup> suo CLRWKNBP; sui ZOHA

**68**

*De his qui uiduas aut repudiatas habuerint uxores non ordinandis<sup>1</sup> lxviii<sup>2</sup>*

---

<sup>1</sup> De - ordinandis CLRWKNBP; om. ZOHA

Simili sententie<sup>3</sup> subiacebit episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum qui uiduam aut repudiatam uxorem habuit<sup>4</sup>, aut secundam<sup>5</sup>.

*C. Carth. IV c 69; H 305b; M 347 (c 69b); D 50 c 55b*

---

<sup>2</sup> lxxviii C<sup>2</sup>RXSWKBOHA; lxxviii C; 1 L; om. N; lxxvii P; lxxviii Z

<sup>3</sup> sententie LRSKNDBPZOH; penitentie CW; scientie A

<sup>4</sup> -uit CW?LRKBPZOH; -uerit NDA

<sup>5</sup> secundam CLRWNDBZOHA; seruam K

## 69

*De conuiuuiis et societatibus hereticorum a clericis uitandis<sup>1</sup> cp. lxx<sup>2</sup>*

Clericus hereticorum aut scismaticorum tam conuiuia quam sodalitates<sup>3</sup> euitet equaliter. [100ra]

*C. Carth. IV c 70; H 305b; M 347; +C 24 q 3 c 35a*

---

<sup>1</sup> De - uitandis CLRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxx CRXSWKBHA; om. LN; lxxviii P; lxxviii Z; lxxviii O

<sup>3</sup> sodalitates CLRXWNPZOHA; soleditates K; solemnitates K<sup>2</sup>B

## 70

*De conuenticulis hereticorum<sup>1</sup> cp. lxxi<sup>2</sup>*

Conuenticula hereticorum non<sup>3</sup> ecclesiam sed conciliabula<sup>4</sup> appellanda.

*C. Carth. IV c 71; H 305b; M 347; +C 24 q 3 c 35b*

---

<sup>1</sup> De - heret. CLRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxi CKBOHA; lxx Z; om. XNP?

<sup>3</sup> non CLRSWKNDZOA; in HQ

<sup>4</sup> -li- ss B

## 71

*De hereticis uitandis<sup>1</sup> cp. lxxii<sup>2</sup>*

Cum hereticis neque<sup>3</sup> orandum est<sup>4</sup> nec<sup>5</sup> psallendum.

*C. Carth. IV c 72; H 305b; M 347; +C 24 q 3 c 35c*

---

<sup>1</sup> De - uitandis CLRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxii CKBOHA; lxxi XZ; lxx P; om. N

<sup>3</sup> corr. fr. utque Q

<sup>4</sup> est CLRWKDBZOHA; om. N

<sup>5</sup> nec CLRWKDPZO; neque XNBHQA

## 72

*De his qui communicant excommunicatis<sup>1</sup> lxxiii<sup>2</sup>*

Qui communicauerit uel orauerit cum excommunicato, siue clericus siue laicus excommunicetur.

*C. Carth. IV c 73; H 305b; M 347; ID 14.28b; IP 5.99; +C 11 q 3 c 19 var.*

---

<sup>1</sup> De - excomm. CRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxiii CKBOHA; lxxii XZ; lxxi P; om. K?N

## 73

*De his qui penitentiam querunt<sup>1</sup> cp. lxxiiii<sup>2</sup>*

Vt sacerdos penitentiam imploranti absque persone acceptione penitentiae leges iniungat.

<sup>1</sup> De - querunt CRWKNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxiiii CXKBOHA; lxxii P; lxxiii Z; om. N; ? B

*C. Carth. IV c 74; H 305b; M 347; ID 15.6; +C 26 q 7 c 6a*

74

*De negligentioribus penitentibus<sup>1</sup> cp. lxxv<sup>2</sup>*

Vt<sup>3</sup> negligentiores penitentes tardius reconcilientur.

*C. Carth. IV c 75; H 305b; M 347; ID 15.7; +C 26 q 7 c 6b*

<sup>1</sup> De - penitentibus CRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxv CXKBOHA; lxxiii P; lxxiii Z; om. N

<sup>3</sup> Vt CKNBPJOHQ; Et Z

75

*De his qui in<sup>1</sup> infirmitate penitentiam petunt et non accepta obmutescunt<sup>2</sup> cp. lxxvi<sup>3</sup>*  
Is<sup>4</sup> qui<sup>5</sup> penitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos inuitatus uenit oppressus<sup>6</sup> infirmitate obmutuerit, uel in frenesin conuersus<sup>7</sup> fuerit, dent testimonium qui eum audierunt et accipiat penitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, et infundatur ori eius eucharistia<sup>8</sup>. Si superuixerit, admoneatur<sup>9</sup> a supradictis testibus petitioni sue<sup>10</sup> satisfactum, et subdatur statutis penitentiae legibus quamdiu sacerdos qui penitentiam dedit<sup>11</sup> probauerit.

*C. Carth. IV c 76; H 305b; M 347; ID 15.8; +C 26 q 6 c 8a*

<sup>1</sup> ss B, om. P

<sup>2</sup> De - obmut. CRWKBP; De - penitentiam querunt N; om. ZOHA

<sup>3</sup> lxxvi CXKBOHA; lxxiii P; lxxv Z; om. N; ? B

<sup>4</sup> Is CLRWKDBPZOHA; His N

<sup>5</sup> ss H

<sup>6</sup> in add. CLW, om. RXSKNDPZOHA; ? B

<sup>7</sup> conuersus CLRWKBNBP; uersus ZOHA; uel in fren.conu. in mg. X<sup>2</sup>

<sup>8</sup> -h- ss O

<sup>9</sup> corr. fr. -etur H

<sup>10</sup> sue CLRSWKNBZOA; om. HQ

<sup>11</sup> dedit CLRWKDBZOHA; dederit N

76

*Penitentibus uiaticum non negandum<sup>1</sup> lxxvii<sup>2</sup>*

Penitentes qui in<sup>3</sup> infirmitate sunt uiaticum accipiant.

*C. Carth. IV c 77; H 305b; M 347; ID 15.9; +C 26 q 6 c 8b*

<sup>1</sup> Penitentibus - neg. CRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxvii CXKBOHA; lxxvii P; lxxvi Z; om. N

<sup>3</sup> ss O

77

*De penitentibus qui uiatico accepto superuixerint<sup>1</sup> lxxviii<sup>2</sup>*

Penitentes qui in infirmitate<sup>3</sup> uiaticum eucharistiae acceperint non se credant absolutos sine manus impositione si superuixerint<sup>4</sup>.

*C. Carth. IV c 78; H 305b; M 347; ID 15.10; +C 26 q 6 c 8c*

<sup>1</sup> De - superuixerint CLRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxviii CLRXWKPZOH; om. NA; ? B

<sup>3</sup> sunt add. A, om. CRWKBNBZOH; in infirmitate after eucharistiae B(not P)

<sup>4</sup> -erint CLRWKBNBZOH; -erit A

78



*De penitentibus casu in itinere uel in mari mortuis<sup>1</sup> lxxix<sup>2</sup>*

Penitentes qui attente leges penitentiae exsequuntur<sup>3</sup>, si casu in itinere uel in mari mortui fuerint, ubi eis<sup>4</sup> subueniri<sup>5</sup> non possit [100rb] memoria eorum et orationibus et oblationibus commendetur.

*C. Carth. IV c 79; H 305b; M 347-8; ID 15.11; +C 26 q 7 c 6e*

<sup>1</sup> De - mortuis CLRSWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> lxxix CLRXSKPZO<sup>2</sup>HA; lxviii O; *om.* WN; ? B

<sup>3</sup> exsequuntur CLRXNDBPJO; exequentur SZ; executur WKHQ; exsecuntur A

<sup>4</sup> ? B

<sup>5</sup> -iri CLR<sup>2</sup>XSWKD<sup>2</sup>BP; -ire RNDZOHA

**79**

*Omni tempore ieiunii penitentibus manus imponi debere<sup>1</sup> cp. lxxx<sup>2</sup>*

Omni tempore ieiunii manus penitentibus a sacerdotibus imponantur<sup>3</sup>.

*C. Carth. IV c 80; H 305b; M 348; +C 26 q 7 c 6b*

<sup>1</sup> Omni - imponi debere (*om.* CN) CLRSWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> lxxx CKSBOHA; lxxxi Z; *om.* N

<sup>3</sup> -antur CLRSWKDBPZO<sup>2</sup>HA; -atur NO

**80**

*Vt penitentes mortuos efferant<sup>1</sup> et sepeliant<sup>2</sup> lxxxii<sup>3</sup>*

Mortuos in ecclesiam penitentes efferant et sepeliant.

*C. Carth. IV c 81; H 305b; M 348; ID 15.12; +C 26 q 7 c 6d*

<sup>1</sup> transferantur P

<sup>2</sup> Vt - sepeliant CRSWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>3</sup> lxxxii CKBZOHA; *om.* N

**81**

*Penitentes omni die genua<sup>1</sup> flectere debere<sup>2</sup> cp. lxxxiii<sup>3</sup>*

Penitentes etiam diebus remissionis genua flectent<sup>4</sup>.

*C. Carth. IV c 82; H 305b; M 348; ID 15.13; +C 26 q 7 c 6c*

<sup>1</sup> *corr. fr.* ieiunia P

<sup>2</sup> Penitentes - debere (*om.* N) CRSWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>3</sup> lxxxiii CSKBZOHA; *om.* N

<sup>4</sup> -ent CLRXSWBZOHA; -ant KND<sup>2</sup>P; -unt D

**82**

*De pauperibus et senibus ecclesie honorandis<sup>1</sup> lxxxiiii<sup>2</sup>*

Pauperes et senes ecclesie plus ceteris honorandos.

*C. Carth. IV c 83; H 305b; M 348*

<sup>1</sup> De - honorandis CLRWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>2</sup> lxxxiiii CK?BZOHA; *om.* N

**83**

*Episcopum non debere<sup>1</sup> prohibere<sup>2</sup> quemcumque<sup>3</sup> ecclesiam intrare<sup>4</sup> cp. lxxxviii<sup>5</sup>*

<sup>1</sup> debere CLRXWKBP; *om.* N

<sup>2</sup> prohibere CLRSKNB; *om.* X

<sup>3</sup> in *add.* N, *om.* CLRWKBP; quemquam P

<sup>4</sup> Episcopum - intrare CLRWKNBP; *om.* ZOHA

<sup>5</sup> lxxxviii CKBZOHA; *om.* N

Vt episcopus nullum prohibeat ingredi in<sup>6</sup> ecclesiam, et audire uerbum Dei, siue gentilem, siue hereticum, siue Iudeum, usque ad missam cathecuminum.

*C. Carth. IV c 84; H 305b; M 348; De cons. D 1 c 67*

<sup>6</sup> in CLRWKBPZOA; om. ND

**84**

*De baptizandis<sup>1</sup> cp. lxxxv<sup>2</sup>*

Baptizandi nomen suum dent, et diu sub abstinentia uini et<sup>3</sup> carnum<sup>4</sup> ac manus impositione crebra examinatione baptismum percipiant.

*C. Carth. IV c 85; H 305b-6a; M 348; ID 1.206 var. as BD 4.11; De cons. D 4 c 60*

<sup>1</sup> De bapt. cp. (om. P) CRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxxv CKBZOHA; om. N

<sup>3</sup> et CLRXWDBPZOHA; ac KN

<sup>4</sup> carnum CLRWKDBPZOHA; carnis N

**85**

*De neophitis<sup>1</sup> lxxxvi<sup>2</sup>*

Neophiti<sup>3</sup> aliquamdiu et<sup>4</sup> a lautioribus epulis et<sup>5</sup> spectaculis uel coniugibus abstineant.

*C. Carth. IV c 86; H 306a; M 348; ID 1.207 as BD 4.12; De cons. D 5 c 12*

<sup>1</sup> De neoph. CLRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxxvi CLRXWKBPZOHA; om. N; xxxvi A

<sup>3</sup> Teo- H

<sup>4</sup> al. et CLRKDBZOHA; et al. N

<sup>5</sup> ex add. A, om. CRKNBZOH

**86**

*Prouocantem ad iudicium alterius fidei iudicis excommunicandum<sup>1</sup> lxxxvii<sup>2</sup>*

Qui causam suam catholicus siue iustam siue<sup>3</sup> iniustam ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat excommunicetur.

*C. Carth. IV c 87; H 306a; M 348*

<sup>1</sup> Prou. - exc. CRWKBNBP; om. ZOHA

<sup>2</sup> lxxxvii CLRSKBPZOHA; om. XN; lxxxviii W; xxxvii A

<sup>3</sup> -e ss A

**87<sup>1</sup>**

*De his qui relictis ecclesie conuentibus ad spectacula uadunt<sup>2</sup> cp. lxxxviii<sup>3</sup>*

<sup>3</sup> fatigare temptauerit CSNDBZJOHQ; temptauerit fatigare G; fatigare captauerit A

<sup>4</sup> ss B

<sup>5</sup> digne nisi marked for reversal H

## 32

*Si episcopus heredes non habens ecclesiam cui prefuit<sup>1</sup> heredem non<sup>2</sup> fecerit cp. xxxiiii<sup>3</sup>*

Episcopus qui filios aut nepotes non habens alium quam ecclesiam reliquit heredem. Si quid de ecclesia non in ecclesie causa aut necessitate presumpsit quod distraxit<sup>4</sup>, aut donauit irritum habeatur. Qui uero filios habet, de bonis que reliquit ab heredibus eius<sup>5</sup> indemnitatibus<sup>6</sup> ecclesie consulatur.

*C. Agde c 33; H 334b; M 403 (to habeatur only); C 12 q 2 c 34*

<sup>1</sup> prefuit CRSNPZOHA; prefuerit B

<sup>2</sup> non CRSNBZOHA; om. G

<sup>3</sup> Si - xxxiiii om. D; xxxiiii CLRSWPZOHA; om. N; xxxii B

<sup>4</sup> detrax add. and canc. O

<sup>5</sup> eius CNBZOGH; om. A

<sup>6</sup> indemnitatibus CNBZJOHQ; indignitatibus G

33<sup>1</sup>

*De Iudeis qui conuerti cupiunt qualiter<sup>2</sup> suscipiantur cp. xxxv<sup>3</sup>*

Iudei quorum perfidia frequenter ad uomitum redit, si ad legem catholicam uenire uoluerint<sup>4</sup>, octo menses inter cathecumino ecclesie limen<sup>5</sup> introeant. Et si super [107ra] a fide uenire noscuntur, tunc demum baptismatis gratiam mereantur<sup>6</sup>. Quod<sup>7</sup> si

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> qualiter CLSBZOHA; quomodo N

<sup>3</sup> xxxv CLSPZOHA; om. N; xxxiii B

<sup>4</sup> -erint CNBZOGHQ; -erit A

<sup>5</sup> after corr. O

<sup>6</sup> mereantur CNBZHA; increantur O

<sup>7</sup> Quod CSNBZOQ; Quo HA

casu aliquo<sup>8</sup> periculum infirmitatis<sup>9</sup> intra prescriptum tempus incurrerint, et desperati fuerint, baptizentur.

*C. Agde c 34; H 334b; M 404; De cons. D 4 c 93*

---

<sup>8</sup> aliquo CNBZOA<sup>2</sup>; aliquod H; alquo A

<sup>9</sup> -it- ss O

### 34

*Si episcopus a metropolitano admonitus pro synodo uel ordinatione episcopali uenire distulerit cp. xxxvi<sup>1</sup>*

Si episcopus<sup>2</sup> metropolitanus ad comprouinciales episcopos epistolas direxerit in quibus eos aut ad ordinationem summi pontificis aut ad synodum inuitet, postpositis omnibus excepta graui infirmitate corporis ac preceptione regia, ad<sup>3</sup> constitutam diem adesse non differant. Quod si defuerint, sicut prisca canonum precepit auctoritas usque ad proximam synodum a caritate fratrum et ecclesie communionem priuentur.

*C. Agde c 35; H 334b; M 404; +D 18 c 13*

---

<sup>1</sup> Si - xxxvi om. D; xxxvi CPOHA; om. N; xxxiii B

<sup>2</sup> episcopus CNBZJOHQ; quis G

<sup>3</sup> corr. fr. a O

### 35

*Vt stipendia<sup>1</sup> clericorum iuxta meritum distribuantur cp. xxxvii<sup>2</sup>*

Clerici etiam omnes<sup>3</sup> qui ecclesie fideliter uigilanterque deseruiunt stipendia sanctis laboribus debita secundum seruicii sui meritum uel ordinationem canonum a sacerdotibus consequantur.

*C. Agde c 36; H 334b; M 404; +C 1 q 2 c 10*

---

<sup>1</sup> stipendia CNBZOHQ; dispendia A

<sup>2</sup> Vt - xxxvii om. D; xxxvii CLZJOQA; om. NH; xxxv B; ? P

<sup>3</sup> ss B

### 36

*De homicidis et falsis testibus cp. xxxviii<sup>1</sup>*

Itaque censuimus homicidas<sup>2</sup> et falsos testes<sup>3</sup> a communione ecclesiastica submouendos nisi penitentiae satisfactione crimina admissa diluerint.<sup>4</sup>

*C. Agde c 37; H 334b; M 404; ID 10.38; +C 24 q 3 c 20*

---

<sup>1</sup> De - xxxviii om. D; xxxviii CLSZOHA; om. N; xxxvi B; xxxviii P

<sup>2</sup> corr. fr. -ide C?

<sup>3</sup> ss O

<sup>4</sup> De homicidis et - diluerint added at foot of leaf G

### 37

*Vt sine epistola episcopi sui non liceat clericum uel monachum<sup>1</sup> proficisci et de monachis et<sup>2</sup> abbatibus xxxix<sup>3</sup>*

Clericis sine commendatiis<sup>4</sup> epistolis episcopi sui licentia non pateat<sup>5</sup> euagandi. In monachis quoque presentis sententiae forma seruetur. Quod si uerborum increpatio non emendauerit, etiam uerberibus statuimus coherceri. Seruandum quoque de monachis

---

<sup>1</sup> cl. uel mon. CLBZOHA; mon. uel cl. N

<sup>2</sup> de add. and canc. Z

<sup>3</sup> Vt - xxxix om. D; xxxix CLPZOHA; om. N; cap. xxxvii B

<sup>4</sup> commendatiis Z

<sup>5</sup> pateat CNDBZOQA; parceat H; parcat H<sup>2</sup>



ne<sup>6</sup> eis<sup>7</sup> ad solitarias<sup>8</sup> cellulas liceat a congregatione discedere<sup>9</sup>, nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem, asperior abbatis regula remittatur. Quod ita demum fiet, ut intra eadem<sup>10</sup> [107rb] monasterii septa manentes, tamen<sup>11</sup> sub<sup>12</sup> abbatis potestate separatas<sup>13</sup> habere cellas<sup>14</sup> permittant. Abbati quoque singulas diuersas<sup>15</sup> cellulas aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

C. Agde c 38; H 334-5; M 404; +C 20 q 4 c 3b

<sup>6</sup> ne CNDBZJHQA; non O

<sup>7</sup> eis CNDBZJOG; his HQA

<sup>8</sup> uinculas *add.* A, *om.* CNDBZJOHQ

<sup>9</sup> *corr. fr.* discd- O

<sup>10</sup> *ss* Z

<sup>11</sup> tamen CLSBZOHQA; tantum ND

<sup>12</sup> *ss* B

<sup>13</sup> *corr. fr.* sper- B

<sup>14</sup> cellas CLSNBP; cellulas ZOGHQA

<sup>15</sup> diuersas CLBZOHA; *om.* N

### 38

<sup>1</sup> *Vt clerici nuptialia<sup>2</sup> uitent conuiuia, ne sacer uisus<sup>3</sup> aut<sup>4</sup> obtutus pollui possit<sup>5</sup> cp. xli<sup>6</sup>*

Presbiteri, dyacones, subdyacones uel deinceps quibus ducendi uxores licentia non<sup>7</sup> est, etiam alienarum nuptiarum eitent<sup>8</sup> conuiuia. Nec his cetibus misceantur ubi amatoria cantantur et turpia, aut obsceni motus corporum choris et psaltationibus efferuntur<sup>9</sup>, ne auditus et obtutus sacris misteriis deputatus<sup>10</sup> turpium spectaculorum atque uerborum contagione polluantur.

C. Agde c 39; H 335a; M 404; +D 34 c 19

<sup>1</sup> T *begins*

<sup>2</sup> *corr. fr.* -ala O

<sup>3</sup> *corr. fr.* uisus Q

<sup>4</sup> aut CNBPZJHQ; *om.* TOGA

<sup>5</sup> pollui possit CNBZJTOHA; polluatur G

<sup>6</sup> Vt - xli *om.* D; xli CLZTOHA; *om.* NP; xxxviii B

<sup>7</sup> *ss* B

<sup>8</sup> eitent CNPZTOHA; deuitent D; uitent B

<sup>9</sup> eff- CNDBZJTOHQ<sup>2</sup>A; off- G; efficiuntur Q

<sup>10</sup> *after corr.* O

### 39

*Vt Christiani Iudeorum uitent conuiuia cp. xli<sup>1</sup>*

Omnes deinceps clerici<sup>2</sup> siue laici Iudeorum conuiuia eitent, nec<sup>3</sup> eos ad conuiuium quisquis excipiat. Quia cum apud Christianos<sup>4</sup> cibis<sup>5</sup> communibus non utantur, indignum est atque sacrilegum eorum cibos a Christianis sumi, cum ea que apostolo permittente nos sumimus ab illis iudicentur immunda. Ac sic<sup>6</sup> inferiores incipiunt esse<sup>7</sup> Christiani quam Iudei, si nos que ab illis apponuntur utamur, illi uero a nobis oblata<sup>8</sup> contempnant<sup>9</sup>.

C. Agde c 40; H 335a; M 404; ID 13.117; +C 28 q 1 c 14

<sup>1</sup> Vt - xli *om.* D; xli CLPZTOHA; *om.* N; xxxix B

<sup>2</sup> -ci *ss* T

<sup>3</sup> *corr. fr.* ne Z; ad *add.* ZJTOGHA, *om.* CNDBPT<sup>2</sup>

<sup>4</sup> apud Christ. CDBZTOA; Christiano N

<sup>5</sup> cyb A

<sup>6</sup> Ac sic CSNDZJTO<sup>2</sup>G; Acsi BPOHQA

<sup>7</sup> incipiunt esse CLXWN; esse incipiunt D; incipient esse RBPZJTOGHA

<sup>8</sup> oblata LRXSWNDBPZTOGHQA; collata C

<sup>9</sup> *corr. fr.* -at B

## 40

*De uitanda ebrietate cp. xlii<sup>1</sup>*

Inter omnia clericis uetetur ebrietas, que omnium uiciorum fomes<sup>2</sup> ac nutrix<sup>3</sup> est. Itaque eum quem ebrium fuisse constiterit ut ordo<sup>4</sup> patitur aut triginta dierum<sup>5</sup> spacio a communione statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio.

*C. Agde c 41; H 335a; M 404-5; +D 35 c 9*

<sup>1</sup> De - xlii om. D; xlii CPZTOHA; om. N; xl B

<sup>2</sup> corr. fr. fames O

<sup>3</sup> after corr. H

<sup>4</sup> ordo CNBZJTOHQA; om. G

<sup>5</sup> corr. fr. derum H

## 41

*De sortilegis uel auguratoribus ut ab ecclesia separentur cp. xliii<sup>1</sup>*

Ac ne id fortasse<sup>2</sup> uideatur omissum quod maxime fidem catholice religionis<sup>3</sup> infestat, quod aliquanti clerici siue laici<sup>4</sup> student auguriis, et sub nomine ficte[107va] religionis per eas quas sanctorum<sup>5</sup> sortes<sup>6</sup> uocant diuinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Hoc quicumque clericus uel laicus detectus fuerit uel consulere uel docere ab ecclesia habeatur extraneus.

*C. Agde c 42; H 335a; M 405; ID 11.4 from aliquanti; IP 8.69 as ID; C 26 q 5 c 6 as IP*

<sup>1</sup> De - xliii om. D; xliii CLPZTOHA; om. N; xli B

<sup>2</sup> fortasse CNDBZJTOHQ; forte G; forrtasse A

<sup>3</sup> religionis Z; corr. fr. regionis A

<sup>4</sup> laici CNDBZJTOHQA; laicis G

<sup>5</sup> repeated and canc. O

<sup>6</sup> sanct. sort. CNDBZJTOQA; sort. sanct. H

42<sup>1</sup>*Ne de penitentibus clericus<sup>2</sup> ordinetur et ut<sup>3</sup> presbiter altare non erigat cap. xliiii<sup>4</sup>*

De penitentibus id placuit obseruari quod sancti patres nostri synodali sententia statuerunt, ut nullus de his clericus ordinetur. Et qui<sup>5</sup> iam sunt per ignorantiam ordinati, aut sicut bigami aut inter nuptiarum<sup>6</sup> maritos<sup>7</sup> locum teneant. Ministrare dyaconis aut consecrare altare presbiter non presumat.

*C. Agde c 43; H 335a; M 405; +C 26 q 6 c 3a from Ministrare*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> clericus CNBZTOGHQ(after ordinetur); om. A

<sup>3</sup> et ut CBZTOHA; aut N

<sup>4</sup> xliiii CLPZTOHA; om. N; xlii B

<sup>5</sup> qui CSNBZJ; quia TOHQA

<sup>6</sup> nuptiarum CLRB(after corr.)P; nuptiarum XSWNZTOGHA

<sup>7</sup> maritos CLBZTOHA; maritatos N

## 43

*Ne presbiteri<sup>1</sup> benedictionem uel penitentiam<sup>2</sup> in ecclesia dare<sup>3</sup> presumant cp. xlv<sup>4</sup>*

Benedictionem super plebem in ecclesia fundere aut penitentem in ecclesia benedicere presbitero penitus non licebit.

<sup>1</sup> -eri CNBZTJOHA; -eris G

<sup>2</sup> penitentiam CNBZJTOGH; penitentem A

<sup>3</sup> dare CNBZJTOGHQ; benedicere A

<sup>4</sup> Ne - xlv om. D; xlv CLPZTOHA; om. N; xliii B

C. Agde c 44; H 335a; M 405; +C 26 q 6 c 3b

44

*Quod<sup>1</sup> episcopus exiguum aliquid sine clericorum conuentia<sup>2</sup> distrahere possit<sup>3</sup> cap. xlvii<sup>4</sup>*

Terrulas aut uineolas exiguas ecclesie minus utiles, aut longe positas<sup>5</sup> paruas episcopus sine consilio fratrum si necessitas fuerit distrahendi habeat potestatem.

C. Agde c 45; H 335a; M 405; ID 3.160; +C 12 q 2 c 53

---

<sup>1</sup> Quod CNBP; Vt ZJTOGHA

<sup>2</sup> conuentio N; corr. fr. conu- B

<sup>3</sup> distrahere possit CSNBP; distrahat ZJTOGHQ; distrahabat A

<sup>4</sup> Quod - xlvii om. D; xlvii CLPZTOHA; om. N; xliiii B

<sup>5</sup> -s ss C

45

*Vt seruos ecclesie fugitiuos liceat uendere episcopo<sup>1</sup> cp. xlvii<sup>2</sup>*

Fugitiui domos suas aut<sup>3</sup> familias deserentes qui etiam si reuocati fuerint<sup>4</sup> teneri non possunt, simili ratione ab episcopis si uoluerint aut si ita illi meruerint, distrahantur.

C. Agde c 46; H 335a; M 405; +C 12 q 2 c 54

---

<sup>1</sup> lic. uend. ep. (ss C) CSPZTOHA; lic. ep. uend. WN; uend. lic. ep. B

<sup>2</sup> Vt - xlvii om. D; xlvii CLWZTOHA; om. N; xlv B; xlviii P

<sup>3</sup> uendere add. C, om. LRXSWNDBPZTOGHA

<sup>4</sup> corr. fr. -it O

46

*Vt ante missam expletam egredi populus<sup>1</sup> non presumat xlviii<sup>2</sup>*

Missas die dominica secularibus totas tenere speciali ordine precipimus ita ut ante benedictionem sacerdotis egredi populus non presumat. Qui si fecerint, ab episcopo publice confundantur.

C. Agde c 47; H 335a-b; M 405; De cons. D 1 c 64

---

<sup>1</sup> egr. pop. CBZTOA; pop. egr. N

<sup>2</sup> Vt - xlviii om. D; xlviii CLZPTOHA; om. N; xlvii B

47

*De rebus ecclesie<sup>1</sup> propriis uel acquisitis xlviii<sup>2</sup>*

Vt<sup>3</sup> de rebus episcopi<sup>4</sup> propriis uel acquisitis uel quicquid episcopus de suo proprio habet, heredibus suis si uoluerit derelinquat<sup>5</sup>. Quicquid [107vb] uero de prouisione<sup>6</sup> ecclesie sue fuerit siue de agris siue de frugibus siue de oblationibus omnia in iure ecclesie reseruare censuimus.

C. Agde c 48; H 335b; M 405

---

<sup>1</sup> ecclesie CNBZJOGHQ; episcopi TA

<sup>2</sup> De - xlviii om. D; xlviii CLPZJTOHQA; om. N; xlvii B; xliiii G

<sup>3</sup> Vt CLRBZJTOHA; Et N; At D

<sup>4</sup> uel add. CW, om. LRXSNDBPZTJOGHA

<sup>5</sup> derelinquat CNDPZTOHA; relinquat B

<sup>6</sup> prouisione CNDBZTOGHQ; promissione A

48

*De non alienandis ab episcopo<sup>1</sup> rebus ecclesie et de libertis cap. l<sup>2</sup>*

---

<sup>1</sup> ab ep. after ecclesie G

<sup>2</sup> De - l om. D; l CLPZTOHA; om. N; xlviii B

Dyaconi uel presbiteri in parroechia constituti de rebus ecclesie sibi creditis nichil audeant commutare, uendere uel donare, quia res sacrate Deo<sup>3</sup> esse noscuntur. Similiter et sacerdotes nichil de rebus ecclesie sibi commisse<sup>4</sup> ut superius comprehensum est alienare presumant. Quod si fecerint conuicti in concilio et ab<sup>5</sup> honore depositi de suo proprio aliud tantum<sup>6</sup> restituant quantum uisi<sup>7</sup> sunt presumpsisse. Sane si quis pro qualibet conditione de rebus ecclesie aliquid alienare presumpserit, si de suo proprio tantum ecclesie contulerit, quantum uisus est abstulisse, tunc demum istud stare licebit. Libertos<sup>8</sup> tamen quos sacerdotes uel dyaconos<sup>9</sup> de ecclesia sibi commissa facere uoluerint<sup>10</sup>, actus ecclesie prosequi iubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium. C. Agde c 49; H 335b; M 405; ID 3.161; C 12 q 2 c 35

<sup>3</sup> Deo RXSWNDBPZTOGHA; Dei CL

<sup>4</sup> comm. sibi *marked for reversal* O

<sup>5</sup> ab CNDBZJTOHQ; *om.* Z

<sup>6</sup> tantum CDBZTOHA; *om.* N

<sup>7</sup> uisi CDBZTOHA; *usi* N

<sup>8</sup> Libertos CLRNBZ<sup>2</sup>TOHA; Libertas XS; Liberos Z

<sup>9</sup> -onos CDBZTOHA; -ones SN

<sup>10</sup> uoluerint CLXZTOHA; noluerint (*corr. fr.* -erit B) RNBP; uoluerit S; noluerunt D

#### 49

##### *De clericis qui crimen capitale commiserint cap. li<sup>1</sup>*

Si episcopus, presbiter aut<sup>2</sup> dyaconus capitale crimen commiserint<sup>3</sup> aut kartam<sup>4</sup> falsauerint, aut testimonium falsum dixerint, ab officii honore depositi in monasterium retrudantur<sup>5</sup>, et ibi tantummodo<sup>6</sup> quamdiu uixerint laicam communionem accipiant.

C. Agde c 50; H 335b; M 405; D 50 c 7

<sup>1</sup> De - li *om.* D; li CLPZTOGH; *om.* NB; lv QA

<sup>2</sup> aut CNBZTOGHQ; uel A

<sup>3</sup> *corr. fr.* -it O

<sup>4</sup> kartam CDBZTOHA; carta N

<sup>5</sup> *corr. fr.* -det Z

<sup>6</sup> testimonium *over erasure* D

#### 50<sup>1</sup>

##### *De episcopis qui per testamentum de rebus ecclesie aliquid contulerint cp. lii<sup>2</sup>*

Si episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici<sup>3</sup> iuris proprietate legauerit<sup>4</sup> aliter non ualebit nisi tantum de iuris proprii facultate suppleuerit<sup>5</sup>.

C. Agde c 51; H 335b; M 406; C 12 q 5 c 5

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> lii CLWPZTOHQ; *om.* NA; l B

<sup>3</sup> ecclesiasti Z

<sup>4</sup> leg- CSNBZJTO<sup>2</sup>; lig- OHA

<sup>5</sup> fac. suppl. CNBZJTOHA; suppl. fac. G

#### 51<sup>1</sup>

##### *De clericis qui sine epistola sui pontificis<sup>2</sup> proficiscuntur cp. liii<sup>3</sup>*

Presbiter aut dyaconus uel clericus sine antistitis sui epistolis<sup>4</sup> ambulans communionem eis<sup>5</sup> nullus impendat.

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> sui pontificis CNBZJTOHQ; episcopi sui G; sui episcopi A

<sup>3</sup> liii CLRPZTOHA; *om.* N; li B

C. Agde c 52; H 335b; M 406; ID 3.163

<sup>4</sup> epistolis LRWBPZTOGHA; om. CX; epistola SN

<sup>5</sup> eis CLRSWBP; ei NZTOHA

## 52<sup>1</sup>

*De presbiteris parroechianis<sup>2</sup> res ecclesie distrahentibus<sup>3</sup> cp. liiii<sup>4</sup>*

Quicquid parroechiarum presbiter [108ra] de ecclesiastici iuris possessione<sup>5</sup> distraherit, inane habeatur et uacuum uenditore comparantis et actione uendentis<sup>6</sup>.

C. Agde c 53; H 335b; M 406; ID 3.162; C 12 q 2 c 36

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> presbiteris parroechianis (parroechitanis BPZTOQ) CNBPZTOGHQ; parr[i]ochitanis presbiteris A

<sup>3</sup> distrahentibus CNBZJTOH; diestrahentibus A; distribuentibus G

<sup>4</sup> liiii CLWPZTOHA; om. N; lii B

<sup>5</sup> corr. fr. possees- N

<sup>6</sup> -tis CNBZJHQA; -tes T?O

## 53

*De eisdem<sup>1</sup> ut quicquid emerint<sup>2</sup> in nomine ecclesie comparetur cp. lv<sup>3</sup>*

Presbiter dum diocesim tenet, de his que<sup>4</sup> emerit ad ecclesie nomen scripturam faciat, aut ab eius quam tenet ecclesie ordinatione discedat.

C. Agde c 54; H 335b; M 406; C 12 q 4 c 3

<sup>1</sup> corr. fr. hisdem O

<sup>2</sup> -int CBZTOHA; -ent N

<sup>3</sup> De - lv om. D; lv C(? after corr.)WPZTOHA; lx L; om. N; liii B

<sup>4</sup> que CNDBZTOGH; qui A

## 54

*Vt sacerdotes et leuite canes ad uenandum et accipitres non habeant cp. lvi<sup>1</sup>*

Episcopis, presbiteris, dyaconibus canes ad uenandum aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac uoluntate detentus fuerit. Si episcopus est tribus mensibus a communione se suspendat<sup>2</sup>, presbiter duobus mensibus se abstineat, dyaconus uno ab omni officio uel communione cessabit.

C. Agde c 55; H 335b; M 406; ID 5.366, 6.424A, 13.30; cf +D 34 c 2

<sup>1</sup> Vt - lvi om. D; lvi CWPZTOGH; lxi L; om. NA; liii B

<sup>2</sup> a comm. se susp. CLRX<sup>2</sup>SND<sup>2</sup>BP; a comm. susp. X; a comm. susp. se W; se susp. D; se a comm. susp. ZTOGHA

## 55

*De uenditionibus quas abbates facere<sup>1</sup> presumunt cp. lvii<sup>2</sup>*

In uenditionibus quas abbates facere presumunt hec forma seruetur, ut quicquid sine episcopi noticia uenditum fuerit ad potestatem episcopi<sup>3</sup> reuocetur. Mancipia uero monachis donata ab abbate non licet manumitti. Iniustum enim putamus<sup>4</sup> ut monachis cotidianum<sup>5</sup> rurale opus facientibus, serui eorum libertatis ocio potiantur.

C. Agde c 56; H 335b; M 406; ID 3.163; +C 17 q 4 c 40

<sup>1</sup> facere CLBZTOHA; om. N

<sup>2</sup> De - lvii om. D; lvii CWPZTOHA; lxii L; om. N; liiii B

<sup>3</sup> episcopi CSNDBPZJT<sup>2</sup>HQ; Christi T?OGA

<sup>4</sup> putamus CNBZTOGHQ; putauimus A

<sup>5</sup> cotidiaconum O

56<sup>1</sup>

*Ne unus abbas duobus presit monasteriis cp. lviii<sup>2</sup>*

Vnum abbatem duobus monasteriis interdicimus presidere.

*C. Agde c 57; H 336a; M 406; C 21 q 1 c 4*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Ne unus abbas duobus presit monasteriis (duobus mon. presit N, presit duobus mon. B) CLRWNBP; om. ZTOGHQA. cp.lviii CLWZTOHQA; om. N; lv B?; lviii P

57<sup>1</sup>

*Ne constituentur cellule absque episcopi noticia cp. lviii<sup>2</sup>*

Cellulas<sup>3</sup> novas aut congregatiunculas<sup>4</sup> monachorum absque episcopi<sup>5</sup> noticia prohibemus institui.

*C. Agde c 58; H 336a; M 406; ID 3.165; +C 18 q 2 c 13*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Ne - episcopi noticia (not. ep. N) CLWNBP; om. ZTOGHA. lviii CLWPZT; lvi B?; om. NOHA

<sup>3</sup> [ ]ellas Q

<sup>4</sup> -atiunculas CBZTOHA; -ationes N

<sup>5</sup> episcopi CNBZJT<sup>2</sup>HQ; Christi T?OGA

58<sup>1</sup>

*De rebus ecclesie usui collatis ut prescriptionis<sup>2</sup> tempore<sup>3</sup> non defendantur cp. lx<sup>4</sup>*

Clerici quilibet quecumque diuturnitate temporis de ecclesie remuneratione possederint in<sup>5</sup> ius proprium prescriptione temporis non uocetur, dum modo pateat<sup>6</sup> ecclesie rem fuisse. Ne uideantur etiam episcopi administrationes prolixas aut precatórias cum ordinati sunt [108rb] facere debuisse, aut diu retentas facultates in ius<sup>7</sup> proprietatis sue posse transcribere.

*C. Agde c 59; H 336a; M 406; ID 3.166; C 16 q 3 c 11*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> -onis CBZTOHA; -ones N

<sup>3</sup> non tempore add. Q

<sup>4</sup> lx CLPZTOHA; om. N; lvii B

<sup>5</sup> in CBZTOHQA; et N

<sup>6</sup> pet- A

<sup>7</sup> in ius CBZTOHQA; intus N

## 59

*De lapsis qui de<sup>1</sup> catholica fide in heresim<sup>2</sup> transeunt cap. lxi<sup>3</sup>*

Lapsis, id est qui in catholica fide baptizati sunt, si preuaricatione dampnabili post in heresim transierint, grandem redeundi<sup>4</sup> difficultatem sanxit antiquitas. Quibus nos annorum multitudinem breuiatam penitentiam bienii conditione infra scripte<sup>5</sup> obseruationis imponimus, ut prescripto biennio<sup>6</sup> tercio sine relaxatione<sup>7</sup> ieiunent. Et ecclesiam studeant frequentare in penitentium<sup>8</sup> loco standi et orandi humilitatem ita nouerint obseruandam ut etiam ipsi cum cathecumini<sup>9</sup> egredi<sup>10</sup> commonentur

<sup>1</sup> de CNBZTGHQ; om. OA

<sup>2</sup> heresim LWBZJTQ; heserim OA; heserunt H; ? C

<sup>3</sup> De - lxi om. D; lxi CLPZTOA; om. N; lix B

<sup>4</sup> redeundi CDBZTOHA; om. N

<sup>5</sup> scrpte O

<sup>6</sup> et add. N; in add. D (om. CBZTOHA)

<sup>7</sup> -ti- ss Z

<sup>8</sup> penitentium CLWBG; penitentum RXSNDZJTOH; penitendum P; penitentiam QA

<sup>9</sup> -h- ss C

<sup>10</sup> ss B

abscedant. Hoc si obseruare uoluerint constituto tempore admittendis ad altarium<sup>11</sup> obseruatio relaxetur. Quod si ardua uel dura<sup>12</sup> putauerint, statuta preteritorum canonum implere debebunt<sup>13</sup>.

*C. Agde c 60; H 336a; M 406*

<sup>11</sup> altarium CLSBPZTOHA; altare ut ND

<sup>12</sup> forte *add.* ZTOGHA; *om.* CSNDB

<sup>13</sup> debebunt CBPZTOHA(*after corr.*); debent ND

## 60

### *De incestis coniugiis cp. lxii<sup>1</sup>*

De incestis coniunctionibus nichil prorsus uenie reseruauimus<sup>2</sup> nisi cum adulterium separatione sanauerint. Incestos uero nullo coniugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est. Hos enim esse censemus. Si quis relictam fratris que pene<sup>3</sup> prius soror extiterat carnali coniunctione polluerit, si quis frater germanam<sup>4</sup> uxorem acceperit<sup>5</sup>, si quis nouercam duxerit<sup>6</sup>, si quis consobrine sobrineque se<sup>7</sup> sociauerit, si quis relicte uel filie auunculi misceatur aut patri filie uel priuigne<sup>8</sup> sue, aut qui ex propria consanguinitate aliquam aut quam<sup>9</sup> consanguineus habuerit concubitu<sup>10</sup> polluat aut<sup>11</sup> duxerit uxorem, quas omnes et olim atque sub hac constitutione incestos esse non dubitamus et inter cathecuminos usque ad legitimam satisfactionem manere et orare precipimus<sup>12</sup>, quod ita presenti tempore prohibemus, ut ea que sunt hactenus instituta [108va] non dissoluamus. Sane quibus coniunctio illicita<sup>13</sup> interdicitur habebunt ineundi melioris coniugii libertatem.

*C. Agde c 61; H 336a; M 406-7; ID 9.25 (abbrev.); +C 35 q 2/3 c 8*

<sup>1</sup> De - lxii *om.* D; lxii CLZTOHA; *om.* NP; lx B

<sup>2</sup> uenie reseruauimus CLWNDP; uenire reseruauimus B; uenie reseruamus ZTOHA

<sup>3</sup> pene CNDPZTOHA; *om.* B

<sup>4</sup> -inam O(*before corr.*)A

<sup>5</sup> acceperit CPNZTOHA; duxerit B

<sup>6</sup> duxerit CNPZTOHA; ceperit B

<sup>7</sup> sobrineque se RXSWBPZTOGHA; consobrineque se (-rineque se *in mg.*) C; consobrine consobrineque se L; sue se ND

<sup>8</sup> *corr. fr.* -uine B

<sup>9</sup> qui X

<sup>10</sup> habuerit concubitu (conc. *in mg.* C) CLWZHQA; habuit concubitu RNDBPZJTO; concubitum X; concubitus S

<sup>11</sup> au N

<sup>12</sup> -ipimus LRXSWNDBPZTOGHA; -epimus C

<sup>13</sup> illicita CLDBZTOHA; *om.* N

## 61

### *De his qui seruos suos extra iudicem necant cap. lxiii<sup>1</sup>*

Si quis seruum<sup>2</sup> proprium sine conscientia iudicis occiderit, excommunicatione<sup>3</sup> uel penitentia biennii reatum sanguinis emundabit.

*C. Agde c 62; H 336a-b; M 407; ID 16.80*

<sup>1</sup> lxiii CWPZTOHA; lviii L; *om.* ND; lxi B

<sup>2</sup> suum *add. and canc.* B

<sup>3</sup> *corr. fr.* excommunioneatione A

## 62

*De laicis qui in<sup>1</sup> sollempnitatibus maioribus ad ciuitatem non concurrunt<sup>2</sup> cp. lxiiii<sup>3</sup>*

Vt<sup>4</sup> ciues qui superiorum sollempnitatum id est, Pasche ac Natalis Domini uel Pentecostes festiuitatibus<sup>5</sup> episcopis interesse neglexerint in quibus ciuitatibus positos se accipiende communionis uel benedictionis desiderio<sup>6</sup> nouerint qui hoc facere neglexerint triennio<sup>7</sup> a communione priuentur ecclesie.

*C. Agde c 63; H 336b; M 407; ID 4.10*

<sup>1</sup> in CNDPZTOHA; om. B

<sup>2</sup> concurrunt CLWDBPJTOG; currunt NZ; occurrunt HQA

<sup>3</sup> lxiiii CWPZTOHA; lx L; om. ND; lxii B

<sup>4</sup> Vt CNBZJTOQA; Et H

<sup>5</sup> cum add. ND, om. CLXSWBPZTOHA

<sup>6</sup> morari add. ND, om. CLXSWBPZTOHA

<sup>7</sup> corr. fr. trice- H

## 63

*De clericis qui<sup>1</sup> ab ecclesie officio diebus sollempnibus desunt cp. lxv<sup>2</sup>*

Si quis in clero constitutus ab ecclesia sua diebus sollempnibus defuerit, id est Natiuitate Domini, Epyphania, Pascha uel Pentecoste<sup>3</sup>, dum potius singularis<sup>4</sup> lucri studeant<sup>5</sup> quam seruitio suo<sup>6</sup> parere<sup>7</sup>, conuenit ut<sup>8</sup> triennio<sup>9</sup> a communione suspendatur. Similiter dyaconus uel presbiter si tres ebdomadas ab ecclesia sua defuerint<sup>10</sup>, huic dampnationi succumbant.

*C. Agde c 64; H 336b; M 407; +C 7 q 1 c 29*

<sup>1</sup> ss A

<sup>2</sup> lxv CWPZTOHA; lxi L; om. ND; lxiii B; Q reverses rubrics of cc 63-4

<sup>3</sup> -oste CRSBZJTOG; -osten LNPHA; -ostes D

<sup>4</sup> corr. fr. -ares W, fr. singulis H

<sup>5</sup> -eant LRXWBPZ<sup>2</sup>TJOGHA; -eat CS; -et ND<sup>2</sup>; -ent D; custodiant Z

<sup>6</sup> suo CXDBZTOHA; Dei N

<sup>7</sup> corr. fr. patere B

<sup>8</sup> -t ss Z

<sup>9</sup> corr. fr. trice- H

<sup>10</sup> -erint CLWND<sup>2</sup>PZ2TOHA; -erit DB; ? Z

## 64

*De leuitis ne sine iussu presbiteri<sup>1</sup> sedeant cap. lxvi<sup>2</sup>*

Quoniam non<sup>3</sup> oportet dyaconem sedere presente presbitero sed<sup>4</sup> ex iussu<sup>5</sup> presbiteri sedeat. Similiter autem honorificetur dyaconus a ministris inferioribus et omnibus clericis.

*C. Agde c 65; H 336b; M 408*

<sup>1</sup> iussu presbiteri CLNDBZTOGHQ; presbiteri iussu A

<sup>2</sup> lxvi CXSWPZTOHA; lxii L; om. ND?; lxiiii B; Q reverses rubrics of cc 63-4

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> sed CNDBZTOHA; si G

<sup>5</sup> iussu CNDB; iussione ZTOGHA

## 65

*De ministris ne<sup>1</sup> in secretarium<sup>2</sup> ingrediantur cp. lxvii<sup>3</sup>*

Quoniam non oportet insacratos<sup>4</sup> ministros licentiam habere in secretarium quod Greci dyaconicon<sup>5</sup> appellant ingredi et contingere uasa dominica.

<sup>1</sup> ne CXSNZTOHA; ut LRWDBP

<sup>2</sup> secretarium CRSNBZTOHA; ne add. L?; sacrarium W

<sup>3</sup> De - ing. in mg. Z; lxvii CRXSWPTOHQA; lxiii L; om. ND; lxv B; lxvi Z

<sup>4</sup> in sacros Q



C. Agde c 66; H 336b; M 408; +D 23 c 30

<sup>5</sup> diaconon Z

## 66

*De catholicis ne hereticorum conubiis copulentur<sup>1</sup> lxviii<sup>2</sup>*

Quoniam non oportet cum omnibus hereticis miscere conubia, et uel filios uel filias dare sed [108vb] potius accipere si tamen se profitentur Christianos futuros<sup>3</sup> esse et catholicos.

C. Agde c 67; H 336b; M 408; +C 28 q 1 c 16

<sup>1</sup> -etur A; De - cop. in mg. Z

<sup>2</sup> lxviii CRXWZTOHA; lxiii L; om. ND; lxvi B; ? P

<sup>3</sup> Chr. fut. CLWNDPZTOHA; fut. Chr. B

## 67

*De leuitis et<sup>1</sup> clericis ne magi uel incantatores sint<sup>2</sup> cp. lxviii<sup>3</sup>*

Quoniam non oportet ministros altaris aut clericos magos et incantatores<sup>4</sup> esse aut facere que dicuntur phylacteria que sunt magna obligamenta animarum. Hos autem qui talibus utuntur proici ab ecclesia iussimus.

C. Agde c 68; H 336b; M 408

<sup>1</sup> et CLWNDPZTOHA; uel B

<sup>2</sup> De - sint in mg. Z

<sup>3</sup> lxviii RXSWPZTOHA; lxv L; om. ND; lxvii B; ? C

<sup>4</sup> incantatores CNBZJOGHQA; incantores T

## 68<sup>1</sup>

*De sedicionariis<sup>2</sup> clericis<sup>3</sup> cp. lxx<sup>4</sup>*

Sedicionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios<sup>5</sup> uel iniuriarum suarum ultores.

C. Agde c 69; H 336b; M 408; D 46 c 8 as C. Carthage IV (cf above 2.18.66)

<sup>1</sup> Whole canon in mg. Z

<sup>2</sup> sedicionariis CLNBZTOHA; sediciosus N

<sup>3</sup> De - cler. in mg. Z

<sup>4</sup> lxx CRXSWPZTOHA; lxvi L; om. ND; lxviii B

<sup>5</sup> corr. fr. -utarios O

## 69

*De scurris<sup>1</sup> et iocularibus<sup>2</sup> clericis<sup>3</sup> lxxi<sup>4</sup>*

Clericum scurrilem<sup>5</sup> et uerbis turpibus iocularem ab officio retrahendum.

C. Agde c 70; H 336b; M 408

<sup>1</sup> corr. fr. seruis O

<sup>2</sup> iocularibus CLSGQ; iocularibus RWNBPZJTOHA; iocul' D

<sup>3</sup> De - cler. in mg. Z

<sup>4</sup> lxxi CRXWPZJTOGHQ<sup>2</sup>; lxvii L; om. NDA; lxviii B; xxi Q

<sup>5</sup> corr. fr. scurrilem O

## A2. XXIX <sup>1</sup>DE CONCILIO AVRELIANENSI<sup>2</sup>

- i. De homicidis, adulteris et furibus si ad ecclesiam confugerint
- ii. De raptoribus si ad ecclesiam confugerint

<sup>1</sup> title and capitulatio om. NZJTOGHQA; in CLRXSW[DM]BP

<sup>2</sup> Aurelianens X; De - Aur. om. D; capitula add. S, incipiunt capitula add. B, om. CLRXWDP

- iii. De seruis qui<sup>3</sup> ad ecclesiam confugerint  
 iiiii. De eo qui ab episcopo aliquid repetit, ut pro ipsa conuentione ab ecclesia non priuetur  
 v. Si episcopus seruum alterius clericum fecerit  
 vi. Si dyaconus uel presbiter crimen capitale commiserint  
 vii. De his qui penitentiam uolunt<sup>4</sup>  
 viiii. Si presbiter aut dyaconus pro reatu aliquo se ab eucharistia suspenderit  
 viiiii. Si relicta presbiteri aut diaconi alii se coniunxerit<sup>5</sup>  
 x. De his que in altario offeruntur  
 xi. De his que a fidelibus in parrochitanis ecclesiis offeruntur  
 xii. Vt episcopus et pauperes et infirmos tueatur  
 xiii. Vt basylice in cuius territorio sunt in eius episcopi maneant potestate  
 xiiii. De incestis ut excommunicentur<sup>6</sup>  
 xv. Vt abbates in potestate episcoporum sint et de monachis uagis  
 xvi. Vt monachi orario uel zonis non utantur<sup>7</sup>  
 xvii. Vt monachus sine permissu episcopi uel abbatis cellulam sibi non construat<sup>8</sup>  
 xviii. Si episcopus cuiquam terrulas prestiterit excolendas, sine episcopi iudicio iuris ecclesie tenebuntur  
<sup>9</sup>xviii. Vt ante Pascha quadragesima teneatur [109ra]  
 xx. Vt nullus ciuium festiuitates maiores in uilla celebret  
 xxi. Vt populus ante completam missam et ante benedictionem<sup>10</sup> egredi non presumat  
 xxii. Vt letanie ante Ascensionem Domini celebrentur  
 xxiii. De clericis qui ad officium uenire contempnunt  
 xxiiii. De familiaritate extraneorum feminarum  
 xxv. De religiosis secularibus qui diuinationibus attendunt<sup>11</sup>  
 xxvi. Quod episcopus die dominico ab ecclesia deesse non debet

<sup>3</sup> qui RXSDBP; si CLW

<sup>4</sup> uolunt RXDBP; nolunt CW; ? LS

<sup>5</sup> -erit CLRSDP; -erint XB; -erunt W

<sup>6</sup> *Whole title om. D*

<sup>7</sup> L<sup>2</sup> fos. 101va-101vb *add.* Hec sunt exemplaria eorum que a domino - perturbant indigne [*i.e.* C. Reims 1131]

<sup>8</sup> construat CLXSWBP<sup>2</sup>; constituat DM

<sup>9</sup> DM *omit all remaining titles*

<sup>10</sup> benedictionem CSX; ben. acceptam LRBP; acceptam ben. W

<sup>11</sup> attendunt CLRSWP; intendunt B

## 1

*Incipit<sup>1</sup> de concilio Aurelianensi xxx trium episcoporum. De homicidis<sup>2</sup>, adulteris et furibus<sup>3</sup> si ad ecclesiam confugerint<sup>4</sup> cap. i<sup>5</sup>*

Id constituimus obseruandum quod ecclesiastici canones decreuerunt et lex Romana constituit, ut ab ecclesie atriis uel domo episcopi eos<sup>6</sup> abstrahere<sup>7</sup> omnino non liceat,

<sup>1</sup> Incipit CWDBPZTOHA; *om. N*

<sup>2</sup> et *add.* N; *om.* CLRXSWDBPZTOHA

<sup>3</sup> et furibus CWDBZTOA; *om. N*

<sup>4</sup> De - conf. *in mg.* ZJ

<sup>5</sup> cap. i LRXSBPZTOHQA; *om.* CWN; *before* De D

<sup>6</sup> eos CSBPZTOHA; homicidas uel adulteros ND

<sup>7</sup> *corr. fr.* abstinere D

sed nec alteri<sup>8</sup> consignari nisi ad euangelia datis sacramentis de morte et de<sup>9</sup> debilitate et<sup>10</sup> omni penarum genere sint securi. ita ut ei cui reus fuerit criminosus de satisfactione conueniat. Quod si sacramenta sua conuictus fuerit uiolasse reus periurii non solum a<sup>11</sup> communione ecclesie uel omnium clericorum, uerum etiam et a<sup>12</sup> catholicorum conuiuio separetur. Quod si is cui reus est noluerit, sibi intentione faciente componi, et ipse reus actus timore de ecclesia<sup>13</sup> discesserit, ab ecclesie clericis non queratur.

*C. Orleans c 1; H 337a; M 409; +C 17 q 4 c 36a (for 36b see below c 3)*

<sup>8</sup> alteri CNDZTOGHQ; altari BP; alterius A

<sup>9</sup> de CRBPZTOHA; om. ND

<sup>10</sup> de add. and canc. Z

<sup>11</sup> a CNBJTOQA; ad Z

<sup>12</sup> a CNBJTOH<sup>2</sup>QA; om. ZH

<sup>13</sup> actus timore (corr. fr. -orte D) de ecclesia CRNDBP; de ecclesia actus timore ZTOGHQA

## 2

### *De raptoribus si ad ecclesiam confugerint<sup>1</sup> cp. ii<sup>2</sup>*

De raptoribus autem id custodiendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit<sup>3</sup>, et feminam ipsam uiolentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris et raptor mortis uel penarum impunitate concessa, aut seruiendi conditioni subiectus sit, aut redimendi<sup>4</sup> se liberam habeat facultatem<sup>5</sup>. Si uero que rapitur patrem habere constiterit et puella raptori consen[109rb]serit<sup>6</sup>, potestati patris excusata reddatur. Et raptor a patre superiori conditionis satisfactione teneatur obnoxius.

*C. Orleans c 2; H 337a; M 409; C 36 q 1 c 3*

<sup>1</sup> De - conf. in mg. J (not Z)

<sup>2</sup> cp. ii om. LND

<sup>3</sup> raptor (rapor Z) cum rapta conf. CRPZTOHQA; raptor conf. cum rapta ND; cum rapta raptor conf. B

<sup>4</sup> -di- ss O

<sup>5</sup> facultatem RXSNDBPZTOGHQA; potestatem CLW

<sup>6</sup> corr. fr. -int O

## 3

### *De seruis qui ad ecclesiam confugerint<sup>1</sup> cp. iii<sup>2</sup>*

Seruus qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si a domino pro admissa<sup>3</sup> culpa<sup>4</sup> sacramentum susceperit<sup>5</sup>. statim ad seruitium domini sui<sup>6</sup> redire cogatur. Et postea quam dato sacramento domino suo fuerit consignatus. si aliquid pene pro eadem culpa qua<sup>7</sup> excusatur probatus fuerit pertulisse, pro contemptu<sup>8</sup> ecclesie et preuaricatione fidei a communione et conuiuio catholicorum extraneus habeatur. Si uero seruus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta domini<sup>9</sup> clericis exigentibus de impunitate perceperit exire nolentem a domino liceat occupari.

*C. Orleans c 3; H 337a-b; M 409; +C 17 q 4 c 36b (cf c 1 above)*

<sup>1</sup> De - conf. in mg. ZJ

<sup>2</sup> cp. iii om. ND

<sup>3</sup> corr. fr. am- O

<sup>4</sup> si a domino pro adm. culpa in mg. H

<sup>5</sup> -eperit CLXSNDZJTOHQA; -epit RBP

<sup>6</sup> sui CRNDPZTOHA; om. B

<sup>7</sup> qua CNDBZJTO<sup>2</sup>G; om. OHQA

<sup>8</sup> contemptu CNDBZJTO; contentu HQA

<sup>9</sup> domini CNDBZTOGHQ; dominici A

*De eo qui ab episcopo aliquid repetit, ut pro ipsa conuentione ab ecclesia non priuetur<sup>1</sup> cp. iiii<sup>2</sup>*

Si quis ab episcopo<sup>3</sup> uel de ecclesia<sup>4</sup> uel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, si nichil conuicii, aut criminationis obiecerit, eum pro sola conuentione a communione<sup>5</sup> ecclesie non liceat submoueri.

*C. Orleans c 4; H 337b; M 409; +C 2 q 7 c 20*

---

<sup>1</sup> De - priu. in mg. J (not Z)

<sup>2</sup> cp. iiii om. N; ut pro ipsa - iiii om. D

<sup>3</sup> ecclesia D

<sup>4</sup> -esia CXSWND; -esie LRBPZTOGHA

<sup>5</sup> P p.200 ends half way down leaf with communi; P p. 201 begins (in another hand) -nione

## 5

*Si episcopus seruuum alterius clericum fecerit<sup>1</sup> cp. v<sup>2</sup>*

Si seruus absente aut<sup>3</sup> nesciente domino, episcopo sciente quod seruus sit dyaconus aut presbiter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente episcopus eum domino<sup>4</sup> duplici satisfactione compenset. Si uero episcopus eum seruuum esse nescierit qui testimonium perhibent aut<sup>5</sup> eum supplicauerint ordinari, simili redibitione<sup>6</sup> teneantur obnoxii.

*C. Orleans c 5; H 337b; M 409; cf ID 6.125 as BD 2.24; D 54 c 19*

---

<sup>1</sup> Si - fecerit in mg. J (not Z)

<sup>2</sup> cp. v om. LND

<sup>3</sup> corr. fr. et B

<sup>4</sup> suo add. N, om. CDBZTOHA

<sup>5</sup> in mg. C

<sup>6</sup> corr. fr. -ibitione O

## 6

*Si dyaconus uel presbiter crimen capitale<sup>1</sup> commiserint<sup>2</sup> cp. vi<sup>3</sup>*

Si dyaconus aut presbiter crimen capitale commiserint<sup>4</sup> simul et ab<sup>5</sup> officio et communione pellantur.

*C. Orleans c 6; H 337b; M 410; +D 81 c 14a (cf c 8 below)*

---

<sup>1</sup> compitale H

<sup>2</sup> Si - comm. in mg. J (not Z)

<sup>3</sup> cp. vi om. ND

<sup>4</sup> corr. fr. -erit T?

<sup>5</sup> ab CNDBP; om. ZTOGHA

## 7

*De his qui penitentiam nolunt<sup>1</sup> cp. vii<sup>2</sup>*

De his qui suscepta penitentia religionem sue professionis obliti ad secularia [109va] relabuntur, placuit eos et a communione suspendi et ab omnium catholicorum conuiuuiis separari. Quod si post interdictum cum eis quisque presumpserit manducare et ipse communione priuetur.

*C. Orleans c 7; H 337b; M 410; De pen. D 5 c 5*

---

<sup>1</sup> nolunt CRSWBP; ? L; uolunt XNDZTOHA

<sup>2</sup> cp. vii om. ND

## 8

*Si presbiter aut dyaconus pro reatu<sup>1</sup> aliquo se<sup>2</sup> ab<sup>3</sup> eucharistia suspenderit cp. viii<sup>4</sup>*

---

<sup>1</sup> suo add. N, om. CLDZTOHA; ? B

Si dyaconus uel presbiter pro reatu suo se ab altaris communione sub penitentis professione submouerint, sic quoque si alii defuerint, et causa certe necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare.

*C. Orleans c 8; H 337b; M 410; ID 6.369, 15.18; +D 81 c 14b (mod., cf c 6 above)*

<sup>2</sup> aliquo se *corr. fr.* sue Q

<sup>3</sup> ab CRNDBZTOGHQ; sub A

<sup>4</sup> cp. viii *om.* ND

## 9

*Si relictæ presbiteri aut<sup>1</sup> dyaconi alii<sup>2</sup> se coniunxerit<sup>3</sup> cap. viiii<sup>4</sup>*

Si se<sup>5</sup> cuicumque mulier duplici coniugio presbiteri uel diaconi relictæ coniunxerit, aut castitati<sup>6</sup> separentur, aut certe si in criminum intentione perstiterint, pari excommunicatione plectentur.

*C. Orleans c 9; H 337b; M 410; +D 28 c 11*

<sup>1</sup> aut CLDBZTOH<sup>2</sup>QA; uel N; *om.* H

<sup>2</sup> alii CLNB; alio ZTOHA

<sup>3</sup> coniunxerit CLRSPWZJTGHQ<sup>2</sup>; coniu... D; iunxerint NB; coniunserit O; commiserit QA. Si - con. *in mg.* J (*not* Z)

<sup>4</sup> viiii CLRBPZTOQA; *om.* ND; viii H

<sup>5</sup> *ss* A

<sup>6</sup> *corr. to* castigati B

## 10<sup>1</sup>

*De his qui in altario<sup>2</sup> offeruntur cp. x<sup>3</sup>*

Antiquos canones relegentes priora statuta credimus renouanda, ut de his que in altario oblatione fidei conferuntur medietatem sibi episcopus uendicet, et<sup>4</sup> medietatem sibi dispensandam secundum gradus<sup>5</sup> clerus<sup>6</sup> accipiat, tam de prediis quam de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

*C. Orleans c 10; H 337-8; M 410; C 10 q 1 c 8*

<sup>1</sup> *after c 11* HQA

<sup>2</sup> *corr. fr.* altero O

<sup>3</sup> cp. x *om.* ND

<sup>4</sup> medietatem - et *om.* Z, *inserting* et medietatem - uend. *after* accipiat, *with mark of transposition*

<sup>5</sup> secundum gradus CLRBPZTOHA; pro suo gradu ND

<sup>6</sup> clerus CLXSND<sup>2</sup>ZTOHA; clericus RWBP; clericis D

## 11

*De his que<sup>1</sup> a fidelibus in parrochitanis<sup>2</sup> ecclesiis offeruntur cp. xi<sup>3</sup>*

De his que parrochiis, in terris, uineis, mancipiis<sup>4</sup> atque peculiis<sup>5</sup> quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta seruentur, et omnia in episcopi potestate consistant. De his tamen que in altario<sup>6</sup> accesserint, tercia<sup>7</sup> fideliter episcopis deferatur.

*C. Orleans c 11; H 338a; M 410; C 10 q 1 c 7*

<sup>1</sup> que CNDBZTOGH; qui A

<sup>2</sup> -itanis CNDBZTOQA; -ianis H

<sup>3</sup> xi C?LRWPZJTOQA; *om.* ND; viiii H

<sup>4</sup> panc- D

<sup>5</sup> peculiis CDBZTOHA; pecuniis N

<sup>6</sup> al- *ss* H

<sup>7</sup> pars *add.* B, *om.* CRNDZTOHA

*Vt episcopus et<sup>1</sup> pauperes et infirmos tueatur<sup>2</sup> cp. xii<sup>3</sup>*

Episcopus pauperibus uel infirmis qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare uictum et uestimentum<sup>4</sup> in quantum possibilitas habuerit largiatur.

*C. Orleans c 12; H 338a; M 410; +D 82 c 1*

<sup>1</sup> et CLRWDBZTOGH; om. NA

<sup>2</sup> Vt - tueatur in mg. J (not Z)

<sup>3</sup> xii CLRWBPZTOA; om. ND; ? J; xi HQ

<sup>4</sup> corr. fr. uestitum A

## 13

*Vt basylice in cuius territorio sunt<sup>1</sup> in eius episcopi maneant potestate<sup>2</sup> cp. xiii<sup>3</sup>*

Omnes basylice que per diuersa [109vb] loca<sup>4</sup> constructe sunt uel cotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam ut in<sup>5</sup> eius episcopi<sup>6</sup> in cuius<sup>7</sup> territorio posite sunt, potestate<sup>8</sup> consistant.

*C. Orleans c 13; H 338a; M 410; C 16 q 7 c 10*

<sup>1</sup> in cuius territorio sunt (est N) CRNDPZTOHA; que per diuersa loca constructe sunt B

<sup>2</sup> Vt - potestate in mg. J (not Z)

<sup>3</sup> xiii CRXSWBPZJTOA; om. LND; xii HQ

<sup>4</sup> loca CNDB; om. ZTOGHA

<sup>5</sup> in CDBZTOHA; om. N

<sup>6</sup> potestate add. DM;

<sup>7</sup> in cuius CDBZTOHA; om. N

<sup>8</sup> in cuius - potestate in mg. M<sup>2</sup>

14<sup>1</sup>*De incestis ut excommunicentur cap. xiiii<sup>2</sup>*

Ne superstes frater thorum defuncti fratris ascendat. Ne se quisque admiss<sup>3</sup> uxoris sorori audeat sociare<sup>4</sup>. Quod si fecerint ecclesiastica districtione feriantur.

*C. Orleans c 14; H 338a; M 410*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> xiiii CSXWBPZJTOA; om. LN; xiii HQ

<sup>3</sup> admiss<sup>3</sup> CLRNB; amisse ZJTOHA

<sup>4</sup> -iare CLRSNBP; -iari ZJTOHA

## 15

*Vt abbates in potestate episcoporum sint, et de monachis uagis xv<sup>1</sup>*

Abbates pro humilitate<sup>2</sup> religionis in episcoporum potestate consistant. Et si quid extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur. Qui semel<sup>3</sup> in anno in loco ubi episcopus elegerit accepta uocatione conueniant. Monachi autem<sup>4</sup> abbatibus omni obedientia et deuotione subiaceant. Quod si quis per contumaciam extiterit indeuotus ac per loca aliqua uagari aut peculiare aliquid habere presumpserit, omnia que acquisierit ab abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profuturam. Ipsi autem qui fuerant peruagati ubi inuenti fuerint cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur. Et reum se ille abbas<sup>5</sup> futurum esse cognoscat<sup>6</sup>, qui in

<sup>1</sup> xv CRXWBPZJTOA; et de - xv om. LND?; x H; xiiii Q

<sup>2</sup> -li- ss H

<sup>3</sup> semel CNBZTOGH; simul A

<sup>4</sup> ab add. N, autem ab add. and canc. D, om. CLBZTOHA

<sup>5</sup> abbas CNDB; abba ZTOGHA

<sup>6</sup> add. in mg. B

huiusmodi personis non regulari<sup>7</sup> animaduersione distrikerit, uel qui monachum susceperit alienum.

*C. Orleans c 15; H 338a; M 410-1; +C 18 q 2 c 16*

<sup>7</sup> ac add. and canc. Z

## 16

*Vt monachi orario uel zonas non utantur<sup>1</sup> cp. xvi<sup>2</sup>*

Monacho orarium uel zonas in monasterio<sup>3</sup> habere<sup>4</sup> non liceat. Et si postea uxori fuerit sociatus, tante preuaricationis reus nunquam ecclesiastici gradus sortiatur<sup>5</sup> officium.

*C. Orleans cc 16-17; H 338a; M 411; +C 27 q 1 c 32*

<sup>1</sup> Si monachus uxorem duxerit add. Z(mg.)TOGHQA, om. CRWNB

<sup>2</sup> cp. xvi om. LND

<sup>3</sup> uel zonas in mon. CLXSWND; in mon. uel zonas RBPZTOHQA

<sup>4</sup> ha- ss O

<sup>5</sup> gradus (ss B) sortiatur CRSNDBP; gradus sortiantur ZTOGHA

## 17

*Vt monachus sine permissu<sup>1</sup> episcopi uel abbatis cellulam sibi non construat<sup>2</sup> cp. xvii<sup>3</sup>*

Nullus monachus congregationem<sup>4</sup> monasterii derelicta<sup>5</sup> ambitionis et uanitatis impulsu cellulam construere sine episcopi permissione uel abbatis sui uoluntate presumat. [110ra]

*C. Orleans c 18; H 338b; M 411; +C 18 q 2 c 14*

<sup>1</sup> perm- CNBZJTHA; prom- O

<sup>2</sup> constituat D

<sup>3</sup> sibi - xvii om. N; cp. xvii om. D; xviii (later corr. ?) Z

<sup>4</sup> -ionem CLXWN; -ione RSDBPZTOGHA

<sup>5</sup> derelicta CLXSWNPZJTOHQA; delicta R; relicta D; dimissa B

## 18

*Si episcopus cuiquam terrulas prestiterit excolendas, sine episcopi iudicio iuris ecclesie tenebuntur cp. xviii<sup>1</sup>*

Si episcopus humanitatis<sup>2</sup> intuitu mancipiola, uineolas uel terrulas clericis aut monachis uel quibuslibet prestiterit excolendas uel pro tempore tenendas, etiam si longa transisse annorum spacia comprobentur, nullum ecclesia preiudicium patiatur nec secularis legis prescriptio que ecclesie aliquid impediatur apponatur.

*C. Orleans c 19; H 338b; M 411; C 16 q 3 c 12*

<sup>1</sup> iuris - xviii (cp. xviii om. LD) CLDBZTOA; iura ec' N

<sup>2</sup> causa uel add. B, om. CRNPZTOHA

## 19<sup>1</sup>

*Vt ante pascha quadragesima teneatur<sup>2</sup> cp. xix<sup>3</sup>*

Id<sup>4</sup> sacerdotibus omnibus decretum est<sup>5</sup> ut ante Pasche sollempnitatem non quinquagesima sed<sup>6</sup> quadragesima teneatur<sup>7</sup>.

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> corr. fr. -antur O

<sup>3</sup> ten. - xix CLRBZTOA; celebretur N

<sup>4</sup> Id CLRWNPZJ(erasure follows)TGHQ; In B; [ ]d O; Ad A

<sup>5</sup> dec. est CLNB; est dec. ZTOGHA

<sup>6</sup> sed CNBZTOGH; om. A

<sup>7</sup> corr. fr. -antur O

C. Orleans c 20; H 338b; M 411; De cons. D 3 c 6

20<sup>1</sup>

*Vt nullus ciuium festiuitates maiores in uilla celebret cp. xx<sup>2</sup>*

Vt nulli<sup>3</sup> ciuium Pasche, Natalis Domini<sup>4</sup> uel quadragesime<sup>5</sup> sollempnitatem in uilla liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

C. Orleans c 21; H 338b; M 411; De cons. D 3 c 5

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> cp. xx om. LN

<sup>3</sup> nulli CLRXNBZJTOQ<sup>2</sup>A; nullus SHQ

<sup>4</sup> Domini CLRSWNB; om. ZTOGHQA

<sup>5</sup> quadragesime CLSWNBQ; quinquagesime ZJTOGHA(*corr. fr.* -gegesime)

21<sup>1</sup>

*Vt populus ante completam missam et ante benedictionem acceptam egredi non presumat. cp. xxi<sup>2</sup>*

Cum ad celebrandas missas in Dei nomine conuenitur populus non ante discedat<sup>3</sup> quam misse sollempnitas compleatur. Et ubi<sup>4</sup> episcopus non<sup>5</sup> fuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

C. Orleans c 22; H 338b; M 412; De cons. D 1 c 65

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> acceptam - cp. xxi (cp. xxi om. L) CLWBZTOHA; non exeat N

<sup>3</sup> discedat CRNPZTOHA; descendat B

<sup>4</sup> ss Z

<sup>5</sup> non CWNBPB; om. ZTOGQA; de Q<sup>2</sup>

22<sup>1</sup>

*Vt letanie ante Ascensionem Domini celebrentur cp. xxii<sup>2</sup>*

Rogationes<sup>3</sup>, id est letanias, ante Ascensionem Domini placuit celebrari, ita ut premissum triduanum ieiunium in Dominice Ascensionis sollempnitate soluatur<sup>4</sup>. Per quod triduum serui et ancille ab opere relaxentur<sup>5</sup>, quo magis plebs uniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant et quadragesimalibus cibis utantur.

C. Orleans c 23; H 338b; M 412; ID 4.11; De cons. D 3 c 3

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> cp. xxii om. LN

<sup>3</sup> Rog- CNBZTOQA; Cog- H

<sup>4</sup> soll. solu. CNBZTOQA; solu. soll. H

<sup>5</sup> -entur CNBGZTOQA; -antur H

23<sup>1</sup>

*De clericis qui ad officium uenire contempnunt cp. xxiii<sup>2</sup>*

Clerici uero qui<sup>3</sup> ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

C. Orleans c 24; H 338b; M 412; +D 91 c 5

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> cp. xxiii om. LN

<sup>3</sup> ss C

24<sup>1</sup>

*De familiaritate extranearum feminarum cp. xxiiii<sup>2</sup>*

---

<sup>1</sup> om. DM



De familiaritate extraneorum mulierum tam episcopi quam presbiteri uel [110rb] dyaconi preteritorum canonum statuta custodiant.

*C. Orleans c 25; H 338b; M 412*

---

<sup>2</sup> cp. xxiii om. LN

## 25<sup>1</sup>

*De religiosis secularibus qui diuinationibus attendunt<sup>2</sup> cp. xxv<sup>3</sup>*

Si quis clericus, monachus uel secularis diuinatione<sup>4</sup> uel auguria crediderit obseruanda, uel sortes quas mentiuntur esse sanctorum quibuscumque putauerint intimandas, cum his qui eis crediderint<sup>5</sup> ab ecclesie communione pellantur.

*C. Orleans c 26; H 338b; M 412; +C 26 q 5 c 9*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> att- CLBZTOHA; int- N

<sup>3</sup> cp. xxv om. N

<sup>4</sup> -ione CLXN; -ionem RWBPZTOHA; -iones S

<sup>5</sup> corr. fr. -rit O

## 26

*Quod episcopus die dominico ab ecclesia deesse non debet<sup>1</sup> cp. xxvi<sup>2</sup>*

Episcopus si in infirmitate<sup>3</sup> non fuerit impeditus ecclesie cui proximus fuerit die dominico deesse non debet.

*C. Orleans c 27; H 338b; M 412; De cons. D 3 c 4*

---

<sup>1</sup> -et repeated H

<sup>2</sup> cp. xxvi om. N; Quod - xxvi om. D

<sup>3</sup> in- ss A

## A2. XXX <sup>1</sup>DE CONCILIO ELIBERTANO

- i. Si domina per zelum ancillam occiderit
- ii. Si quis per maleficium hominem interfecerit
- iii. De feminis que adulteros maritos relinquunt et aliis nubunt
- iiii. De mulieribus que lenocinium fecerint
- v. De uirginibus Deo sacratis si adulterauerint
Procliuis cursus est ad uoluptatem et imitatrix natura uiciorum. Quam ob rem quisquis uirorum uel mulierum habitum semel induerint uel induerunt spontanee religiosum<sup>3</sup>, aut si uir deditus<sup>4</sup> ecclesie uel femina fuerit aut<sup>5</sup> fuit delegata puellarum monasterio in utroque sexu preuaricator ad propositum inuitus reuerti cogatur ut uir detondeatur<sup>6</sup> et puella ad monasterium regrediatur<sup>7</sup>. Si autem [117vb] quolibet<sup>8</sup> patrocinio desertores permanere uoluerint sacerdotali sententia ita a Christianorum cetu habeantur<sup>9</sup> extorres ut nec locus eis ullus sit communionis<sup>10</sup>. Vidue quoque sicut iam dudum uniuersalis statuit synodus professionum<sup>11</sup> uel habitus sui desertrices superiori sententia condempnentur.

*C. Toledo VI c 6; H 378a; M 489; ID 7.35 as BD 8.14; C 20 q 3 c 2*

<sup>3</sup> -osum CDBZTOHA; -osorum N

<sup>4</sup> *partially obscured* N

<sup>5</sup> *after corr. Z; corr. fr. au O*

<sup>6</sup> *after corr. O*

<sup>7</sup> *regred- CNBZTOHQ<sup>2</sup>; redigatur Q; ingred- A*

<sup>8</sup> -t ss O; -et om. A

<sup>9</sup> -eantur CLRWN<sup>2</sup>PZJTO<sup>2</sup>HQ; -eatur BOA

<sup>10</sup> communionis CLRSNB; communis ZJTOHQ; criminis A

<sup>11</sup> -ionum CLR<sup>2</sup>SWNB; -ionem ZJTOHQA

### 3

*Quod quibusdam penitentibus pristina reddantur<sup>1</sup> coniugia cp. viii<sup>2</sup>*

Antiqui et sanctissimi est patris sententia pape Leonis ut is qui in etatis adolescentia positus dum mortis formidat casum peruenerit ad penitentiae remedium. Si coniugatus forte fuerit incontinens, ne postea adulterii incurrat lapsum redeat ad pristinum coniugium quousque possit adipisci temporis maturitate continentie statum. Quod nos sicut de uiris ita et de feminis equo modo censemus. Non quidem hoc generaliter<sup>3</sup> et canonicè preceptum sed constat a<sup>4</sup> nobis pro humana fragilitate indultum ea dumtaxat ratione ut si is<sup>5</sup> qui penitentiae non est legibus<sup>6</sup> deditus antea ab hac uita discesserit<sup>7</sup> quam ex consensu ad continentiam eorum unde fuerit regressus superstiti non liceat denuo ad uxoris<sup>8</sup> transire amplexus. Si autem illius uita extiterit superstes qui non accepit<sup>9</sup> benedictionem penitentis nubat si se continere non potest et alterius consortio<sup>10</sup> fruatur uxoris. Quod de utroque sexu pari modo a nobis manifestatum<sup>11</sup> est decreuisse, ita uidelicet ut<sup>12</sup> in his omnibus sacerdotis ordinatio expectetur ut iuxta quod etatem aptam prospexerit continentiae absolutionis tribuat legem.

*C. Toledo VI c 8; H 378a-b; M 490; C 33 q 2 c 19*

<sup>1</sup> reddantur CDBZTOHA; redonantur N

<sup>2</sup> viii CRW<sup>2</sup>SNPZJTOH; iii WB; om. DM; vii Q; viiii A

<sup>3</sup> *corr. fr. generati B*

<sup>4</sup> *corr. fr. ad O*

<sup>5</sup> is CNBZTOH; his A

<sup>6</sup> *after corr. O*

<sup>7</sup> -c- ss O

<sup>8</sup> *corr. fr. -ores C*

<sup>9</sup> accepit LRNB<sup>2</sup>PZTOHA; acceperit CXSW

<sup>10</sup> *add. in mg. B*

<sup>11</sup> manifestatum CNMBZ<sup>2</sup>JTO; manifestum ZHQA

<sup>12</sup> uidelicet ut CNBJTOHQA; ut uidelicet quod Z

### 4<sup>1</sup>

<sup>1</sup> om. DM

*De professionibus et obedientia libertorum ecclesie cp. viiii<sup>2</sup>*

Longinquitate sepe fit temporis<sup>3</sup> ut non pateat conditio originis. Vnde iam decretum est in anteriori uniuersalis [118ra] concilii canone ut professionem suam liberti ecclesie debeant facere qua profiteantur se et de familiis esse ecclesie<sup>4</sup> et<sup>5</sup> obsequium nunquam relicturos<sup>6</sup>. Vnde hiis quoque nos<sup>7</sup> adicimus ut quotiens cursum uite sacerdos impleuerit et de hac uita migrauerit, mox cum successor eius aduenerit, omnes liberti ecclesie uel ab eis progeniti cartulas suas in conspectu omnium debeant<sup>8</sup> ipsi qui substituitur pontifici publicare, et professionem<sup>9</sup> in conspectu ecclesie renouare, quatinus status sui uigorem et illi obtineant et obedientia eorum<sup>10</sup> ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis sue intra annum ordinationis noui pontificis manifestare contempserint aut<sup>11</sup> professiones renouare noluerint<sup>12</sup>, uacue et inanes cartule ipse<sup>13</sup> remaneant<sup>14</sup>, et illi<sup>15</sup> origini sue redditi sint perpetuo serui.

*C. Toledo VI c 9; H 378b; M 490; C 12 q 2 c 64*

<sup>2</sup> viiii CWNPZTOHA; iiii B

<sup>3</sup> temporis CNBZTOHQ; turpis A

<sup>4</sup> debeant facere qua - ecclesie *in mg.* O; *om.* A

<sup>5</sup> et CRNB; *om.* ZTOH

<sup>6</sup> relucturos O; reluctores A

<sup>7</sup> nos LRWNPZTOHA; *om.* CS

<sup>8</sup> debeant CRNPZTOHA; *om.* B

<sup>9</sup> -ionem CRNB; -ione JTOHA; ? Z

<sup>10</sup> eorum CBZTOHA; *om.* N

<sup>11</sup> aut CNBZJOHQ; autem aut T; autem A

<sup>12</sup> nol- CNBZTHQ; uol- OA

<sup>13</sup> ipse CNBPZTOHQ; in se A

<sup>14</sup> *corr. fr.* remeant *to* remameant Z

<sup>15</sup> illi CNPZTOHA; ipsi B

## 5

*Ne sine accusatore legitimo<sup>1</sup> quispiam condempnetur cp. xi<sup>2</sup>*

Dignum est ut uita innocentis nulla maculetur pernicie<sup>3</sup> accusatoris. Ideo quisquis a quolibet criminatur<sup>4</sup> non ante accusatus supplicio detur quam accusator presentetur<sup>5</sup> atque legum<sup>6</sup> et canonum sententia exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona inuenitur ad eius<sup>7</sup> accusationem non iudicetur.

*C. Toledo VI c 11; H 378-9; M 491; +C 3 q 9 c 9*

<sup>1</sup> acc. leg. CLRWNBZTOA; accusatione legitima D

<sup>2</sup> xi CRWNPZTOHA; *om.* D; v B

<sup>3</sup> *corr. fr.* -cio O

<sup>4</sup> -in- ss T

<sup>5</sup> *corr. fr.* -entur Z

<sup>6</sup> legum CNBZJTO<sup>2</sup>HQ; leguntur OA

<sup>7</sup> ieiis N

**A2. XXXIX <sup>1</sup>DE CONCILIO TOLETANO OCTAVO<sup>2</sup>**

- i. De languoris euentu ministrantium clericorum
- ii. De exactione<sup>3</sup> ecclesiarum Gallitie<sup>4</sup> prouincie

<sup>1</sup> *title and capitulatio om.* ZJTOHQ; *in* CLRXSWNDMBP

<sup>2</sup> De concilio Toletano octauo CLRSWP; *om.* NDM; De conc. Tol. incipiunt capitula B

<sup>3</sup> exactione C<sup>2</sup>LRWB; actione CXSNDMP

<sup>4</sup> Gallitie CLXSWND<sup>2</sup>MP; Gallatie R; Gallice D; Galatie B

## 1

*Incipit<sup>1</sup> de concilio Toletano octauo. De languoris<sup>2</sup> euentu ministrantium clericorum cap. i*

Nichil contra ordinis statutum<sup>3</sup> temeritatis ausu presumatur, neque illa que summa ueneratione<sup>4</sup> censentur<sup>5</sup> uel minimo presumptionis<sup>6</sup> tantum soluantur, cum ad<sup>7</sup> hoc<sup>8</sup> tantum fieri iussa sunt ne interrupta noscantur<sup>9</sup> ne languoris prouentu<sup>10</sup> robore salutis natura priuetur. Non ergo solum fragi [118rb] litati consulitur humane sed etiam sacris mysteriorum Dei<sup>11</sup> prouidetur sollicitudine. Censuimus igitur conuenire ut cum a sacerdotibus missarum tempore sacra<sup>12</sup> mysteria consecrantur si egritudinis accidat cuilibet euentus quo ceptum<sup>13</sup> nequeat consecrationis<sup>14</sup> explere mysterium sit liberum episcopo uel presbitero alteri consecrationem exequi officii cepti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit quam aut incipientis aut subsequenti completa benedictione sacerdotis. Quia nec perfecta uideri possunt nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim simus omnes<sup>15</sup> unum in Christo nichil contrarium diuersitas format ubi efficaciam<sup>16</sup> prosperitatis unitas<sup>17</sup> fidei representat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici indiuiduum sibi esse<sup>18</sup> non ambigant sed ut premissum est precedentibus libenter<sup>19</sup> alii pro complemento succedant. Nec tamen quod natura languoris<sup>20</sup> causa consulitur in presumptionis perniciem conuertatur. Nullus post cibum potumque quamlibet minimum sumptum<sup>21</sup> missas<sup>22</sup> facere<sup>23</sup>, nullus absque patenti prouentu molestie minister uel sacerdos cum ceperit imperfecta officia presumat omnino relinquere. Si quis hec temerarie presumpserit excommunicationis sententiam sustinebit.

*C. Toledo VII c 2; H 381-2; M 496-7; ID 2.124 as BD 3.70; +C 7 q 1 c 16*

<sup>1</sup> Incipit CLRSDB; *om.* NZJTOHA

<sup>2</sup> -oris CRNPZTOHA; -oribus B

<sup>3</sup> statutum CNBZTO<sup>2</sup>HQ; statum OA

<sup>4</sup> -ne- ss C

<sup>5</sup> -entur CDBZTOA; -etur N

<sup>6</sup> ausu *add.* ND, *om.* CRBPZTOHA

<sup>7</sup> ad CNBZTO<sup>2</sup>HQ; ab OA

<sup>8</sup> hoc CNBJTOHQA; huc Z

<sup>9</sup> *corr. fr.* noscuntur HA

<sup>10</sup> prouentu CNBZTOHQ; pro euentu A

<sup>11</sup> Dei CNBZTO<sup>2</sup>HQ; *om.* OA

<sup>12</sup> tempo *add. and canc.* O

<sup>13</sup> ceptum CNBJTOHQA; conceptum Z

<sup>14</sup> *corr. fr.* -es O

<sup>15</sup> omnes CNBZTOH; *om.* A

<sup>16</sup> -ca- ss Z

<sup>17</sup> *after corr.* O

<sup>18</sup> sibi esse CNBP; esse sibi ZTOHA

<sup>19</sup> *in mg.* O

<sup>20</sup> lang- CNBZTOQA; long- H

<sup>21</sup> sumptum LRXSWNBPZTOQA; sr'tum C; sc'ptum H

<sup>22</sup> *corr. to* missam B<sup>2</sup>

<sup>23</sup> facere CDBZTOHA; facem N

## 2

*De exactione<sup>1</sup> ecclesiarum Gallitiae prouinciae cp. iiii<sup>2</sup>*

Inter cetera denique que<sup>3</sup> communi consensu<sup>4</sup> nos conferre competenter oportuit querimonias etiam parrochialium presbiterorum Gallitiae prouinciae sollertissime discernere docuit quas contra pontificum suorum rapacitates necessitas ut comperimus tandem compulsi in publicum<sup>5</sup> examen<sup>6</sup> deferri. Hii enim pontifices ut euidentis inquisitio patefecit indiscreto moderamine parrochianas ecclesias pregrauantes dum in exactionibus superfluis frequenter [118va] existunt, pene usque ad exinanitionem<sup>7</sup> extreme uirtutis quasdam basylicas perduxisse probantur. Ne ergo fiat de cetero quod constat hactenus inordinate presumptum non amplius quam duos solidos unusquisque episcoporum priuate prouinciae per singulas dyoceses uel basylicas iuxta synodum Bracarensem<sup>8</sup> annua illatione sibi expectet inferri, monasteriorum tamen basylicis ab hac solutionis expensione seiunctis<sup>9</sup>. Cum uero episcopus dyocesim<sup>10</sup> uisitat nulli pre multitudine onerosus existat, nec unquam quinquagenarium numerum euectionis excedat, aut amplius quam una die per unamquamque<sup>11</sup> basylicam remorandi licentiam habeat. Quicumque uero<sup>12</sup> pontificum eorumdem aliter quam decreuimus agendum presumpserit correptioni<sup>13</sup> procul dubio canonum subiacebit tanquam constitutionum synodaliu transgressor et priscorum patrum edictorum<sup>14</sup> corruptor. *C. Toledo VII c 4; H 382a-b; M 497; ID 3.132 from Non amplius; +C 10 q 3 c 8*

<sup>1</sup> exactione C<sup>2</sup>L<sup>2</sup>R<sup>2</sup>WBZTOHA; actione CRXSNDMP; eactione L

<sup>2</sup> iiii CRSWPZTOHA; ii NB; om. DM

<sup>3</sup> que CNBZJHQ; om. TOA

<sup>4</sup> con- ss C

<sup>5</sup> comp. in pub. CNPZTOHA; in pub. comp. B

<sup>6</sup> after corr. O

<sup>7</sup> exinanitionem CRNPZTHOA<sup>2</sup>; examinationem B; exinanitionem A

<sup>8</sup> -ensem CRNBZ; -ense J?TOHA

<sup>9</sup> -s ss H

<sup>10</sup> -im CNBPO; -em ZTO<sup>2</sup>HA

<sup>11</sup> -quaque Z

<sup>12</sup> uero RNDPZTOHA; ergo CLW; om. S

<sup>13</sup> -ioni LRWDMBP?ZTOHA; -ione CSN

<sup>14</sup> edictorum CRWNBP; edicta ZTO(after corr.)GHA

**A2. <sup>1</sup>XL EX CONCILIO AVRELIANENSI<sup>2</sup>**

- <sup>3</sup>i. Non licere cuiquam absque episcopi permissu res ecclesie alienare  
ii. De clericis qui documenta ecclesie suppresserint<sup>4</sup>  
iii. De coniuratione clericorum  
iiii. Iudeos a cena Domini usque in<sup>5</sup> Pascha inter Christianos procedere non debere

<sup>1</sup> whole section after A2.43 S; here in all other copies

<sup>2</sup> Ex (De L) - Aur. CLRXSNDMP; om. NMZJTOHQA; incipiunt capitula add. B

<sup>3</sup> capitulatio in CLRXSNDMPBVP; om. ZJTOHQA

<sup>4</sup> -erint CLRSWMB; -erit XND

<sup>5</sup> in CLRWDMBP; ad V



1

*Ex concilio Aurelianensi<sup>1</sup>. Non licere cuiquam absque episcopi permissu res ecclesie alienare<sup>2</sup> cp. xii<sup>3</sup>*

Abbatibus<sup>4</sup> presbiteris aliisque ministris de rebus ecclesiasticis uel sacro ministerio deditis alienare uel obligare absque permissu et subscriptione episcopi nichil liceat. Quod qui presumpserit degradetur communione concessa. Et quod temere alienatum est ordinatione episcopi reuocetur.

*C. Orleans (538) ed. de Clercq (CCL 148A.124) c 26; H 395a; C 12 q 2 c 41*

---

<sup>1</sup> Ex - Aur. om. DM; episcopo add. H

<sup>2</sup> Non - alienare CLSWNDMBVP; om. TZOGHQA

<sup>3</sup> xii CLRXSNVPZTOHQ<sup>2</sup>A; ii W; om. DM; primo B; xiiii Q

<sup>4</sup> et add. P, om. CLRSWNDMBZTOHA

2

*De clericis qui documenta ecclesie suppresserint<sup>1</sup> cp. xiii<sup>2</sup>*

Si quis uero de clericis documenta quibus ecclesie<sup>3</sup> professio firmatur aut suppr [118vb] imere aut negare aut euertere aut fortasse tradere dampnabili et punienda obstinatione presumpserit quicquid pro absentia<sup>4</sup> documentorum dampni ecclesie illatum est de propriis facultatibus reddat.

*H 395a; C 12 q 2 c 40*

---

<sup>1</sup> De - presumpserint CLRSWNDMBVP; om. TZOGHQA

<sup>2</sup> xiii LRSNVPZTOH; xiii W; om. DMA; ii B; ? C

<sup>3</sup> quibus eccl. CLRWNPZTOHA; eccl. quibus B

<sup>4</sup> absentia CLRWNPZTOHA; abstinentia B

3<sup>1</sup>

*De coniuratione clericorum<sup>2</sup> cp. xxii<sup>3</sup>*

Si qui<sup>4</sup> clericorum ut nuper multis in locis per<sup>5</sup> superbiam diabolo instigante actum fuisse perpatuit rebelli auctoritate se in unum coniuratione intercedente<sup>6</sup> collegerint aut sacramenta inter se data aut cartulam conscriptam fuisse patuerit, nullis excusationibus presumptio labetur<sup>7</sup>, sed res detecta cum in synodum uentum fuerit in presumptoribus iuxta personam et ordinum qualitatem a pontificibus qui tunc in unum collecti fuerint uindicetur. Quia sicut caritas ex preceptis diuinis corde non cartule conscriptione est uel coniurationis exhibenda, ita que supra sacras admittuntur scripturas auctoritate et districione<sup>8</sup> pontificali sunt<sup>9</sup> reprimenda.

*C. Orleans (538) ed. de Clercq (CCL 148A.123) c 24; H 395b; +C 11 q 1 c 25*

---

<sup>1</sup> as cap.3 CLRXSWNDMBVP; as cap.5 ZJTOGHQA

<sup>2</sup> De - clericorum cp. CLRDNB; Ex concilio Aurelianensi ZTOGHA

<sup>3</sup> xxii CLRXSNVPZTOHA; om. WDM; ii B

<sup>4</sup> qui CLRXNDP; quis SWBTZOGHQA

<sup>5</sup> per CLRSNDBP; om. ZTOGHQA

<sup>6</sup> intercedente CLRNDPZTOHA; interdiciente B; intercedenti P<sup>2</sup>

<sup>7</sup> labetur CLNDBZTOHQ; habetur A

<sup>8</sup> -ione CNDBZTOQA; -iore H

<sup>9</sup> decreta add. and canc. M

4<sup>1</sup>

*Iudeos a cena Domini usque in<sup>2</sup> Pascha<sup>3</sup> inter Christianos procedere non debere<sup>4</sup> cp. xxxii<sup>5</sup>*

Quia Deo propitio sub catholicorum regum dominatione<sup>6</sup> consistimus Iudei a cena Domini usque in secunda sabbati in Pascha, hoc est in ipso quadriduo procedere inter Christianos atque catholicis<sup>7</sup> populis se ullo loco uel quacumque occasione miscere<sup>8</sup> non<sup>9</sup> presumant.

*C. Orleans (538) ed. de Clercq (CCL 148A.126) c 33; H 396a*

<sup>1</sup> as c 4 CLRXSWNDMBVP; as c 7 ZJTOGHQA

<sup>2</sup> in CRSWNBVP; ad L

<sup>3</sup> in Pascha ss R

<sup>4</sup> Iudeos - debere cp. CLRXSWNBVP; Ex concilio Aurelianensi TOGHA

<sup>5</sup> xxxii CLRSVPZTOHA; xxxiii X; om. WMD; xxii N; iii B

<sup>6</sup> ddom- A

<sup>7</sup> coth- B

<sup>8</sup> corr. fr. misere A

<sup>9</sup> add. B<sup>2</sup>

5<sup>1</sup>

*Ex concilio Epaunensi<sup>2</sup>. De his qui alea ludunt<sup>3</sup> cp. i<sup>4</sup>*

Si quis fidelis<sup>5</sup> alea luserit annis binis placuit eum abstinere. Quod si emendatus cessauerit post annum poterit communioni<sup>6</sup> reconciliari. Si denuo id facere uoluerit post decem annos acta legitima penitentia communioni<sup>7</sup> societur.

*H 395a*

<sup>1</sup> om. B; as c 5 CRXSNDMVP; as c 3 ZJTOGHQA

<sup>2</sup> Epaunensi CRXSDZTOHA; Expaunensi L?; Spaunensi N; paunensi P

<sup>3</sup> De - ludunt CLRXSWNVP; om. DMZTOGHQA

<sup>4</sup> i om. W

<sup>5</sup> -lis ss P

<sup>6</sup> -ioni CLRXSWNDP; -ione ZTOGHA

<sup>7</sup> -ioni CLRXSWNDP; -ione ZTOGHA

6<sup>1</sup>

*Ex concilio Eliberritano<sup>2</sup>. De his qui uenationi<sup>3</sup> student<sup>4</sup> cp. lxxiii<sup>5</sup>*

Episcopis presbiteris atque dyaconibus canes ad uenandum et accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum hac fuerit uoluntate detectus si episcopus est tribus mensibus se a communionem<sup>6</sup> suspendat, presbiter duobus mensibus abstineat, diaconus uno mense a communi officio et a<sup>7</sup> communionem cessabit<sup>8</sup>.

*C. Epaone (517) ed. de Clercq c 4 (CCL 148.25), cf C. Agde c 55; H 395b; ID 5.366 (Agde), 6.288 (Meaux as BD 2.213), 13.30 (Agde); IP 3.167; +D 34 c 2 (Pala. var. as Epaone)*

<sup>1</sup> as c 6 CLRXSWNDMVP; as c 5 B; as c 4 ZJTOGHQA

<sup>2</sup> Eliberritano LRBZTOHA; Elibertano CXSD; Elebritanno W; Slibertano N

<sup>3</sup> -ione N

<sup>4</sup> De - student CLRXSWNBVP; om. MDZTOHA

<sup>5</sup> lxxiii CLRXSNBVPZTHA; om. WDM; lxxiiii V; lxxii G

<sup>6</sup> se a communionem RXSNDBPZTOHA; a communionem se CL; communionem se W

<sup>7</sup> a CLRXSWNDMBP; om. ZTOGHA

<sup>8</sup> suspendat, presbiter - communionem suspendat in mg. M

7<sup>1</sup>

*Ex concilio Vrbenense. De Iudeis utriusque sexus ne coniugio iungantur<sup>2</sup> cp. vi*  
Si quis Iudaice prauitati coniugali<sup>3</sup> societate iungitur siue Christiana Iudeo<sup>4</sup> siue Iudea Christiano<sup>5</sup> mulier carnali consortio misceatur, quicumque eorum tantum nefas admisisse cognoscitur a Christiano cetu atque conuiuio et a communione ecclesie protinus segregetur.

*C. Clermont (535) ed. de Clercq (CCL 148.106-7) c 6; H 396a; +C 28 q 1 c 17 as here*

<sup>1</sup> as c 7 CLRXSWNDMPV; as c 6 BTZJOGHQA

<sup>2</sup> Ex concilio Vrbenense. De - iungantur CXSWN; Ex - Vrb. Vtriusque - iungantur L; De - iungantur. Ex - Vrb. RBVP; Ex - Vrb. DMZTOGHA

<sup>3</sup> prauitate coniugale P?

<sup>4</sup> Christ. Iud. RXND(*corr. fr. -ano*)MBPZTOGH; Iud. Christ. CLW(siue Iud. Chr. ss)S

<sup>5</sup> coniugali societate – Christiano om. A

**A2. XLI <sup>1</sup>DE CONCILIO TOLETANO NONO<sup>2</sup>**

- i. Quod de conquisitis rebus inter ecclesiam et sacerdotis<sup>3</sup> heredes equa diuisio fiat
- ii. Si episcopus monasterium facit uel parrochitanam ecclesiam ditet quantam partem de rebus ecclesie ibidem conferat
- iii. Vt episcopus terciam partem ecclesiasticarum rerum partem<sup>4</sup> tam sibi quam cui elegerit conferat
- iiii. De dampnatione filiorum qui ex sacerdotibus et ministris geniti comprobantur
- v. Quod seruilibus clericis dare debeant episcopi libertatem
- <sup>5</sup>vi. De obsequio et disciplina libertorum ecclesie

<sup>1</sup> title and capitulatio om. ZJTOGHQA; in CLRXSWNDMBP

<sup>2</sup> De conc. Tol. nono CLRWDMB; Capitula de conc. Tol. nono S; om. N; De conc. Tol. P. incipiunt capitula de conc. Tol. nono B

<sup>3</sup> -otis LRXSWNB; -otes DM; ? C

<sup>4</sup> terc. partem eccl. rerum partem CL; terc. eccl. rerum partem RWP; terc. partem eccl. partem X; terc. partem eccl. SND; eccl. rerum terc. partem B

<sup>5</sup> Whole title om. DM

**1**

*Incipit<sup>1</sup> de concilio Toletano nono. Quod de<sup>2</sup> conquisitis rebus<sup>3</sup> inter ecclesiam et sacerdotis<sup>4</sup> heredes equa diuisio fiat cp. iii<sup>5</sup>*

Sacerdotes uel quicumque<sup>6</sup> illi sunt quibus ecclesiasticarum rerum commissa est cura<sup>7</sup> quecumque administrationis sue tempore emerint si de rebus propriis uel uile uel carum<sup>8</sup> habuerint ad ecclesie nomen cui presunt cartarum conficere instrumenta procurent. Non enim iustum est<sup>9</sup> ut ecclesia quem suscepit externum<sup>10</sup> efficiat in

<sup>1</sup> Incipit CRWDBZTOHA; om. N

<sup>2</sup> de CNBZTOH; om. A

<sup>3</sup> ss H

<sup>4</sup> -otis CRBZTOHA; -otes N

<sup>5</sup> iiiii CRNPZTOHA; om. WDM; i B

<sup>6</sup> quicumque CRNB; quique ZTOHA

<sup>7</sup> commissa est cura CRWNB; cura commissa est ZTOHA

<sup>8</sup> carum CRNB; parum ZTOHA

<sup>9</sup> iustum est CRNB; om. ZTOHA

alieno diuitem et in suo retineat fraudatorem. Hii uero qui suarum rerum nos [119rb] cuntur habere compendium ex omni re quam post ordinationis sue diem<sup>11</sup> uisi sunt conquisisse<sup>12</sup> siue nulla siue aliqua sint instrumenta confecta compensata tam iuris<sup>13</sup> sui quam ecclesiasticarum<sup>14</sup> rerum<sup>15</sup> habitatione si se utriusque rei quantitas exequauerit inter ecclesiam et decedentes<sup>16</sup> heredes equo iure conquisitio pertinebit. Si autem quelibet pars maiori cumulo sui iuris excreuerit<sup>17</sup>, maiorem etiam portionem in diuisione percipiet. Quicumque uero de predictis sacerdotibus uel ministris pro sui utilitate<sup>18</sup> atque amicitia uel prestatione aut quocumque modo aut per scripture seriem aliquid<sup>19</sup> meruerint a quolibet percipere, in rebus ecclesiasticis non poterit numerari. Sed quod exinde uoluerint facere in<sup>20</sup> ipsorum uoluntatis<sup>21</sup> arbitrio subiacebit. Quod si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, ecclesia hoc sibi cui prefitur uel minister extitit<sup>22</sup> imperpetuum uendicabit.

*C. Toledo IX c 4; H 398a-b; M 523; ID 3.169 to fraudatorem; C 12 q 3 c 2 from Quicumque de sacerdotibus uel ministris - end; C 12 q 4 c 1 (Sacerdotes to conquisitio pertinebit, of which much was a later addn)*

<sup>10</sup> eternum A

<sup>11</sup> ss O

<sup>12</sup> conques- Z

<sup>13</sup> iuris CNBZTOH; iuri A

<sup>14</sup> ecclesiastica P; quam eccles. *over erasure* Z

<sup>15</sup> rerum CNPZTOHA; *om.* B

<sup>16</sup> decedentes LRXSDBPZJ<sup>2</sup>H; decedentis C; decentes WNJ; dedecentes TQO; dedetentes A

<sup>17</sup> excreuerit CNBZ(*after corr.*)TOH; exercuerit A

<sup>18</sup> -ate CNBJTOHQA; -ati Z

<sup>19</sup> -quid LRSWNBZTOHA; -quod CX

<sup>20</sup> *erased* N

<sup>21</sup> *corr. fr.* -tes Z

<sup>22</sup> uel min. ext. *in mg.* B

## 2

*Si episcopus monasterium facit uel<sup>1</sup> parrochitanam ecclesiam ditet, quantam partem<sup>2</sup> de rebus ecclesie<sup>3</sup> ibidem conferat cp. v<sup>4</sup>*

Bone rei dare consultum et presentis habetur uite subsidium et eterne<sup>5</sup> remunerationis expectare cernitur premium. Quisquis itaque episcoporum in parrochia sua monasterium construere<sup>6</sup> forte uoluerit et hoc ex rebus ecclesie cui presidet ditare decreuerit<sup>7</sup> non amplius ibidem quam<sup>8</sup> quinquagesimam partem dare debebit. Vt hac temperamenti equitate seruata et cui tribuit competens subsidium conferat, et cui tollit dampna grauia non infligat. Ecclesiam uero que<sup>9</sup> monasticis non informabitur regulis, aut quam<sup>10</sup> pro suis magnificare uoluerit sepulturis non amplius quam centesimam partem census ecclesie cui presidet [119va] ibidem conferre licebit.

<sup>1</sup> uel CNBZJTOHQA; quod W

<sup>2</sup> quantam (quanta X) partem CRXSWDPZJTOHQ; quinquagesimam partem L; quintam partem NA; partem quinquagesimam B

<sup>3</sup> de rebus eccl. CLRDBZTOHA; *om.* N

<sup>4</sup> v CLRWNPZTOHA; *om.* DM; ii B

<sup>5</sup> eterne CNBZTOHQ; *om.* A

<sup>6</sup> constuere A

<sup>7</sup> decreuerit CNPZTOHA; uoluerit (uel decreuerit ss) B

<sup>8</sup> pro *add.* A, *om.* CRNBZTOHQ

<sup>9</sup> ss O

<sup>10</sup> quam RNBZTOHQ; *om.* A; ? C

Ea tamen cautela seruata ut unam tantummodo que placuerit ex his duabus remunerationem assumat.

*C. Toledo IX c 5; H 398b; M 523; ID 3.170; +C 12 q 2 c 74*

### 3

*Vt episcopus terciam ecclesiasticarum rerum partem tam sibi quam cui elegerit conferat cp. vi<sup>1</sup>*

Cum preteritis sanctionibus<sup>2</sup> notissimum habeatur que de rebus parroechialium pars episcopo conferatur, oportune tamen duximus<sup>3</sup> decernendum ut episcopus terciam quam de rebus eisdem sanctione<sup>4</sup> pariter sibi<sup>5</sup> debitam nouit aut ipsi ecclesie cuius res esse patebit aut alteri ecclesie cui elegit conferre decreuerit, et licitum maneat et irreuocabile robur eius sententia ferat.

*C. Toledo IX c 6; H 398b; M 523; ID 3.171; C 12 q 3 c 4 (beg. Episcopus si tertiam partem)*

<sup>1</sup> vi CRWNPZTOHA; om. DM; ii B

<sup>2</sup> -bus ss T

<sup>3</sup> dux- LRSWD<sup>2</sup>BPZTOHA; dix- CXND

<sup>4</sup> -ione CLRSWBZTOHA; -ionem XND

<sup>5</sup> ss Z

### 4

*De dampnatione filiorum qui ex sacerdotibus et ministris geniti comprobantur cp. x<sup>1</sup>*

Cum<sup>2</sup> multe super innocentiam<sup>3</sup> ordinis<sup>4</sup> clericorum hactenus emanauerint<sup>5</sup> sententie<sup>6</sup> patrum et nullatenus ipsorum formari quiuerit correptio<sup>7</sup> morum usque adeo sententiam iudicantium protraxere commissa culparum<sup>8</sup>, ut non tantum ferretur ultio in auctoribus<sup>9</sup> scelerum, uerum et<sup>10</sup> in progenie<sup>11</sup> dampnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdyaconum deinceps uel ex ancille uel ex ingenue<sup>12</sup> detestando conubio in honore constituti filios procreant<sup>13</sup> illi quidem ex quibus geniti probabuntur canonica censura dampnentur. Proles autem alienata<sup>14</sup> pollutione non solum<sup>15</sup> parentum hereditatem usquam<sup>16</sup> accipiet<sup>17</sup>, sed etiam in seruitutem eius ecclesie de cuius sacerdotis<sup>18</sup> uel ministri ignominia nati sunt iure perhenni manebunt.

*C. Toledo IX c 10; H 399a; M 524; ID 6.425; C 15 q 8 c 3*

<sup>1</sup> x CRWNPTOHA; om. DM; iiii B

<sup>2</sup> Dum M

<sup>3</sup> innocentiam CLRSWBP; incontinentium N; incontinentiam DZJTOHQA

<sup>4</sup> -inis CRDBZTOHA; -ines N

<sup>5</sup> after corr. O

<sup>6</sup> in mg. after hactenus but marked for insertion after patrum Z

<sup>7</sup> correptio CNBZTOHQ; om. A

<sup>8</sup> et add. O, om. CNBZJTHA

<sup>9</sup> altioribus A

<sup>10</sup> etiam obscurely marked D

<sup>11</sup> -nie CBZTOHA; -niem ND

<sup>12</sup> corr. fr. -enie A

<sup>13</sup> -arint CBZTOHA; -auerint ND

<sup>14</sup> alienata CNBZTHA; aliena O

<sup>15</sup> short erasure follows O

<sup>16</sup> usquam RLXSWBPZTOHA; nusquam CND

<sup>17</sup> short erasure follows O

<sup>18</sup> -otis LXSWNDBPZTOQA; -oti H; ? C

## 5

*Quod seruilibus clericis dare debeant episcopi libertatem<sup>1</sup> cap. xi<sup>2</sup>*

Qui ex familiis ecclesie seruituri deuocantur in clerum ab episcopis suis libertatis necesse est ut percipiant donum. Et si honeste uite claruerint meritis tunc<sup>3</sup> [119vb] demum maioribus fungantur officiis. Quos uero<sup>4</sup> flagitii sordidauerit incorrigibilis noxa perpetua seruitus conditionis religet in catena<sup>5</sup>.

*C. Toledo IX c 11; H 399a; M 524; ID 6.373; D 54 c 4*

<sup>1</sup> dare deb. ep. lib. LRWNBZTOHA; ep. deb. dare licentiam D; ? C

<sup>2</sup> xi CLRWNPZTOHA; om. D; v B

<sup>3</sup> tunc CRNPZTOHA; tum B

<sup>4</sup> in *add. and canc.* Z

<sup>5</sup> *corr. to cathena* O

6<sup>1</sup>*De obsequio et disciplina libertorum ecclesie cp. xv<sup>2</sup>*

Ecclesie liberti<sup>3</sup> eorumque progenies<sup>4</sup> eidem basylice de qua libertatis gratiam meruerunt obsequia prompta sinceraque parabant<sup>5</sup>. Quia sicut hoc in obsequio pro possibilitate sui quod utiles ingenui<sup>6</sup> dabunt ita quoque in emendatione culparum quod inutiles ingenui sustinebunt.

*C. Toledo IX c 15; H 399b; M 525*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> xv CRWNPZTOHA; vi B

<sup>3</sup> liberti CRSWNB; libertati ZTOHQA

<sup>4</sup> *corr. fr.* -gentes H

<sup>5</sup> sinceraque parabant CNBZTOHQ; sincerabant A

<sup>6</sup> *corr. fr.* -uit O

**A2. XLII <sup>1</sup>DE CONCILIO TOLETANO DECIMO<sup>2</sup>**

- i. Ne monasteriis uel parroechiis episcopus consanguineos suos preferat causa consanguinitatis
- <sup>3</sup>ii. Vt uidua professionem faciat scripto et uestem aptam religioni accipiat
- iii. Non esse auferendam uestem religiosam quam infans non reclamantibus parentibus accepit

<sup>1</sup> *title and capitulatio om.* ZJTOHQA; in CLRXSWNDMBP

<sup>2</sup> incipiunt capitula *add.* B, *om.* CLRWNDP

<sup>3</sup> ii. Vt uidua - accipiat CLRXSWDMB; *om.* N

## 1

*Incipit de concilio Toletano decimo<sup>1</sup>. Ne monasteriis uel parroechiis episcopus consanguineos suos preferat causa consanguinitatis<sup>2</sup> cp. iii<sup>3</sup>*

Decenter<sup>4</sup> omnibus placet in presenti tale rescindere factum, et non esse de cetero faciendum. Nam quisque pontificum deinceps aut sanguine propinquus aut fauore

<sup>1</sup> Inc. - decimo CLRWNBZTOHA; *om.* D

<sup>2</sup> *corr. fr.* -neatatis O

<sup>3</sup> iii C?LRSNPZTOHA; *om.* WDM; i B

<sup>4</sup> Petenter A

personis quibuscumque deuinctis talia commendare lucra temptauerit<sup>5</sup>, et suum nefande presumptionis excidium et quod iussum fuerit deuocetur in irritum et qui ordinauerit annue excommunicationi subiaceat, que uero ablata<sup>6</sup> fortasse fuerint ab eo qui tulit reddantur in duplum.

C. Toledo X c 3b; H 401a; M 528; +D 89 c 6

<sup>5</sup> temptauerit RNPZTOHA; contemptauerit B; ? C

<sup>6</sup> ablata C?RNPZTOHA; oblata B

## 2<sup>1</sup>

*Vt uidua professionem faciat scripto et uestem aptam religioni<sup>2</sup> accipiat cp. iiii<sup>3</sup>*

Antiquis inconcussa permanentibus regulis hoc adicitur noue oraculo sanctionis, ut uidua que sancte religionis obtinere propositum uoluerit sacerdoti uel ministro ad quem aut ipsa uenerit aut quem ad se uenire contigerit scriptis [120ra] professionem<sup>4</sup> faciat, a se aut signo aut subscriptione<sup>5</sup> notatam, continentem se et religionis propositum uelle et hoc perhenniter inuiolate<sup>6</sup> seruare. Tunc accepta a sacerdote uel ministro apta religionis huius ueste, seu lectulo quiescens siue quocumque in loco consistens incunctanter<sup>7</sup> utatur<sup>8</sup>, nec diuersi<sup>9</sup> coloris aut diuerse partis eadem sit notabilis uestis sed religiosa et non suspecta.

C. Toledo X c 4 pt; H 401a-b; M 528-9; +C 20 q 1 c 16 from uidua que sancte

<sup>1</sup> N places above, after 2.35

<sup>2</sup> -ioni CRNBTOH; -ionis A

<sup>3</sup> iiii LRSPTOHA; om. WNDM; ii B; ? C

<sup>4</sup> -one N

<sup>5</sup> -b- ss B

<sup>6</sup> -ate CNPZTOHA; -ater B

<sup>7</sup> incunctanter CNBZJTHQA; inconstanter O

<sup>8</sup> -atur CRSNB; -antur ZJTOHA

<sup>9</sup> corr. fr. -ersis B

## 3

*Non esse auferendam uestem religiosam quam infans non reclamantibus parentibus accepit cp. vi<sup>1</sup>*

Si in qualibet minori etate uel religionis tonsuram uel religioni debitam uestem in utroque sexu filiis aut unus<sup>2</sup> aut ambo<sup>3</sup> parentes dederint certe aut nolentibus uel nescientibus se susceptam non mox uisam in filiis abdicauerint sed uel coram se<sup>4</sup> uel coram episcopo, palamque in conuentu eosdem filios talia habere permiserint, ad secularem reuerti<sup>5</sup> habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit<sup>6</sup>. Sed conuicti quod tonsuram aut religiosam uestem aliquando habuerint mox ad<sup>7</sup> religionis cultum habitumque<sup>8</sup> reuocentur, et sub strenua<sup>9</sup> distictione huiusce<sup>10</sup> obseruantie inseruire cogantur, parentibus sane<sup>11</sup> filios suos<sup>12</sup> religioni contradere non amplius quam usque

<sup>1</sup> vi CRSBPZTO?HA; om. D; iii B; accepit c. vi om. W

<sup>2</sup> aut unus CRWBZTOHA; om. XND

<sup>3</sup> filiis aut unus aut ambo in small cramped hand C

<sup>4</sup> susceptam non mox – coram se om. A

<sup>5</sup> in mg. O

<sup>6</sup> li- ss A

<sup>7</sup> ad CDBZTOA; om. N

<sup>8</sup> cultum habitumque CWNDPZTOHA; habitum cultumque B

<sup>9</sup> -ren- ss O

<sup>10</sup> huiusce CNZTOHA; huiuscemodi B; huius sancte P

<sup>11</sup> sane C?RNBZTOH; siue A

ad decimum etatis eorum annum licentia poterit esse. Postea uero an<sup>13</sup> cum uoluntate<sup>14</sup> parentum an si<sup>15</sup> sue deuotionis sit solitarium uotum, erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem uel abolitione tonsure uel secularis uestis assumptione<sup>16</sup> detectus fuerit attigisse transgressionem et excommunicationis<sup>17</sup> censuram accipiat et religioni semper inhereat.

*C. Toledo X c 6 pt; H 401-2; M 529-30; ID 7.27 var. as BD 8.1; IP 3.186 (sl. var.); C 20 q 2 c 1 as here*

<sup>12</sup> suos CNBZTO<sup>2</sup>HQ; om. OA

<sup>13</sup> an LRXSWNDB; hanc ZTOHA; ? C

<sup>14</sup> cum uoluntate C?LRNDBTOH; uoluntatem A

<sup>15</sup> an si LRXWBP; si (*later canc.*) S; an NDZTOHA; ? C

<sup>16</sup> -s- ss A

<sup>17</sup> -icationis CNBZTOH; -icatio A

## A2. XLIII <sup>1</sup>DE CONCILIO TOLETANO VNDECIMO<sup>2</sup>

- i. Ne tumultu concilium agitetur
- ii. Vt in una prouincia<sup>3</sup> diuersitas officiorum non teneatur
- iii. Non debere<sup>4</sup> sacerdotibus qualibet in ecclesia [120rb] famulis truncationes membrorum facere nec aliquid quod morte plectendum sit iudicare
- iiii. Ne quicumque premii pro diuinis sacramentis accipiatur
- v. Vt omnes pontifices rectoresque ecclesiarum tempore quo ordinandi sunt sub cautione promittant quam iustissime uiuere debeant
- vi. Vt hii qui Domino canunt atque sacrificant post se semper habeant adiutoria constituta

<sup>1</sup> *title and capitulatio om.* NZJTOHQA; *in* CLRXSWDBP

<sup>2</sup> capitula *add.* B, *om.* CLRWDP

<sup>3</sup> *corr. fr.* -uic- B

<sup>4</sup> debere RXSDBP; licere CLS<sup>2</sup>W

### 1

*Incipit<sup>1</sup> de concilio Toletano undecimo. Ne tumultu concilium agitetur<sup>2</sup> cp. i<sup>3</sup>*

In loco benedictionis consedentes Domini sacerdotes nullis debent aut indiscretis uocibus perstreperere<sup>4</sup> aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam uanis fabulis uel risibus agi, et quod est deterius obstinatis disceptationibus<sup>5</sup> tumultuosas uoces effundere. Si quis enim, ut apostolus ait, putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum, huius uana est religio. Cultum enim suum iusticia<sup>6</sup> perdit, quando silentia iudicii<sup>7</sup> obstrepentium turbo confundit, dicente propheta, Erit<sup>8</sup> cultus iusticie silentium, Debet ergo quicquid aut consistendum

<sup>1</sup> Incipit CLRSWDBPZJTOA; *om.* NHQ

<sup>2</sup> agitetur CRNBZJTOHQ (Ne - ag. *in mg.* ZJ); agitur A

<sup>3</sup> cp. i *om.* DM

<sup>4</sup> perstrepe A

<sup>5</sup> *corr. fr.* dec- B

<sup>6</sup> -icia CNPJTOHA; -iciam B?Z

<sup>7</sup> -icii CNBJTOHQA; -icia Z

<sup>8</sup> Erit CNPZTOHA; Et B



consultationibus agitur aut accusantium<sup>9</sup> parte proponitur sic mitissima uerborum relatione proferri ut nec contentiosis uocibus sensus audientium turbent nec iudicum<sup>10</sup> uigorem de tumultu eneruent<sup>11</sup>. Quicumque ergo in conuentu concilii hec que premissa<sup>12</sup> sunt uiolanda<sup>13</sup> crediderit et contra hec interdicta aut tumultu aut contumeliis uel risibus concilium perturbauerit<sup>14</sup> iuxta diuine legis edictum qua precipitur<sup>15</sup>, Eice derisorem et exhibit cum eo iurgium<sup>16</sup> cum omni dedecore de consessione<sup>17</sup> abstractus a communi cetu secedat, et trium dierum excommunicationis sententiam<sup>18</sup> perferat.

C. Toledo XI c 1; H 407b; M 541; ID 4.245; +C 5 q 4 c 3

<sup>9</sup> accusantium CNBZTOHQ; excusantium A

<sup>10</sup> iudicum CNBZTOHQ; iudicium A

<sup>11</sup> -ent CNZTOHA; -etur BP

<sup>12</sup> pre- CNBH; pro- TZJOQA

<sup>13</sup> uiolanda CLRWNBP; uiolenta ZJTOHQ; uolenta A

<sup>14</sup> perturbauerit RXSWNDBP<sup>2</sup>ZJOHA; turbauerit CLT; conturbauerit P

<sup>15</sup> qua precipitur LRXSWNDBP; quo precipitur C; que precipitur Z; que precipit TOHQA

<sup>16</sup> corr. fr. uirginum O

<sup>17</sup> consessione CRB<sup>2</sup>PZTOHQ; confessione LX<sup>2</sup>SWNDA; fessione X; consione B

<sup>18</sup> -tiam CNB<sup>2</sup>JTOHA; -tia Z

## 2<sup>1</sup>

*Vt in una prouincia diuersitas officiorum non teneatur cp. iii<sup>2</sup>*

De his qui contra apostoli uoluntatem<sup>3</sup> [120va] circumferuntur omni<sup>4</sup> uento doctrine, placuit hoc sancto concilio ut metropolitane sedis auctoritate coacti uniuscuiusque prouincie ciues rectoresque ecclesiarum<sup>5</sup> unum eundemque in psallendo teneant modum quem in<sup>6</sup> metropolitana sede cognouerint<sup>7</sup> institutum<sup>8</sup>, nec aliqua diuersitate cuiusque<sup>9</sup> ordinis uel officii a metropolitana se patiantur sede disiungi. Sic enim iustum est ut inde unusquisque sumat regulas magisterii unde honoris consecrationem accipit, ut iuxta maiorum decreta sedes<sup>10</sup> que uniuscuiusque<sup>11</sup> sacerdotalis dignitatis est mater<sup>12</sup> sit ecclesiastice magistra rationis. Abbatibus sane indultis officiis que iuxta uoluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt cetera officia publica, id est uesperam, matutinum siue missam aliter quam in principali<sup>13</sup> ecclesia celebrari<sup>14</sup> non liceat. Quisquis autem horum decretorum uiolator extiterit sex mensibus communionem priuatus<sup>15</sup> apud metropolitanum sub penitentiae censura maneat<sup>16</sup> corrigendus, quatinus<sup>17</sup> apud illum et preterite transgressionis<sup>18</sup> culpam lacrimis

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> iii CRWNPZTOHA; ii B

<sup>3</sup> uoluntatem CRBZTOHA; preceptum N

<sup>4</sup> omni CRBZTOHA; cum N

<sup>5</sup> in add ZTOHA, om. CRNB

<sup>6</sup> ss H

<sup>7</sup> -erint CNBA; -erit ZJTOH; nouerint Q

<sup>8</sup> -tu- ss O

<sup>9</sup> corr. fr. cuius N

<sup>10</sup> corr. fr. sedis O

<sup>11</sup> uniuscuiusque CNBP; unicuique ZTOHA

<sup>12</sup> dign. est mater CRNBZ; mater est dign. TOHA

<sup>13</sup> -ali CNBJTOHA; -alibus Z

<sup>14</sup> -ari CLXSN; -are RBPZTOHA

<sup>15</sup> -tus CRNBZJOHA; -tis T

<sup>16</sup> maneat CRNB; permaneat ZTOHA

<sup>17</sup> quatinus CNB; qualiter TOHA

<sup>18</sup> corr. fr. -gess- O

diluat, et necessariam officiorum doctrinam studiose<sup>19</sup> addiscat. Sub ista<sup>20</sup> ergo<sup>21</sup> regula discipline non solum metropolitanus totius sue prouincie pontifices uel sacerdotes astringat, sed etiam ceteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores<sup>22</sup> obtemperare institutionibus cogant.

C. Toledo XI c 3; H 408a; M 541-2; +D 12 c 13

<sup>19</sup> studiose CNPZTOHA; studio B

<sup>20</sup> ss O

<sup>21</sup> ergo LRXSNBPZTOHA; om. C

<sup>22</sup> rectores CLRBTZTOHA; om. N

### 3

*Non licere<sup>1</sup> sacerdotibus qualibet in ecclesia famulis<sup>2</sup> truncationes membrorum facere nec aliquid<sup>3</sup> quod morte plectendum<sup>4</sup> sit iudicare cp. vi<sup>5</sup>*

His a quibus Domini sacramenta tractanda sunt iudicium sanguinis agitare non licet. Et ideo magnopere talibus excessibus prohibendum est, ne indiscrete presumptionis motibus [120vb] agitati aut quod morte plectendum est sententia propria iudicare<sup>6</sup> presumant, aut truncationes quibuslibet<sup>7</sup> personis aut per se inferant aut inferendas precipiant. Quod si quisquam horum immemor preceptorum aut in<sup>8</sup> ecclesie sue familiis aut in quibuslibet<sup>9</sup> personis tale aliquid fecerit et concessi ordinis honore priuatus et loco sub perpetuo dampnationis teneatur religatus<sup>10</sup> ergastulo. Cui tamen communio<sup>11</sup> exeunti ex hac uita non neganda est, propter Domini misericordiam qui non uult peccatoris mortem sed ut conuertatur et uiuat.

C. Toledo XI c 6; H 409a-b; M 544; ID 5.315 as BD 1.201; C 23 q 8 c 30

<sup>1</sup> licere CRNB; debere DZTOHA

<sup>2</sup> famulis CND(-m- ss)BZTOH; om. Q; famulantes A

<sup>3</sup> quicquid D

<sup>4</sup> plectendum CRDBZTOHA; pun' N

<sup>5</sup> vi CLRPZTOHQ; om. NDA; iii B

<sup>6</sup> non add. HQA, om. CRNBZJTO

<sup>7</sup> quibuslibet CNBZJTO; quibus HA

<sup>8</sup> aut in *in mg.* C

<sup>9</sup> quibuslibet CRNBZJTO; cuiuslibet HQA

<sup>10</sup> -atus CNBZTOHQ(rel. ten.); -atur A

<sup>11</sup> -o ss H

### 4

*Ne quicumque pro diuinis<sup>1</sup> sacramentis accipiatur cp. viii<sup>2</sup>*

Quicumque inuisibilis gratie consolatione tribuitur, nunquam questibus<sup>3</sup> uel quibuslibet premiis uenundari penitus debet, dicente Domino, Quod gratis accepistis, gratis date. Et ideo quicumque deinceps in<sup>4</sup> ecclesiastico ordine constitutus aut pro baptizandis consignandisque fidelibus<sup>5</sup> chrismate<sup>6</sup>, uel promotionibus<sup>7</sup> graduum precia quelibet uel premia nisi uoluntarie oblata pro huiusmodi ambitione susceperit equidem si sciente<sup>8</sup> loci episcopo tale quicumque a subditis perpetratur idem episcopus

<sup>1</sup> pro diuinis CNBJTOHQ; diuinis ss Z

<sup>2</sup> viii CRNPZTOH; om. DA; iii B

<sup>3</sup> nunquam questibus CLRNDDBP; nunquam questa (ss T) ZJTO; non questa HQA

<sup>4</sup> -ceps in ss O

<sup>5</sup> fidelibus CNPZTOHA; fidebus B

<sup>6</sup> -ate CNBP; -atos ZTOHA

<sup>7</sup> -ionibus CNBZTOQA; -ionis H

<sup>8</sup> sciente CRNB; scienti ZTHQA; O *obscurely corr.*

duobus mensibus excommunicationi subiaceat pro eo quod in scientia mala contexit, et correptionem necessariam non acquisiuit. Sin<sup>9</sup> autem suorum quispiam<sup>10</sup> eodem<sup>11</sup> nesciente quodcumque de supradictis capitulis accipiendum sibi esse crediderit, si presbiter est trium mensium excommunicatione plectatur<sup>12</sup>, si<sup>13</sup> dyaconus quatuor,<sup>14</sup> subdiaconus uero uel<sup>15</sup> clericus his cupiditatibus seruiens et competenti pena et debita excommunicatione plectendus est.

*C. Toledo XI c 8; H 409b; M 544-5; ID 5.126; +C 1 q 1 c 101*

<sup>9</sup> *corr. fr.* Si B

<sup>10</sup> quispiam suorum *marked for reversal* H

<sup>11</sup> eodem CNPZTOHA; eadem B

<sup>12</sup> plet- O

<sup>13</sup> si CBZTOA; *om.* ND

<sup>14</sup> si *add.* B, *om.* CNDPZTOHA

<sup>15</sup> uero uel CNPZTOHQ<sup>2</sup>; uel B; uero QA

## 5

*Vt omnes pontifices rectoresque<sup>1</sup> ecclesiarum tempore quo ordinandi sunt<sup>2</sup> sub cautione promittant quam iustissime uiuere debeant<sup>3</sup> cp. x<sup>4</sup>*

Quamquam omnes qui sacris mancipantur<sup>5</sup> [121ra] ordinibus canonicis<sup>6</sup> regulis<sup>7</sup> teneantur astricti, expeditibile tamen est ut promissionis sue uota sub cautione spondeant quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat disciplina. Solet enim plus timeri quod singulariter pollicetur<sup>8</sup> quam<sup>9</sup> quod generali exsponsione<sup>10</sup> concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio ut unusquisque qui ad<sup>11</sup> ecclesiasticos gradus est accessurus non ante honoris consecrationem accipiat quam placiti sui innotatione promittat ut fidem catholicam sincera cordis deuotione custodiens iuste et pie uiuere debeat et in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat, atque ut debitum per omnia honorem atque obsequii reuerentiam preminenti sibi unusquisque dependat, iuxta illud pape Leonis edictum, Qui se scit aliquibus esse prepositum non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obedientiam quam exigit etiam ipse<sup>12</sup> dependat. Pena tamen iuxta<sup>13</sup> ecclesiastice consuetudinis morem et placitis talium inserenda et ab his qui transgressores fuerint persoluenda est<sup>14</sup>.

*C. Toledo XI c 10; H 410a; M 545-6; +D 23 c 6*

<sup>1</sup> -que *ss* O

<sup>2</sup> *ss* O

<sup>3</sup> uiuere (*corr. fr.* ueu- O) debeant CDBZTOHA; uiuant N

<sup>4</sup> x CNZTHA; *om.* DPO?; v B

<sup>5</sup> -antur CNBZTOH; -iantur A

<sup>6</sup> *corr. fr.* canocis X

<sup>7</sup> *corr. fr.* regularis to regula O

<sup>8</sup> *corr. fr.* -entur H

<sup>9</sup> *ss* T

<sup>10</sup> exsponsione CNPZTOHA(*corr. fr.* exp-); expositione B

<sup>11</sup> ad CNPZTOHA; *om.* B

<sup>12</sup> ips N

<sup>13</sup> *corr. fr.* iusta B

<sup>14</sup> L [fo. 119] *has here*: De superbis ecclesie - reuocentur cap. viii. Octaua discussione - obedire subiecti (*i.e.* 2.49.4 below), with *mg. note*: Hinc ad primum signum reuertere a ii<sup>o</sup> huc reuersurus signo, and resumes c 6 at fo. 105v

## 6

*Vt hii qui Domino canunt atque sacrificant post se semper habeant adiutoria constituta cp. xiiii<sup>1</sup>*

Vt illud diuini oraculi mente<sup>2</sup> singuli precauentes quo scribitur. Ve soli quia cum ceciderit non habet subleuantem<sup>3</sup>, summopere uerendum nobis est et cauendum ne horis<sup>4</sup> illis atque temporibus quibus Domino psallitur uel sacrificatur unicuique diuinis singulariter officii insistenti pernicioosa passio uel corporis quelibet<sup>5</sup> ualutudo occurrat<sup>6</sup> que aut corpus subito obrui<sup>7</sup> faciat aut mentem<sup>8</sup> alienatione uel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo ausibus precauentes necessarium duximus instituire ut ubi temporis uel loci siue cleri copia suffragatur, habeat quisquis ille [121rb] canens<sup>9</sup> Deo atque sacrificans post se uicini<sup>10</sup> solaminis adiutorem, ut si aliquo casu ille qui officia impleturus accedit turbatus fuerit uel ad terram elisus a tergo semper habeat qui eius uicem exequatur intrepidus.

*C. Toledo XI c 14; H 411a; M 547; ID 2.126 var. as BD 3.73; +C 7 q 1 c 15 nearer here; De cons. D 1 c 58 as BD*

<sup>1</sup> xiiii CLWNPTOHA; *om.* D; vi B

<sup>2</sup> mente CRWNDB; monentes ZTOHA

<sup>3</sup> se *add.* B, *om.* CRWNPTOHA

<sup>4</sup> *corr. fr.* hos B, *from* honoris O

<sup>5</sup> *corr. fr.* quol- O

<sup>6</sup> *corr. fr.* -ant O

<sup>7</sup> obrui CNDB; subrui ZTOHA

<sup>8</sup> mentem CRBZTOA; mente ND

<sup>9</sup> canens CNDBZJTOQ; cauens HA

<sup>10</sup> *corr. fr.* -inii O

## A2. XLIV <sup>1</sup>DE CONCILIO TOLETANO XII<sup>2</sup>

- i. De quorundam consuetudine sacerdotum fedissima qui oblatis Deo sacrificiis non communicant
- ii. De his qui uxores suas diuortio<sup>3</sup> intercedente relinquunt
- iii. De his qui ad ecclesiam confugium fecerint<sup>4</sup>

<sup>1</sup> *heading and capitulatio om.* NZJTOHQA; *in* CLRSWDMBP

<sup>2</sup> primo L (*see note to 2.34.15 above*)

<sup>3</sup> *corr. fr.* deu- B

<sup>4</sup> *conf.* fecerint CXSDM; *confugiunt* L; *conf. faciunt* RWBP

## 1

*Incipit<sup>1</sup> de concilio Toletano XII<sup>2</sup>. De quorundam consuetudine sacerdotum fedissima<sup>3</sup>, qui oblatis Deo sacrificiis non communicant cp. v<sup>4</sup>*

Relatum<sup>5</sup> nobis est<sup>6</sup> quosdam de sacerdotibus non tot<sup>7</sup> uicibus<sup>8</sup> communionis sancte gratiam sumere quot<sup>9</sup> sacrificia in uno<sup>10</sup> die uidentur offerre. Sed in uno die si plurima

<sup>1</sup> Incipit CLRXS WPZ; *om.* NTOHQA

<sup>2</sup> primo L; Inc. - XII *om.* D

<sup>3</sup> fed- CNDBZJTHQA; fid- ZO

<sup>4</sup> v CRWNPZTOHA; *om.* D; i B?

<sup>5</sup> Rel- CDBZTOHA; Del- N

<sup>6</sup> nobis est CRNBZTOHA; est nobis Q

<sup>7</sup> *after corr.* O

<sup>8</sup> *corr. fr.* uoc- O

per se Deo offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus a communione suspendunt, et in sola tantum extremi sacrificii oblatione communionis sancte gratiam sumunt<sup>11</sup>. quasi non sit totiens illis uero<sup>12</sup> et singulari sacrificio<sup>13</sup> participandum quotiens corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi immolatio facta constiterit<sup>14</sup>. Nam ecce apostolus dicit, Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Certum est quod hii qui sacrificantes non edunt rei sunt dominicis<sup>15</sup> sacramentis. Quicumque ergo<sup>16</sup> sacerdotum deinceps diuino altario sacrificium oblaturus accesserit<sup>17</sup>, et se a communione suspenderit ab ipsa qua se indecenter priuabit gratia communionis anno uno repulsum se nouerit. Nam quale erit illud sacrificium cui nec ipse sacrificans particeps esse cognoscitur? Ergo modis omnibus<sup>18</sup> tenendum ut quotienscumque sacrificans<sup>19</sup> corpus et sanguinem Iesu Christi Domini nostri in altario immolat, totiens percep [121va] tionis corporis et sanguinis Christi participem se prebeat.

*C. Toledo XII c 5; H 416a; M 556-7; ID 2.114; De cons. D 2 c 11*

<sup>9</sup> quot CNBZTHQ; quod OA

<sup>10</sup> uno CRNB; una ZTOHA

<sup>11</sup> -unt CRNB; -ant ZTOHA

<sup>12</sup> uero CDBZTOHA; om. N

<sup>13</sup> et (ss D) singulari (-is O) sacrificio CLRWNDBZJT(*corr. fr.* sacrificatio)O; singulari et sacrificio HQ; et sacrificio singulari A

<sup>14</sup> -erit CNBZTOHQ; -it A

<sup>15</sup> dominicis CNBZTOHQ; Domini A

<sup>16</sup> ss H

<sup>17</sup> acc- CDBZTOHA; dec- N

<sup>18</sup> est *add.* ZTOHA, *om.* CRSNDP; ? B

<sup>19</sup> *in mg.* Z

## 2

### *De his qui uxores suas diuortio<sup>1</sup> intercedente relinquunt<sup>2</sup> cp. viii<sup>3</sup>*

Preceptum Domini est ut excepta causa fornicationis uxor a uiro dimitti non debeat. Et ideo quicumque citra culpam criminis supradicti uxorem<sup>4</sup> suam quacumque occasione reliquerit<sup>5</sup>, quia quod Deus iunxit<sup>6</sup> ille separare<sup>7</sup> disposuit tamdiu ab ecclesiastica communione priuatus et a cetu omnium Christianorum maneat alienus quamdiu et societatem relicte coniugis sinceriter amplectatur et foueat. Ita tamen qui iam admoniti a sacerdote semel et bis<sup>8</sup> terque ut corrigantur ad carum<sup>9</sup> sue coniugis noluerint<sup>10</sup> redire consortium, ipsi se suis meritis et a<sup>11</sup> palatine dignitatis officio separabunt, et insuper generose dignitatis testimonium<sup>12</sup> quamdiu in culpa fuerint amissuri sunt, quia carnem suam discidii iugulo tradiderunt.

*C. Toledo XII c 8; H 416b; M 558; ID 8.329 sl. var.; IP 7.1 as ID; C 32 q 5 c 21 as here*

<sup>1</sup> diuortio CNBZTOH; aiutorio A

<sup>2</sup> -uunt CNBTO(*corr. fr.* -lig-); -unt ZHQ; -uant A

<sup>3</sup> viii CWNPZTOHA; ii B

<sup>4</sup> *after corr.* Z

<sup>5</sup> *corr. fr.* requerit A

<sup>6</sup> iunxit CRXWDBPZJTO; coniunxit LNHQA

<sup>7</sup> -are CLRWNDP; -ari ZTOHA; ? B

<sup>8</sup> et *add.* N, *om.* CRWDBPZTOHA

<sup>9</sup> carum CXSNDPZTOHQ; earum WBA

<sup>10</sup> nol- CSWNDPZTOH<sup>2</sup>A; uol- B; noluerunt H; noluerit Q

<sup>11</sup> ss Z

<sup>12</sup> testimonium CNBZTOH; *om.* A

## 3

*De his qui ad ecclesiam confugium<sup>1</sup> faciunt<sup>2</sup> cp. x<sup>3</sup>*

Pro his qui quolibet metu uel terrore ecclesiam appetunt, consentiente pariter et iubente gloriosissimo domino nostro<sup>4</sup> Eruigio<sup>5</sup> rege hoc sanctum concilium definiuit<sup>6</sup> ut nullus audeat confugientes ad ecclesiam uel residentes inde abstrahere aut quodcumque<sup>7</sup> nocibilitatis uel dampni seu spolii residentibus in loco sancto inferre. Sed esse potius his ipsis qui ecclesiam petunt per omnia licitum in triginta passus ab ecclesie ianuis progredi. In quibus triginta passibus uniuscuiusque<sup>8</sup> ecclesie<sup>9</sup> in toto circuitu reuerentia defendantur, sic tamen ut hi<sup>10</sup> qui ad eam confugiunt in extraneis uel longe<sup>11</sup> separatis ab ecclesia domibus nullomodo abscedant, sed in hoc triginta passuum numero absque domorum extraneorum receptaculo progredientes aditum obtinebunt, qualiter ad requisite nature [121vb] usum debitis exeant locis. Et nullo teneantur euentu<sup>12</sup> necessitudinis<sup>13</sup> qui dominicis se defendendos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum uiolare temptauerit, et<sup>14</sup> ecclesiastice excommunicationi subiaceat et seueritatis regie feriatu sententia. Ipsos autem<sup>15</sup> qui ad ecclesiam confugium fecerint<sup>16</sup>. si iuxta<sup>17</sup> priscorum canonum instituta hii qui eos repetunt sacramenta reddiderunt<sup>18</sup> et sacerdos ecclesie ipsius ab ecclesie foribus non abstraxerit aut fuga talium si euenerit sacerdoti querenda est aut dampnorum<sup>19</sup> sententia secundum electionem<sup>20</sup> principis huiusmodi sacerdotibus irroganda.  
C. Toledo XII c 10; H 417b; M 559-60; ID 3.121; IP 2.78; +C 17 q 4 c 35 begins Diffiniuit sanctum

<sup>1</sup> -igium Z<sup>2</sup> faciunt RXSWNPZTOHA; fecerint CLD<sup>3</sup> x CLRNPZTOHA; om. WD; iii B<sup>4</sup> dom. nostro glor. marked for reversal B<sup>5</sup> Heruigo ND<sup>6</sup> def- CLXSNPZJTOQA; dif- RH; diff- WB<sup>7</sup> quod- CLRWNPZJTO; ? B; quo- HQA<sup>8</sup> -que om. Q<sup>9</sup> ecclesie CNBZTOA; om. HQ<sup>10</sup> hi CRNBZTOHQ; his A<sup>11</sup> -g- ss H<sup>12</sup> euentu CNBZTOHQ; euentum A<sup>13</sup> corr. fr. -itad- H<sup>14</sup> ex add. A<sup>15</sup> autem CSNB; tamen ZJTOHA<sup>16</sup> -erint CLXSNDH; -erunt RWBPZJT?OH<sup>2</sup>QA?<sup>17</sup> i- ss O<sup>18</sup> -di- ss O<sup>19</sup> dampnorum CLRWNPZJTOQA; damnatorum BH<sup>20</sup> electionem CLRWNPZTOHQ; elationem B**A2. XLV <sup>1</sup>DE CONCILIO BRACARENSI PRIMO<sup>2</sup>**

- i. Vasa altaris nisi a subdiaconibus non portanda
- ii. Lectores in ecclesia in habitu seculari<sup>3</sup> psallere non debere

<sup>1</sup> title and capitulatio om. NZJTOHQ; in CLRXSDB[P], XS beginning Incipit<sup>2</sup> capitula add. B, om. CLRWD. De – primo om. P<sup>3</sup> in hab. sec. CLRSWBP; sec. in (ss D) hab. DM

1

*Incipit<sup>1</sup> de concilio Bracarensi primo. Vasa altaris nisi a subdiaconibus non portanda<sup>2</sup> cp. x<sup>3</sup>*

Placuit ut non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris uasa portare, nec aliis nisi his qui ab episcopo subdyaconi fuerint ordinati.

*C. Braga I c 10; H 423a; M 570 c 28; +D 23 c 31 var.*

---

<sup>1</sup> Incipit CRWDBZTOHA; *om.* N

<sup>2</sup> Vasa - portanda CRWNDB; *om.* ZTOHA

<sup>3</sup> x CRWNPZTOHA; *om.* DM; primo B

2

*Lectores in ecclesia in habitu seculari<sup>1</sup> psallere non debere<sup>2</sup> cp. xi<sup>3</sup>*

Item placuit ut lectores in ecclesia in habitu seculari ordinati non psallant<sup>4</sup> neque granos gentili ritu dimittant.

*C. Braga I c 11; H 423a; M 570 c 29*

---

<sup>1</sup> hab. sec. CLRWNB; sec. hab. D

<sup>2</sup> Lectores - debere CRWNDB; *om.* ZTOHA

<sup>3</sup> xi LRXSNZTOHA; *om.* WDMP; ii B; ? C (*From now on, TO have cap. nos. in text, not in mg.*)

<sup>4</sup> *corr. fr.* sall- B

## A2. XLVI <sup>1</sup>DE CONCILIO BRACARENSI SECVNDO<sup>2</sup>

- i. Episcopos per dyoceses ambulantes primum clericos discutere debere et postea plebi predicare
- ii. Episcopum<sup>3</sup> per dyoceses ambulantes<sup>4</sup> plusquam duos solidos ab ecclesia accipere non debere
- <sup>5</sup>iii. Vt nullus episcopus pro ordinatione munus accipiat
- <sup>6</sup>iiii. Ne pro balsalmo quod per ecclesias datur aliquid exigatur
- v. Episcopos ad ecclesias consecrandas a fidelibus inuitatos aliquod munus a fundatore requirere non debere
- <sup>7</sup>vi. De basylicis non pro deuotione fidei sed pro questu edificatis
- vii. Pro baptismo nichil accipiendum nisi [122ra] uoluntarie sit oblatum
- <sup>8</sup>viii. De accusatoribus clericorum
- <sup>9</sup>viiii. De tempore paschali a metropolitano nuntiando et de letaniis celebrandis

---

<sup>1</sup> *title and capitulatio om.* NZTOGHQA; *in* CLRXSW[DM]BP

<sup>2</sup> incipiunt capitula *add.* B, *om.* CLRWDP; *sec. om.* X; De – *sec. om.* M

<sup>3</sup> -opum CRSWBM; -opos LXP?

<sup>4</sup> -tes CLXSWP; -tem RDB

<sup>5</sup> *Whole title om.* DM

<sup>6</sup> *Whole title om.* DM

<sup>7</sup> *Whole title om.* DM

<sup>8</sup> *Whole title om.* DM

<sup>9</sup> *Whole title om.* DM

## 1

*Incipit<sup>1</sup> de concilio Bracarense secundo. Episcopus per dyoceses ambulantes primum clericos discutere debere, et postea plebi predicare<sup>2</sup> cp. i<sup>3</sup>*

Placuit omnibus episcopis atque conuenit<sup>4</sup> ut per singulas ecclesias episcopi<sup>5</sup> et per dyoceses<sup>6</sup> ambulantes primum discutiant clericos quomodo ordinem baptismi teneant uel missarum et qualiter<sup>7</sup> quecumque<sup>8</sup> officia in ecclesia peragant. Et si recte quidem inuenerint, Deo gratias. Sin autem minime, docere debent ignaros. Et hoc modis omnibus precipere sicut antiqui canones iubent, ut ante dies uiginti baptismi ad purgationem exorcismi cathecumini<sup>9</sup> currant<sup>10</sup>. In quibus uiginti diebus omnino cathecumini symbolum<sup>11</sup>, quod est Credo in Deum Patrem omnipotentem specialiter<sup>12</sup> doceantur. Postquam ergo hec suos clericos discusserint uel docuerint episcopi, alia die conuocata plebe ipsius ecclesie doceant illos ut errores fugiant idolorum uel diuersa crimina, id est homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium et reliqua peccata mortifera<sup>13</sup>, et quod nolunt sibi fieri alteri non faciant, et ut credant resurrectionem omnium hominum et diem iudicii, in quo unusquisque secundum sua opera<sup>14</sup> recepturus sit. Et sic postea episcopus<sup>15</sup> de ecclesia illa proficiscatur ad aliam. *C. Braga II c 1; H 425a; M 573-4; cf ID 1.203 as BD 4.8, 5.191 (pt 1 only, as BD 1.85); IP 1.39 (Ante uiginti dies - spiritualiter doceantur) + C 10 q 1 c 12, De cons. D 4 c 55 as IP 1.39*

<sup>1</sup> Incipit CRSWDMBPZJ; om. NTOGHQA

<sup>2</sup> Episcopus - predicare CRSWNDM(with end as initials only)B; om. ZJTOGHQA

<sup>3</sup> cp. i om. M

<sup>4</sup> corr. fr. conc- G

<sup>5</sup> atque conuenit ut - episcopi in mg. H

<sup>6</sup> dic- G

<sup>7</sup> et qualiter CNBZJTOG; equaliter HQA

<sup>8</sup> que in mg. Z

<sup>9</sup> -i ss O

<sup>10</sup> currant RWBPZTOGHQA; occurrant CL; concurrant XSNDM

<sup>11</sup> symbolum CRSNB; simbolo ZTOGHQA

<sup>12</sup> specialiter CNPZTOGHQA; spiritualiter B

<sup>13</sup> -fera CDBZTOGHA; -ifica N

<sup>14</sup> sua opera CNZTOHA; opera sua BPG

<sup>15</sup> om. G

## 2

*Episcopum per dyoceses ambulantem<sup>1</sup> plusquam duos solidos ab unaquaque ecclesia accipere non debere<sup>2</sup> cp. ii<sup>3</sup>*

Placuit ut nullus episcoporum per suas dioceses ambulans preter honorem cathedre sue, id est solidos duos [122rb] aliquid aliud<sup>4</sup> per ecclesias tollat. Neque terciam partem ex quacumque oblatione populi in ecclesiis parrochialibus requirat. Sed illa tertia pars pro luminaribus ecclesie uel<sup>5</sup> recuperatione<sup>6</sup> seruetur et singulis annis episcopo inde ratio fiat. Nam si terciam partem illam episcopus tollat, lumen et sacra tecta abstulit ecclesie. Similiter et ut<sup>7</sup> parrochiales<sup>8</sup> clerici seruili more<sup>9</sup> in aliquibus operibus episcopi seruire non cogantur, quia scriptum est<sup>10</sup>, Neque ut dominantes in clero.

*C. Braga II c 2; H 425a-b; M 574; C 10 q 3 c 1*

<sup>1</sup> -antem CLRWDBP; -ante N

<sup>2</sup> Episcopum - debere CLRWNBP; om. ZTOGHQA

<sup>3</sup> cp. ii NBZ<sup>2</sup>TOHA; om. LRXSWDMPZ(before corr.)

<sup>4</sup> aliquid aliud CRWNPZTOGHA; aliud aliquid B

<sup>5</sup> pro add. H, om. CNBZTOGQA

<sup>6</sup> corr. fr. -par- O

<sup>7</sup> ut RSNDPZTOGHQA; om. CLW

<sup>8</sup> parrochiales CRDBZTOGHA; parrochias N

<sup>9</sup> mortem H?

<sup>10</sup> repeated N



3<sup>1</sup>

*Vt nullus episcopus pro ordinatione munus accipiat<sup>2</sup> cp. iii<sup>3</sup>*

Placuit ut de ordinatione clericorum episcopi munera nulla suscipiant, sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo precio gratia Dei et impositio manuum uenundetur quia<sup>4</sup> antiqua definitio<sup>5</sup> patrum ita de ecclesiasticis ordinationibus statuit dicens, Anathema sit danti et accipienti. Propterea quia aliquanti multis sceleribus obruti<sup>6</sup> sancto altario indigne ministrantes non hoc testimonio bonorum operum<sup>7</sup> sed<sup>8</sup> profusione munerum obtinent oportet ergo non per gratiam munerum sed per diligentem<sup>9</sup> prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare.

*C. Braga II c 3; H 425b; M 574; ID 5.128; +C 1 q 1 c 22*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Vt - accipiat CRWNB; om. ZTOGHA

<sup>3</sup> cp. iii LNBTOHA; om. RXSWP; ? C

<sup>4</sup> corr. fr. quid H

<sup>5</sup> def- CLXSZJ<sup>2</sup>TOGA; diff- RWNBP HQ; definitio J

<sup>6</sup> obruti CNBZJHQ; om. TOGA

<sup>7</sup> testimonio bon. operum CRNB; testimonium bon. actuum ZTOGHA

<sup>8</sup> sed CNBZTOGH; om. A

<sup>9</sup> -ente A

4<sup>1</sup>

*Ne pro balsamo quod per ecclesias datur aliquid exigatur<sup>2</sup> cp. iiii<sup>3</sup>*

Placuit ut modicum balsami<sup>4</sup> quod benedictum pro<sup>5</sup> baptismi sacramento per ecclesias datur quia singuli tremissos<sup>6</sup> pro ipso<sup>7</sup> exigi solent nichil<sup>8</sup> ulterius exigatur, ne forte quod pro salute animarum per inuocationem Sancti Spiritus consecratur<sup>9</sup> sicut Symon magus donum Dei pecunia uoluit emere<sup>10</sup> ita nos uenundantes dampnabiliter uenundemur.

*C. Braga II c 4; H 425b; M 574; C 1 q 1 c 102 var.*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Ne - exigatur CRWNB; om. ZTOGHA

<sup>3</sup> iiii NBZTO?GHQ; om. CLRXSWP; viii A

<sup>4</sup> -ami LRWBPZJTOGHQA; -amum CXSN

<sup>5</sup> pro CNBZTOGQA; per H

<sup>6</sup> tremissos CNBZJTOG; tres missas HQA

<sup>7</sup> corr. fr. -os O

<sup>8</sup> nichil CNBZTOGH; om. A

<sup>9</sup> -atur CSNB; -atus ZTOHA

<sup>10</sup> uol. em.] em. uol. G

## 5

*Episcopus ad ecclesias consecrandas a fidelibus inuitatos aliquod munus a fundatore  
requirere non debere<sup>1</sup> [122va]*

Placuit ut quotiens<sup>2</sup> ab aliquo fidelium ad consecrandas ecclesias episcopi<sup>3</sup> inuitantur<sup>4</sup>, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant, sed si ipse<sup>5</sup> quidem aliquid ex suo uoto obtulerit<sup>6</sup>, non respuatur. Si uero aut paupertas illum aut necessitas retinet, nichil exigatur ab illo. Ac tantum unusquisque episcoporum

<sup>1</sup> Episcopus - debere CRSWNDB; om. ZTOGHA. cp. v add. NBZTOGHQ, om. LRXSWDMA

<sup>2</sup> cumque add. M

<sup>3</sup> ep. eccl. later reversed G

<sup>4</sup> inuitantur CNBZTOGHQ; mutantur A

<sup>5</sup> i- ss O

<sup>6</sup> -erit RSNBH; -eret C?; -erint ZJTOQA

meminerit ut non prius dedicet ecclesiam<sup>7</sup>, nisi antea dotem basylice et obsequium ipsius<sup>8</sup> per donationem cartule confirmatum accipiat. Nam non<sup>9</sup> leuis est<sup>10</sup> ista temeritas sine luminariis uel sine substantiali sustentatione<sup>11</sup> eorum qui ibidem seruituri sunt tanquam domus priuata consecretur ecclesia.

*C. Braga II c 5; H 425b; M 574; ID 3.42 var. as BD 3.37; C 1 q 2 c 1*

<sup>7</sup> ut non prius ded. eccl. in mg. Z

<sup>8</sup> perpsius G

<sup>9</sup> in mg. H

<sup>10</sup> leuis *after corr.*, est ss O

<sup>11</sup> substentatione G

## 6<sup>1</sup>

*De basylicis non pro deuotione fidei sed pro questu edificatis<sup>2</sup> cp. vi<sup>3</sup>*

Placuit si quis basylicam non pro deuotione fidei sed pro questu cupiditatis edificat, ut quicquid ibi de oblatione populi<sup>4</sup> colligitur medium cum clericis diuidat, eo quod basylicam in terra sua questus causa condiderit, quod in aliquibus locis usque modo dicitur fieri. Hoc ergo de cetero obseruari<sup>5</sup> debet ut nullus episcoporum tam abhominabili uoto<sup>6</sup> consentiat, nec<sup>7</sup> basylicam que non pro sanctorum patrocinio sed magis sub tributaria<sup>8</sup> conditione est condita audeat consecrare.

*C. Braga II c 6; H 425b; M 574; De cons. D 1 c 10*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> De - edificatis (*corr. fr.* -antes C) CLRWNB; om. ZTOGHA

<sup>3</sup> cp. vi NBTZOHA; om. LRXSWP; ? C

<sup>4</sup> *corr. fr.* Domini O

<sup>5</sup> -ari CNBZJTOG; -are HQA

<sup>6</sup> *corr. fr.* modo O

<sup>7</sup> *corr. fr.* ne C

<sup>8</sup> -t- ss G

## 7

*Pro baptismo nichil accipiendum nisi quod<sup>1</sup> uoluntarie<sup>2</sup> sit oblatum<sup>3</sup> cp. vii<sup>4</sup>*

Placuit ut unusquisque episcopus per ecclesias suas hoc precipiat, ut hii qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid uoluntarie pro suo offerunt uoto suscipiatur ab eis. Si uero per necessitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant nullum illis pignus uiolenter tollatur a clericis. Nam multi pauperes hoc timentes filios a baptismo retrahunt, qui forte dum differunt si sine gratia baptismi de hac uita recesserint [122vb] necesse est ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes a<sup>5</sup> baptismi<sup>6</sup> gratia se retraxerunt.

*C. Braga II c 7; H 425-6; M 575; C 1 q 1 c 103*

<sup>1</sup> quod RXSWNBP; om. CLD

<sup>2</sup> uoluntarie CLRXSBNP; uoluntate W

<sup>3</sup> Pro - oblatum CRSWNDB; om. ZTOGHA

<sup>4</sup> cp. vii NBTZOA; om. LRXSWP; ? C

<sup>5</sup> *corr. fr.* ad G

<sup>6</sup> -mu O

## 8<sup>1</sup>

*De accusatoribus clericorum<sup>2</sup>*

Placuit ut si quis aliquem clericorum in accusatione<sup>3</sup> fornicationis impetit, secundum preceptum Pauli apostoli duo uel tria testimonia requirantur ab illo. Quod si

<sup>1</sup> In N *after 2.35 above*

<sup>2</sup> De - clericorum CRNDB; om. ZTOGHA. cp. viii *add.* BZTOGHA, om. LRXSWNDNP; ? C

<sup>3</sup> -ione RXSWNBPZTOGHA; -ionem CLD

non potuerit datis testimoniis approbari quod dixit, excommunicationem accusati accusator accipiat.

*C. Braga II c 8; H 426a; M 575; ID 6.276 as BD 2.202; IP 4.97 var.; C 2 q 4 c 1*

## 9<sup>1</sup>

*De tempore paschali a metropolitano nuntiando<sup>2</sup> et de letaniis celebrandis<sup>3</sup>*

Placuit ut postquam omnia in consilio<sup>4</sup> sacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis obseruetur ut superuenturum ipsius anni Pascha quo kalendarum die uel quota luna debet suscipi a metropolitano episcopo nuntietur. Quod ceteri episcopi uel<sup>5</sup> reliquus clerus<sup>6</sup> breuiculo subnotantes unusquisque in sua ecclesia adueniente Natalis Domini die astante populo post lectionem euangelicam nuntiet. In cuius principio conuenientes in unum uicine<sup>7</sup> ecclesie per triduum cum psalmis per sanctorum basylicas ambulantes celebrent letanias. Tercio<sup>8</sup> autem die celebratis hora nona<sup>9</sup> siue decima<sup>10</sup> missis dimisso<sup>11</sup> populo precipiant quadragesime seruare<sup>12</sup> ieiunia, et mediante quadragesima ex diebus uiginti baptizandos infantes ad exorcismi purgationem offerre.

*C. Braga II c 9; H 426a; M 575; De cons. D 3 c 25 to lectionem populo annuncient only and var.*

*N at pp. 270-2 here inserts Trip. B. 20.37-58, 36, 35 with no break of hand or layout (i.e. taken from part of Trip B after the end of N's apparent archetype).*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> annuntiando W

<sup>3</sup> De - celebrandis CSNBP; om. ZTOGHA. cp. viiii add. BZTOGHA; cp. viiii add. N, om. CLRXSWP

<sup>4</sup> consilio CLXSNZJTOGHA; concilio RWBPQ

<sup>5</sup> erased letter follows in Z

<sup>6</sup> clerus CNBZTOGHQ; clericus A

<sup>7</sup> -ine CNBZTOGQA; -ini H

<sup>8</sup> -cio CBZTOGA; -tia N

<sup>9</sup> hora nona] nona hora G

<sup>10</sup> decima CNBZT; decem OGHA; x Q

<sup>11</sup> dimisso CRNB; demisso ZTOGHQ; demissio A

<sup>12</sup> seruare CRNBZTOGH; obseruare Q; seruire A

## A2. XLVII <sup>1</sup>DE<sup>2</sup> CONCILIO<sup>3</sup> MARTINI PAPE<sup>4</sup>

- <sup>5</sup>i. De electione episcopi  
 ii De ordinatione<sup>6</sup> episcopi  
 iii. De euacuanda<sup>7</sup> ordinatione que absente metropolitano fuerit facta  
 iiiii. De primatu metropolitani  
<sup>8</sup>v. De his qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem transire uolunt  
<sup>9</sup>vi. De non uitanda parroechia [123ra]  
<sup>10</sup>vii. De presumptione aliene dyocesis  
<sup>11</sup>viii De non constituendo episcopo successore

<sup>1</sup> title and capitulatio om. ZJTOGHQA; in CLRSWN[DM]BP

<sup>2</sup> De CLWND; Ex BP

<sup>3</sup> corr. fr. cosilio X

<sup>4</sup> incipiunt capitula add. here B, incipit cap. add. before De S, om. CLXWNDMP; De - pape. om. R

<sup>5</sup> Whole title om. DM

<sup>6</sup> N obscure

<sup>7</sup> euacuanda CLRWNP; uacuanda B

<sup>8</sup> Whole title om. DM

<sup>9</sup> Whole title om. DM

<sup>10</sup> Whole title om. DM

<sup>12</sup> viii.	De irruptione uagantis ecclesie
x.	De episcopo per necessitatem uagante <sup>13</sup>
<sup>14</sup> xi.	De contemptore episcopo
xii.	De seditioso episcopo
<sup>15</sup> xiii.	De dissensione iudicii
xiiii.	De presumptione episcopi in rebus ecclesie
<sup>16</sup> xv.	De rebus ecclesiasticis gubernandis
xvi.	De rebus ecclesie dispensandis
<sup>17</sup> xvii.	De his qui de ministerio ecclesie aliquid uendiderint
xviii.	De synodo facienda <sup>18</sup>
<sup>19</sup> xviii.	De episcopo qui noluerit uenire ad synodum
xx.	De legitima etate ordinandi presbiteri
xxi.	De eunuchis qui ab aliis fiunt uel qui sibi naturalia abscidunt
<sup>20</sup> xxii.	De neophitis
xxiii.	De penitente non admittendo ad clerum
xxiiii.	De his qui sine discussione aut presbiteri aut diacones ordinati sunt <sup>21</sup>
xxv.	De presbiteris et diaconibus qui post ordinationem denotantur
xxvi.	De his qui uiduas aut dimissas ducunt aut in malis consiliis mixti sunt
xxvii.	De fornicatoribus clericis
xxviii.	De his quorum <sup>22</sup> uxores mechantur
xxviii.	De uiduis clericorum
xxx.	De filia episcopi uel presbiteri que deuota fuerit et peccauerit
<sup>23</sup> xxxi.	De <sup>24</sup> deuota peccante que se maritauerit
xxxii.	De subintroductis adoptiuis mulieribus <sup>25</sup>
<sup>26</sup> xxiii.	De non recipiendis clericis uagis et de infirmada ordinatione eius qui sine consensu episcopi sui ab alio episcopo ordinatus est
xxxiiii.	De clericis desertoribus
xxxv.	De importunis clericis
xxxvi.	De purganda opinione heresis <sup>27</sup>
xxxvii.	De clericis excommunicatis
<sup>28</sup> xxxviii.	De presbiteris ut in secundis nuptiis non uadant
xxxviii.	De his qui ad diaconium <sup>29</sup> eliguntur
<sup>30</sup> xl.	Non licere diaconum ante presbiterum sedere

<sup>11</sup> *Whole title om.* DM<sup>12</sup> *Whole title om.* DM<sup>13</sup> -ante CL<sup>2</sup>RWNDMP; -antem B<sup>14</sup> *Whole title om.* DM<sup>15</sup> *Whole title om.* DM<sup>16</sup> *Whole title om.* DM<sup>17</sup> *Whole title om.* DM<sup>18</sup> -ienda CLRWDB; -iando N<sup>19</sup> *Whole title om.* DM<sup>20</sup> *Whole title om.* DM<sup>21</sup> ordinati sunt CLRWDMP; ordinandi sunt N; ordinantur B<sup>22</sup> qui M<sup>23</sup> *Whole title om.* DM<sup>24</sup> De CLRWB; *om.* N<sup>25</sup> sub. ad. mul.] sub.(*after corr.*) mul. ad. M<sup>26</sup> *Whole title om.* DM<sup>27</sup> heresis CRXWDMB; hresis L; heredis N<sup>28</sup> *whole title om.* DM<sup>29</sup> diaconium CLRWDM<sup>2</sup>; diaconum XNM; diaconatum BP<sup>30</sup> *Whole title om.* DM

- <sup>31</sup>xli. Vasa dominica non nisi a subdiaconis<sup>32</sup> tangenda  
<sup>33</sup>xlii. Ne mulieres in secretorium<sup>34</sup> ingrediantur  
<sup>35</sup>xliiii. De lectore qui uiduam alterius acceperit  
xliiii. De subdiacono secundam uxorem ducente  
xlv. Non licere in pulpito nisi lectores psal [123rb] lere aut legere  
xlvi. De his qui seruili conditione obligantur  
xlvii. De eo qui seruum docuerit ut contempnat dominum suum  
xlviii. Non licere in quadragesima natales martyrum uel<sup>36</sup> nuptias celebrari<sup>37</sup>  
<sup>38</sup>xlviii. De tempore baptizandorum  
<sup>39</sup>l. Non licere quinta feria ante Pascha ieiunium soluere  
li. Omni tempore episcopum chrisma posse conficere  
lii. Presbiterum episcopo presente nisi ipso iubente infantes non debere  
signare  
liii. Ne presbiter in baptisterium episcopum precedat  
<sup>40</sup>liiii. Mulierem pregnantem baptismi gratiam posse percipere  
<sup>41</sup>lv. Quid in sanctuario offerendum sit  
lvi. De forasticis presbiteris  
lvii. Ne presbiter die dominica causa religionis ieiunet et ne a Pascha usque  
ad<sup>42</sup> quinquagesimam<sup>43</sup> se<sup>44</sup> in oratione prostret<sup>45</sup>  
<sup>46</sup>lviii. De abstinentibus  
lviii. Ne clerici in nuptiis uel<sup>47</sup> in<sup>48</sup> conuiuuiis aliqua spectacula cernant  
<sup>49</sup>lx. Ne clerici incantatores sint  
<sup>50</sup>lxi. Non licere clericis conuiuia facere  
lxii. De feneratoribus  
<sup>51</sup>lxiii. De clericis qui matutinis uel uespertinis horis ad ecclesiam non  
conueniunt  
lxiii. Clericum die dominico<sup>52</sup> ab ecclesia deesse non debere  
lxv. Ne clerici uel laici religiosi ante horam diei terciam conuiuentur<sup>53</sup>  
lxvi. Ne clerici comam nutriant  
lxvii. Vt nulle scripture nisi canonice in ecclesia legantur

<sup>31</sup> Whole title om. DM<sup>32</sup> -onis RXWNBP; -onibus CL<sup>33</sup> Whole title om. DM<sup>34</sup> -orium LRWNBP; -arium CX<sup>35</sup> Whole title om. DM<sup>36</sup> uel CLRWDB; aut N<sup>37</sup> -ari CLRWDB; -are N<sup>38</sup> Whole title om. DM<sup>39</sup> xl N (without disturbing other nos.)<sup>40</sup> Whole title om. DM<sup>41</sup> Whole title om. DM<sup>42</sup> ad CLSNBP; in DM<sup>43</sup> corr. fr. quadrag- P<sup>44</sup> ss B<sup>45</sup> -stret CRNB; -sternat LSP; -sternet XS<sup>2</sup>DM; non prosternat P<sup>2</sup><sup>46</sup> whole title om. DM<sup>47</sup> uel CLRWDB; aut N<sup>48</sup> in CLRSNDB; om. XM<sup>49</sup> Whole title om. DM<sup>50</sup> Whole title om. DM<sup>51</sup> Whole title om. DM<sup>52</sup> -ico CLRXNP; -ica SDMB<sup>53</sup> -entur CL<sup>2</sup>RWNB; -antur LDM; conuenentur P

- lxviii. Sacramenta nusquam distribuenda nisi in ecclesia aut in<sup>54</sup> basylica<sup>55</sup>  
ubi sunt martyrum reliquie
- lxviii. Ne Christiani ad mortuorum sepulchra prandia deferant
- lxx. Ne clerici uel laici ab hereticis<sup>56</sup> eulogias accipiant
- lxxi. De his qui sortilegos in domum suam introducunt
- lxxii<sup>57</sup>. Ne Christiani gentilium tradiciones teneant
- <sup>58</sup>lxxiii. Ne Christiani diem kalendarum agant
- lxxiiii. De collectionibus herbarum
- <sup>59</sup>lxxv. De feminis Christianis ne in lanificiis uanitatem obseruent
- <sup>60</sup>lxxvi. De adulteris<sup>61</sup>
- lxxvii. De mulieribus qui fornicate fuerint [123va] et natos suos occiderint
- lxxviii. De his qui<sup>62</sup> homicidium uoluntate<sup>63</sup> aut non uoluntate<sup>64</sup> fecerint
- lxxviii. De incestis<sup>65</sup> coniunctionibus
- <sup>66</sup>lxxx. De his qui multis copulantur nuptiis
- lxxxii. De his qui cum animalibus commixtione peccant<sup>67</sup>
- lxxxii. Nulli morienti uaticum denegandum
- <sup>68</sup>lxxxiii. De his qui in ecclesia<sup>69</sup> sacras scripturas audiunt et pro luxuria sua a  
sacramenti communionem se auertunt
- <sup>70</sup>lxxxiiii. De his qui excommunicatis<sup>71</sup> communicauerint

<sup>54</sup> in CLRSNDB; *om.* M

<sup>55</sup> -ica CLRWNB; -icis DM

<sup>56</sup> literas *add. and canc.* B

<sup>57</sup> Nos. 72-3 reversed N

<sup>58</sup> Whole title *om.* DM

<sup>59</sup> Whole title *om.* DM

<sup>60</sup> Whole title *om.* M (*not* D)

<sup>61</sup> *corr. fr.* alul- N

<sup>62</sup> ad *add.* D, *om.* CLRWNMB

<sup>63</sup> -ate CLRSND<sup>2</sup>B; -arie DM

<sup>64</sup> *corr. to* -arie M

<sup>65</sup> incestis CLRWDMB; incertis N

<sup>66</sup> Whole title *om.* DM

<sup>67</sup> -ant C<sup>2</sup>LRSWNDMP; -ent CX; ? B

<sup>68</sup> Whole title *om.* DM

<sup>69</sup> -esia CLRWNP; -esias B

<sup>70</sup> Whole title *om.* DM

<sup>71</sup> -co- ss N

## 1<sup>1</sup>

### *Ex<sup>2</sup> concilio Martini pape. De electione episcopi<sup>3</sup>*

Non licet<sup>4</sup> populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium prouocantur sed iudicium sit episcoporum ut ipsi eum qui ordinandus est probent si in<sup>5</sup> sermone et<sup>6</sup> fide et in spirituali uita edoctus sit.

*Can. Mar. c 1; H 428a; M 577; BD 1.10; ID 5.64; D 63 c 8*

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> *After corr.* W

<sup>3</sup> De - ep. in mg. Z; cp.i *add.* NZTOGHA, *om.* CLRWP, ? B

<sup>4</sup> licet CNZTOGHA; licere BP

<sup>5</sup> i- ss O

<sup>6</sup> in *add.* B, *om.* CWNPZTOGHA

## 2

*<sup>1</sup>De ordinatione episcopi<sup>2</sup>*

Episcopum<sup>3</sup> oportet maxime quidem ab omni concilio constitui. Sed si hoc aut pro necessitate aut pro longinquitate itineris<sup>4</sup> difficile fuerit, ex omnibus tres colligantur et omnium presentium uel absentium<sup>5</sup> subscriptiones teneantur, et sic postea ordinatio fiat<sup>6</sup>. Huius autem rei potestas in omni prouincia ad metropolitanum pertinet episcopum.

*Can. Mar. c 2; H 428a; M 577-8; +D 64 c 7*

<sup>1</sup> Ex conc. Martini pape *add.* DM (*cf. c. 1*)

<sup>2</sup> cp. ii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMP, ? B

<sup>3</sup> *corr. fr.* Spiritum Z

<sup>4</sup> -in- ss O

<sup>5</sup> uel absentium CWNPZTOGHA; *om.* B

<sup>6</sup> *long lacuna follows in W*

## 3

*De euacuanda ordinatione que absente metropolitano fuerit facta iii<sup>1</sup>*

Non<sup>2</sup> debet ordinari<sup>3</sup> episcopus absque consilio et prescientia<sup>4</sup> metropolitani episcopi. Adesse autem<sup>5</sup> oportet omnes qui sunt in prouincia sacerdotes<sup>6</sup>, quos per suam debet epistolam metropolitanus<sup>7</sup> conuocare. Et quidem si omnes occurrerint, bene<sup>8</sup>. Si autem hoc difficile fuerit, plures oportet occurrere. Qui autem non conuenerint<sup>9</sup> presentiam sui per epistolas suas<sup>10</sup> faciant, et sic omnium facto consensu ordinationem episcopi fieri oportet. Si autem aliter preter quod a nobis terminatum<sup>11</sup> est [123vb] fuerit factum<sup>12</sup>, talem ordinationem nichil preualere<sup>13</sup> decernimus. Si autem secundum canones ordinatio episcopi fuerit facta<sup>14</sup> et<sup>15</sup> aliquis cum sua malitia in aliquo contradixerit<sup>16</sup> plurimorum consensus obtineat.

*Can. Mar. c 3; H 428a; M 578-9; +D 65 c 2*

<sup>1</sup> iii NBZTOGA?; *om.* WMP; ? C

<sup>2</sup> Con O

<sup>3</sup> -na- ss B

<sup>4</sup> prescientia CLXSWND; presentia RBZTOGHA; ? P

<sup>5</sup> autem CDBZTOGHA; aut N

<sup>6</sup> -ote A

<sup>7</sup> metropolitanus CRSNB; *om.* ZTOGHA

<sup>8</sup> bone A

<sup>9</sup> -int CNBHQ; -it TJOGA; uenerit Z

<sup>10</sup> ep. suas CNBH; suas ep. TZJOGQA

<sup>11</sup> *corr. fr.* ordinatum Q<sup>2</sup>mg.

<sup>12</sup> fuerit factum CNBZTOGH; fieri factum Q; factum fuerit A

<sup>13</sup> pre- ss B

<sup>14</sup> facta fuerit *later reversed* A

<sup>15</sup> ss H

<sup>16</sup> contradixerit CRNBH<sup>2</sup>Q; condixerit TZJOA; contraduxerit H

## 4

*De primatu<sup>1</sup> metropolitani<sup>2</sup>*

Per singulas prouincias oportet episcopos cognoscere metropolitanum episcopum et ipsum primatus curam<sup>3</sup> suscipere. Nichil autem agere reliquos episcopos preter eum, secundum quod antiquitus a patribus nostris constitutum continetur in canone. Propter

<sup>1</sup> primatu CNBZTOGH; primi A

<sup>2</sup> iiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

<sup>3</sup> prim. curam RXSWNPZTOGHA; curam (ss) prim. C; cura (ss) prim. L

quod et metropolitanus episcopus nichil presumptiue<sup>4</sup> assumat absque consilio ceterorum.

*Can. Mar. c 4; H 428a; M 579; C 9 q 3 c 1*

<sup>4</sup> presumptiue RWNDBPZTOGHA; presumptione CXS; presuptiue L

### 5<sup>1</sup>

*De his qui per ambitionem de inferiori ciuitate ad maiorem transire uolunt<sup>2</sup>*

Si quis in parte alicuius fuerit<sup>3</sup> ambitiosior<sup>4</sup> inuentus, siue episcopus siue presbiter uel dyaconus de inferiori<sup>5</sup> ciuitate non transeat ad maiorem<sup>6</sup>. Quod si quis contra hec magni concilii constituta importunus extiterit, omnimodo euacuetur huiusmodi factum et sue iterum restauretur ecclesie cui episcopus aut presbiter aut diaconus prius fuerat constitutus.

*Can. Mar. c 5; H 428a; M 579*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> v add. NBZTOGHA, om. CLRSWP

<sup>3</sup> ss before alic. Q

<sup>4</sup> fuerit amb. CRBZTOGHA; amb. fuerit N

<sup>5</sup> -ori ss O

<sup>6</sup> non tr. ad mai. CNPZTOGHA; ad mai. non tr. B

### 6<sup>1</sup>

*De non uitanda<sup>2</sup> parroechia<sup>3</sup>*

Episcopum<sup>4</sup> propria parrochia<sup>5</sup> non liceat transire in aliam neque sua sponte introire neque inuitatum<sup>6</sup> neque ab episcopo coactum<sup>7</sup>, sed permaneat in loco in quo a Deo est ordinatus et in ea quam sortiuit ecclesia secundum antiquum canonem constitutum.

*Can. Mar. c 6; H 428a; M 579*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> uitanda CRSWNP; mutanda ZTOGHA; ? B

<sup>3</sup> vi add. NBZTOGHA, om. CLRSWP

<sup>4</sup> autem X

<sup>5</sup> parrochia C<sup>2</sup>LRWBPZTOGHA; om. CXN; after liceat S

<sup>6</sup> -um CRNB; -us ZTOGHA

<sup>7</sup> -um CRNB; -us ZTOGHA

### 7<sup>1</sup>

*De presumptione<sup>2</sup> aliene dyocesis<sup>3</sup>*

Si quis episcopus<sup>4</sup> non<sup>5</sup> per scripturam metropolitani episcopi<sup>6</sup> aut qui cum eo sunt rogatus de alia prouincia in aliam uenerit sed presumptione irruens<sup>7</sup> ad ordinationem et constitutionem clericorum<sup>8</sup> qui ad eum non pertinent importunus existat, uacua sint et inania omnia que ab eo fuerint<sup>9</sup> constituta. Ipse autem digna increpatione excommunicetur et abhominetur a sancto concilio. [124ra]

*Can. Mar. c 7; H 428a-b; M 579*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> presumptione CNBZTOGHQ; assumptione A

<sup>3</sup> vii add. NBZTOGHA, om. CLRSWP

<sup>4</sup> episcopus CNBZTOGH; om. QA

<sup>5</sup> non C<sup>2</sup>L<sup>2</sup>RNBZTOHA; om CLXS

<sup>6</sup> episcopi LRWNPZTOGHA; om. CXS

<sup>7</sup> irruens CNBZTOGHQ; instruens A

<sup>8</sup> ss O

<sup>9</sup> ss X



8<sup>1</sup>

*De non constituendo episcopo successore<sup>2</sup>*

Episcopum non liceat<sup>3</sup> ante finem uite alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem usurpare temptauerit talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet nisi cum consilio<sup>4</sup> et iudicatu episcoporum qui post exitum predecessoris<sup>5</sup> potestatem habent dignum eligere.

*Can. Mar. c 8; H 428b; M 579; ID 5.303 var. as BD 1.187; C 8 q 1 c 4*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> viii add. NBZTOGHA, om. CLRSWP

<sup>3</sup> non lic. repeated & cancelled T

<sup>4</sup> corr. fr. conc- O

<sup>5</sup> -ori and lacuna A

9

*De irruptione uagantis<sup>1</sup> ecclesie<sup>2</sup>*

Si quis episcopus uacans<sup>3</sup> in ecclesiam<sup>4</sup> non habentem episcopum<sup>5</sup> subripiens<sup>6</sup> populos sine consilio<sup>7</sup> integri ordinis irruerit, etiam<sup>8</sup> si populus quem<sup>9</sup> seduxit desideret illum alienum eum ab ecclesia esse<sup>10</sup> oportet. Integrum autem et perfectum concilium dicimus illud in quo metropolitanus episcopus fuerit.

*Can. Mar. c 9; H 428b; M 579; ID 5.150 var. as BD 1.39; +D 92 c 8 as ID*

<sup>1</sup> uagantis CLRWBZJTOGHQ; uacantis NG<sup>2</sup>A; De episcopo per necessitatem uagante DM (*cf c 10*)

<sup>2</sup> viiii add. NBZTOGHA, om. CLRSWMP

<sup>3</sup> corr. fr. uag- X

<sup>4</sup> uac. (uag- D) in eccl. CRNDZTOGHA; in ecc. uac. Q

<sup>5</sup> corr. fr. spiritum Z

<sup>6</sup> subri- CNDBZJTOG; sur- H; surr- H<sup>2</sup>Q; susc- A

<sup>7</sup> consilio CRNDBG; concilio ZTOHQA

<sup>8</sup> etiam CL<sup>2</sup>RPNZTOGHQA; om. L; et B

<sup>9</sup> quem pop. si *marked for reversal* O

<sup>10</sup> eum ab ecc. esse CNBZTOGQA; esse ab ecc. eum H

10

*De episcopo per necessitatem uagante<sup>1</sup>*

Si quis ordinatus pro contentione populi aut pro aliqua ratione non pro sua culpa in parrochia que ei fuerit data non ierit, hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere, ita ut de rebus ecclesie in qua conuenit sibi nichil presumat. Sustineat autem quid<sup>2</sup> de eo sanctum<sup>3</sup> concilium iudicare uoluerit.

*Can. Mar. c 10; H 428b; M 579; ID 5.151 var. as BD 1.40; D 92 c 4 as here*

<sup>1</sup> uagante CLRWBZJTOGQ; uacante N; negante A. De presbitero ad parrochiam non eunti DM (*cf c.9*). x add. NBZTOHA, om. CLRSWMP

<sup>2</sup> quid CNBZTOGHQ; om. A

<sup>3</sup> in add. and canc. O

11

*De contemptore episcopo<sup>1</sup>*

Si quis episcopus ab episcopo<sup>2</sup> ordinatus<sup>3</sup> noluerit agere<sup>4</sup> sacerdotium, neque consenserit<sup>5</sup> in sibi commissa ecclesia ambulare, istum talem excommunicari oportet. Quod si coactus consenserit, sanctum concilium quod placet de eodem terminet.

<sup>1</sup> De contemptore (contemptione O) episcopo CLRWNBPZTOGHQ; Similiter de episcopo ad episcopatum non eunti DM; De contentione episcoporum A; xi add. NBZTOGHQA, om. CLRSWMP

<sup>2</sup> episcopo CLRWNBPZTOGHA; eo B

*Can. Mar. c 11; H 428b; M 580*

<sup>3</sup> fuerit *add.* D

<sup>4</sup> age A

<sup>5</sup> consenserit CRNBZJTOG; concesserit HQA

## 12

### *De seditioso episcopo*<sup>1</sup>

Si quis episcopus ordinatus fuerit, et non uult ipsam parroechiam suscipere in qua nominatus est, sed alibi<sup>2</sup> uult ordinari, et<sup>3</sup> uim facit et<sup>4</sup> seditiones<sup>5</sup> concitat contra eos qui eum<sup>6</sup> ordinauerunt<sup>7</sup>, hunc ab honore oportet remoueri<sup>8</sup>. Si<sup>9</sup> autem in pristino honore<sup>10</sup> presbiterii<sup>11</sup> uult stare, non uetetur ut gradum quem habuit<sup>12</sup> retineat<sup>13</sup>. Quod si reluctatus fuerit, etiam de honore presbiterii deponatur.

*Can. Mar. c 12; H 428b; M 580*

<sup>1</sup> xii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

<sup>2</sup> -li- *ss* N

<sup>3</sup> et CSWNBPZTOGA; *om.* L

<sup>4</sup> et CLXSND; ac RWBPZTOGHA

<sup>5</sup> *corr. fr.* -nis G

<sup>6</sup> eum CRXNB; illum ZTOHA

<sup>7</sup> -erunt CRDBZT?OGHA; -erint N

<sup>8</sup> *corr. fr.* -ere Z

<sup>9</sup> quis *add. and canc.* O

<sup>10</sup> honore CRDBZTOGHA; *om.* N

<sup>11</sup> -erii CNBZTGHA; -eris O

<sup>12</sup> *corr. fr.* huic B

<sup>13</sup> retineneat N

## 13

### *De dissensione iudicii*<sup>1</sup> [124rb]

Si quis episcopus in aliquibus causationibus iudicatur, et uiderit ipsos episcopos qui in prouincia sunt inter se iudicio discrepare ut alii uideantur eum qui iudicatur iustificare<sup>2</sup>, alii condemnare pro diffinitione huius dissensionis hoc placuit sancto concilio ut de prouincia uicina alter metropolitanus conuocetur episcopus, ut per eum confirmetur quod secundum rectum placuerit canonem.

*Can. Mar. c 13; H 428b; M 580; C 6 q 4 c 2*

<sup>1</sup> Vt dissensio de causa episcopi etiam ab alterius prouincie episcopis terminetur DM; xiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

<sup>2</sup> iustificare *after corr.* N

## 14

### *De presumptione*<sup>1</sup> *episcopi in rebus ecclesie*<sup>2</sup>

Si quis episcopus nulla ecclesiastice rationis necessitate compulsus in suo clero aut ubi forte presbiter non est de rebus ecclesiasticis aliquid presumpserit<sup>3</sup> uendere res ipsa<sup>4</sup> ecclesie proprie restaurari<sup>5</sup> cogatur, et in iudicio episcoporum deiciatur<sup>6</sup> auditus et tanquam furti aut<sup>7</sup> latrocinii reus a suo priuetur honore<sup>8</sup>.

<sup>1</sup> presumptione CNBZTOGHQ; assumptione A

<sup>2</sup> xiiii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

<sup>3</sup> *corr. fr.* -int N

<sup>4</sup> ipsa CRXWNBPZTOGHA; ipsas C<sup>2</sup>LSQ

<sup>5</sup> *corr. fr.* ret- A

<sup>6</sup> *corr. fr.* dic- A

<sup>7</sup> aut CDBZTOGHQ; autem N; ad A

<sup>8</sup> a suo priuetur (*corr. fr.* -entur A) honore CRNBZJTOGA; ab honore suo priuetur HQ

*Can. Mar. c 14; H 429a; M 580; ID 3.172 as here, 3.242 as BD 3.181, 5.329 as BD 1.215; C 10 q 2 c 8 as here*

## 15

*De rebus ecclesiasticis gubernandis<sup>1</sup>*

Que sunt ecclesie conseruari<sup>2</sup> communi<sup>3</sup> diligentia et bona conscientia<sup>4</sup> et fide Dei<sup>5</sup> qui omnia uidet et iudicat gubernari oportet cum iudicio et potestate episcopi cui etiam omnis populus et congregatio commissa est animarum. Manifesta autem debent esse que ad ecclesiam pertinent in conscientia eorum qui circa episcopos sunt presbiter et diaconus, ut hii omnes sciant que sunt ecclesie propria ut<sup>6</sup> si episcopo contigerit<sup>7</sup> transitus eos nichil<sup>8</sup> latere possit ex his que ad ecclesiam pertinent, ut nullomodo possint minui et perire. Neque res proprie episcopi debent importunitatem pro rebus ecclesie pati. Dignum uero et iustum est apud Deum et homines<sup>9</sup> ut ea que episcopi propria sunt cui uoluerit<sup>10</sup> derelinquat, et que ecclesie sunt<sup>11</sup> eidem<sup>12</sup> conseruentur<sup>13</sup> ecclesie, ut nec<sup>14</sup> ecclesia patiat<sup>15</sup> dampnum neque episcopus<sup>16</sup> pro rebus ecclesie<sup>17</sup> in suis proscribatur ne<sup>18</sup> post eius obitum in causas incidant qui ad eum pertinent, nec ipse in maledictum incidere uideatur<sup>19</sup>.

*Can. Mar. c 15; H 429a; M 580; C 12 q 1 c 20 (Manifesta autem -- proscribatur only, and var.)*

<sup>1</sup> De rebus ecclesie conseruandis DM; xv *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

<sup>2</sup> conseruari LRSWNMBPZTOGHA; *om.* C

<sup>3</sup> uel cum omni *add.* ss B

<sup>4</sup> bona consc. *in mg.* B; conseruari *add.* C, *om.* LRXSWNMBPZTOGHA

<sup>5</sup> ss B

<sup>6</sup> ut LRWNBPZTOGHA; aut CXS

<sup>7</sup> -ti- ss B

<sup>8</sup> *corr. fr.* nilchil N

<sup>9</sup> qu *add. and canc.* O

<sup>10</sup> *in mgs* O

<sup>11</sup> cui uoluerit derelinquat - sunt CRDBZTOGHA; *om.* N

<sup>12</sup> sunt *add. and canc.* Z

<sup>13</sup> *corr. fr.* -etur B

<sup>14</sup> *corr. fr.* ne O

<sup>15</sup> *in mg.* Z<sup>1</sup>

<sup>16</sup> -opus LRXSWNBZTOGHA; -opo CP?

<sup>17</sup> ut nec ecclesia patiat<sup>15</sup> - ecclesie CRNBZTOGQA; *om.* H

<sup>18</sup> ne LRWNBPZJOG; et CXS; nec THQA

<sup>19</sup> inc. uid. LRXSWNBPZTOGHA; uid. inc. C

## 16

*De rebus ecclesie<sup>1</sup> dispensandis<sup>2</sup>*

Episcopus habeat potestatem<sup>3</sup> in rebus ecclesie ut dispenset [124va] necessitatem habentibus cum omni reuerentia et timore Dei. Participare et eum oportet que necessaria<sup>4</sup> sunt si tamen ipse aut qui<sup>5</sup> cum eo sunt fratres<sup>6</sup> indigerint aliquid<sup>7</sup> ut necessitatem nullo modo<sup>8</sup> patiantur secundum sanctum<sup>9</sup> apostolum dicentem, Victu et tegumento his contenti simus. Si autem res ecclesiasticas episcopus in suas uoluntates

<sup>1</sup> -esia A

<sup>2</sup> conseruandis M (*not* D). xvi *add.* NBZTOGHA; *om.* CLRSWDMP

<sup>3</sup> hab. poss. ss Z

<sup>4</sup> -ria ss T

<sup>5</sup> *corr. fr.* que Z

<sup>6</sup> fratres CNBZTOGH; fratris QA

<sup>7</sup> ind. al. CNPZTOGHA; al. ind. B

<sup>8</sup> modo CNPZTOGHA; *om.* B

<sup>9</sup> ss O

usurpare uoluerit, et loca ecclesie uel fructus agrorum non cum<sup>10</sup> presbiterorum uel diaconorum consilio contaminauerit<sup>11</sup>, aut fratribus uel filiis uel quibuscumque propinquis suis dederit potestatem, ut per eos latenter<sup>12</sup> res ledantur ecclesie, hunc oportet<sup>13</sup> obnoxium<sup>14</sup> esse concilio. Sin aliter episcopus<sup>15</sup> uel qui cum eo sunt presbiteri aut diaconi accusentur<sup>16</sup>, quia que ex reddito<sup>17</sup> uel ex quolibet<sup>18</sup> actu ecclesie ueniunt in suos usus<sup>19</sup> colligunt<sup>20</sup> et pauperibus fraudant<sup>21</sup> et fame conficiunt. Hos enim corripere oportet, secundum quod<sup>22</sup> ordinatum fuerit a sancto concilio.  
*Can. Mar. c 16; H 429a; M 580-1; C 10 q 2 c 7*

<sup>10</sup> *corr. fr.* com O

<sup>11</sup> *corr. fr.* -euerit O

<sup>12</sup> latenter CNBZTOG; latentes HQA

<sup>13</sup> *corr. fr.* oporet A

<sup>14</sup> -oxium CDBZTOGHA; -ixium N

<sup>15</sup> -opos A

<sup>16</sup> *corr. fr.* -antur A

<sup>17</sup> reddito CLRWNPZTGHQA; redd... B; creditu O

<sup>18</sup> quolibet LRXWNPZTOGHA; qualibet C

<sup>19</sup> usus CNBP; sinus ZTOGHA

<sup>20</sup> -unt LRXWBPZTOGHA; -ant C?

<sup>21</sup> *corr. fr.* frad- O; *short lacuna follows in Z*

<sup>22</sup> *ss Z*

## 17

### *De his qui de ministerio ecclesie aliquid<sup>1</sup> uendiderint<sup>2</sup>*

Si quis presbiter aut diaconus inuentus fuerit<sup>3</sup> aliquid de ministeriis ecclesie uenundasse,<sup>4</sup> quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamen episcopi dimittendus est siue indignus in suo recipi<sup>5</sup> debeat gradu, quia multotiens hoc ipsum quod de sacrosancto altario contaminatum est in episcopi potestate dimissum est.

*Can. Mar. c 17; H 429a; M 581; ID 3.240 var. as BD 3.179, 3.173 as here; +D 50 c 22*

<sup>1</sup> eccl. al. CSNBZJTOGA; al. eccl. W; aliquid Q

<sup>2</sup> Ne presbiter aut diaconus res ecclesie dissipet DM; xvii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSDWMP

<sup>3</sup> inu. fuerit CNBZTOGQA; fuerit inu. H

<sup>4</sup> -sse *ss T*

<sup>5</sup> -ci- *ss N*

## 18

### *De synodo facienda<sup>1</sup>*

Propter ecclesiasticas curas et<sup>2</sup> altercationum solutiones bene placuit per singulas prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante metropolitano episcopo omnes prouinciales episcopos, ita ut<sup>3</sup> concilium precedant omnes presbiteri et diacones uel hii qui se lesos existimant, ut in concilio cause examine ad iustum iudicium perducantur. Et si qui manifeste episcopi uel presbiteri aut diacones inuenti fuerint in [124vb] offensa, secundum rationem excommunicentur quamdiu communi consensu de his placuerit dare sententiam. Nulli autem episcopo liceat propria apud semet ipsum<sup>4</sup> concilia facere preter eos quibus metropoles sunt credite.

*Can. Mar. c 18; H 429a-b; M 581; +D 18 c 15*

<sup>1</sup> xviii *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSDWMP

<sup>2</sup> curas et CLXSWNMTOGHQ; et RBP<sup>2</sup>; *om.* P; curas A

<sup>3</sup> in *add. and canc.* B

<sup>4</sup> preter *add. and canc.* N

*De episcopo qui noluerit uenire ad synodum<sup>1</sup>*

Ad concilium conuocatus episcopus non debet contempnere sed adire<sup>2</sup> et ea que ad<sup>3</sup> necessitatem<sup>4</sup> ecclesie uel ceterorum pertinent aut docere si nouit aut doceri si nescit. Nam si<sup>5</sup> extra<sup>6</sup> egritudinem contempserit ire, reus erit fraterni concilii.

*Can. Mar. c 19; H 429b; M 581*

<sup>1</sup> Vt episcopus ad concilium conuocatus uenire non (ss M) contempnat DM; synodum CLRWNBZTOQA; concilium H. xviii add. NB?ZTOGHQA, om. CLRSWDMP

<sup>2</sup> adire CRNDB; ire ZTOGHA

<sup>3</sup> ss N

<sup>4</sup> necessitatem CLXSNDM; utilitatem RWBPZTOGHQA

<sup>5</sup> ss Z

<sup>6</sup> extra CLRDBZTOGHA; contra N

## 20

*De legitima etate ordinandi presbiteri<sup>1</sup>*

Si quis triginta etatis sue annos non impleuerit,<sup>2</sup> nullomodo presbiter ordinetur, etiam si ualde<sup>3</sup> sit dignus quia et ipse Dominus trigesimo anno baptizatus est et sic cepit docere. Oportet ergo eum qui ordinandus est usque ad hanc etatem legitimam<sup>4</sup> conseruari.

*Can. Mar. c 20; H 429b; M 581; +D 78 c 1 var. and Si quis triginta – sit dignus. only*

<sup>1</sup> ord. presb. CLRWDMBTOA; om. N. xx add. NBZTOGHA, om. CLRSWDMP

<sup>2</sup> ann. non. impl. CRNDB; non impl. ann. ZTOGHA

<sup>3</sup> ualde RXSWNDBZTOGHA; laude CL<sup>2</sup>; alde L

<sup>4</sup> et. leg. CRNBZJ; leg. et. TOGHQA

## 21

*De eunuchis qui ab aliis fiunt uel qui sibi naturalia abscidunt<sup>1</sup>*

Si quis pro egritudine naturalia<sup>2</sup> a medicis habuerit secta, similiter et qui a barbaris aut dominis stultis fuerint castrati et moribus digni fuerint uisi, hos canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem sanus non per disciplinam religionis et<sup>3</sup> abstinentie sed per abscisionem plasmati a<sup>4</sup> Deo corporis existimat posse a se carnales concupiscentias amputari castrauerit se, non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quod si iam ante fuerat promotus ad clerum, prohibitus a suo ministerio deponatur.

*Can. Mar. c 21; H 429b; M 581; ID 6.374; IP 3.56; D 55 c 9*

<sup>1</sup> xxi add. NB?TOGHA, om. CRSP

<sup>2</sup> naturalia LSNBJTOGHQA; natulia C; nantalia X; natura Z; ? P

<sup>3</sup> add. H<sup>2</sup>

<sup>4</sup> plasmati a CLWDZTOGHA; plasmatiam RND<sup>2</sup>BP; plamationem X

22<sup>1</sup>*De neophytis<sup>2</sup>*

Qui baptizatus fuerit iam etate legitima non continuo liceat eum ad ecclesiasticum ordinem promoueri. Quia oportet eum prius doceri quod possit docere, et multo tempore post baptismum probari, ut bene<sup>3</sup> probatus ueniat ad clerum, secundum preceptum apostoli dicentis<sup>4</sup>, [125ra] Non neophitum ne forte in superbiam elatus in

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> xxii add. NB?ZTOGHA, om. CLRSWP

<sup>3</sup> ss O

<sup>4</sup> short erasure follows O

iudicium incidat<sup>5</sup> et<sup>6</sup> laqueum diaboli. Si autem succedenti tempore in aliquo graui<sup>7</sup> peccato a duobus uel tribus fuerit deuictus, depositus de gradu suo cesset a clero. Si quis contra hanc regulam facere presumpserit quod sit contrarium<sup>8</sup> magni concilii<sup>9</sup> proiciatur a clero.

*Can. Mar. c 22; H 429b; M 581-2*

<sup>5</sup> in iud. inc. (decidat G) LRSWNBPTZOGHA; inc. in iud. C; in iudicii dat X

<sup>6</sup> ss L; in *add. C, om.* LRXWNBPTZOGHA

<sup>7</sup> graui CNBZTOGHQ; gradu A

<sup>8</sup> -ium CLNB; -ius ZTOGHA

<sup>9</sup> concilii CLNPZTOGHA; consilii B

## 23

### *De penitente non admittendo ad clerum<sup>1</sup>*

Penitens tantum si necessitas aut<sup>2</sup> usus exegerit<sup>3</sup> inter ostiarios prius deputetur, uel inter lectores, ita ut<sup>4</sup> euangelia<sup>5</sup> uel apostolum non legat. Si quis autem ante ordinatus est, inter subdiaconos habeatur, ita ut manus non<sup>6</sup> imponat aut sacra contingat.

Expenitente enim dicimus<sup>7</sup> de eo qui post<sup>8</sup> baptismum pro homicidio aut pro diuersis criminibus aut grauissimis peccatis publicam penitentiam sub cilicio gerens diuino fuerit reconciliatus altario.

*Can. Mar. c 23; H 429b; M 582*

<sup>1</sup> xxiii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP

<sup>2</sup> e *add. and canc.* N

<sup>3</sup> exeg- CRNB; exig- ZTOGHA

<sup>4</sup> ss T

<sup>5</sup> *corr. fr.* -lica O

<sup>6</sup> non CNPZTOGHA; *om.* B

<sup>7</sup> Deo *add. and canc.* O

<sup>8</sup> ss Z

## 24

### *De his qui sine discussione<sup>1</sup> aut presbiteri aut dyacones<sup>2</sup> ordinati sunt<sup>3</sup>*

Si quis presbiter aut dyaconus sine aliqua examinatione ordinati sunt, aut certe cum discuterentur criminosi peccata sua aut post ordinationem ab aliis sunt detecti abiciantur ex clero. Similiter uero et de uniuerso ordine clericorum seruetur. Nam hoc sibi quod irreprehensibile<sup>4</sup> est sancta catholica defendit ecclesia.

*Can. Mar. c 24; H 430a; M 582; D 24 c 7*

<sup>1</sup> discussione CXSNMBPZTOGA; discretionem W; dissensione Q

<sup>2</sup> -ones CRSWDPZTOGHA; -oni NMB

<sup>3</sup> xxiiii *add.* NZTOGHA; *om.* CLRSWDMBP

<sup>4</sup> irrep- CNDMB; rep- ZTOGHA

## 25

### *De presbiteris et dyaconibus qui post ordinationem denotantur<sup>1</sup>*

Si quis presbiter ante ordinationem peccauerit, et post ordinationem peccatum<sup>2</sup> confessus fuerit quod ante errauerit, non offerat sed tantum pro religione nomen presbiteri portet. Si autem non ipse confessus sed ab alio publice fuerit conuictus, nec hoc ipsum habeat potestatem, ut nomen presbiteri portet. Similiter et de diaconibus obseruandum est<sup>3</sup> [125rb] ut si confessi ipsi fuerint ordinem subdiaconi accipiant.<sup>4</sup>

<sup>1</sup> xxv *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP

<sup>2</sup> peccauerit – peccatum *over an erasure, with lacuna following* H

<sup>3</sup> obs. est CDBPZTOHA; *om.* N

*Can. Mar. c 25; H 430a; M 582; ID 6.149 as BD 2.48; IP 3.150 as ID; C 15 q 8 c 4 as here*

---

<sup>4</sup> confessi ( *corr. fr.* confisi R) ipsi (ipsi confessi XSWDMBP) fuerint ord. subd. accipiant CLRXSWNDMBP; ipse confessus fuerit ord. subd. accipiat ZTOGHA

## 26

*De his qui uiduas aut<sup>1</sup> dimissas<sup>2</sup> ducunt aut in malis consiliis mixti sunt<sup>3</sup>*

Si quis uiduam aut ab alio dimissam<sup>4</sup> duxerit, non admittatur ad clerum. Quod si obrepsit, deiciatur. Similiter si homicidii aut facto aut precepto aut consilio aut defensione post baptismum conscius fuerit, et per aliquam subreptionem ad clericatum uenerit deiciatur et in<sup>5</sup> finem uite sue communionem accipiat<sup>6</sup>.

*Can. Mar. c 26; H 430a; M 582; D 50 c 8*

---

<sup>1</sup> *corr. fr.* atque B

<sup>2</sup> uid. aut (*corr. fr.* atque B) dim. CLXSNBZTOH; dim. aut uid. DM

<sup>3</sup> xxvi *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP

<sup>4</sup> *ss* O

<sup>5</sup> *ss* B

<sup>6</sup> uite sue communionem (non *add.* H) accipiat RWDMBPZTOGHQA; uite sue accipiat communionem (uite sue accipiat com- *in small hand and partly in mg.* C) CL; uite sue communio non negetur S; uite sue communionem XN

## 27

*De fornicatoribus clericis<sup>1</sup>*

Si quis presbiter aut diaconus fuerit fornicatus aut mechatus proiciatur<sup>2</sup> et agat penitentiam.

*Can. Mar. c 27; H 430a; M 582*

---

<sup>1</sup> *corr. fr.* ecclesie A; xxvii *add.* NBZ(*corr. fr.* xxviii)TOGHA, *om.* CLRSWDM

<sup>2</sup> proiciatur CRNBZTOGHQ; propitiatur A

## 28

*De his quorum uxores mechantur<sup>1</sup>*

Si laici uxor<sup>2</sup> in adulterio fuerit deprehensa hic talis ad ministerium ecclesiasticum nullomodo adducatur. Si autem post ordinationem alicuius clerici uxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa uoluerit permanere a<sup>3</sup> ministerio alienus sit<sup>4</sup>.

*Can. Mar. c 28; H 430a; M 582; +D 34 c 12*

---

<sup>1</sup> xxviii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP

<sup>2</sup> laici uxor CWDMBZTOGHA; uxor laici N

<sup>3</sup> a CDMBZTOGHA; ad N

<sup>4</sup> al. sit RXSWNDPZTOGHA; al. fiat CL; sit al. B

## 29

*De uiduis clericorum<sup>1</sup>*

Si qua uidua episcopi aut<sup>2</sup> presbiteri aut<sup>3</sup> diaconi maritum<sup>4</sup> acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuium sumat, nunquam communicet. Morienti<sup>5</sup> tantum ei sacramenta subuenient.

*Can. Mar. c 29; H 430a; M 582; +D 28 c 12*

---

<sup>1</sup> clericis G; xxviiii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWDMBP

<sup>2</sup> aut CLXSND; uel RWBPZTOGHQA

<sup>3</sup> aut CWNDBZTOGA; siue HQ

<sup>4</sup> *corr. fr.* martum A

<sup>5</sup> -i- *ss* C

## 30

*De filia episcopi uel presbiteri que deuota fuerit et<sup>1</sup> peccauerit<sup>2</sup>*

De filia episcopi uel presbiteri siue diaconi si deuota fuerit et maritum duxerit, si eam pater uel mater in affectum receperint<sup>3</sup> a communionem habeantur alieni. Pater uero causas in concilio se nouerit prestaturum. Mulier uero non admittatur ad communionem nisi marito defuncto egerit penitentiam. Sin<sup>4</sup> autem uiuente eo<sup>5</sup> secesserit et penituerit uel petierit communionem, in ultimo fine<sup>6</sup> uite sue<sup>7</sup> defi [125va] ciens accipiat communionem.

*Can. Mar. c 30; H 430a; M 582; +C 27 q 1 c 26*

<sup>1</sup> post add. D, om. CLRWNBZTOGHA

<sup>2</sup> xxx add. NZTOGHA, om. CLRSWDMP

<sup>3</sup> recep- CRDMBZTOHA; accep- NG

<sup>4</sup> Sin CDBZTOGHA; Si N

<sup>5</sup> uiu. eo CDBZTOGHA; eo uiu. N

<sup>6</sup> fine CDBZTO(after corr.)GHA; finem N

<sup>7</sup> sue CSNDB; om. ZTOHA

31<sup>1</sup>*De deuota<sup>2</sup> peccante<sup>3</sup> que se maritauerit<sup>4</sup>*

Deuotam peccantem non recipiendam in ecclesia<sup>5</sup> nisi peccare desierit, et desinens egerit aptam penitentiam decem annis et recipiat<sup>6</sup> communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullius conuiuium Christiane mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hec que eam receperit habeatur<sup>7</sup> absens. Corruptorem etiam par<sup>8</sup> pena constringat. Que autem maritum acceperit non admittatur ad penitentiam nisi adhuc uiuente ipso marito caste uixerit aut postquam ipse de hac uita discesserit.

*Can. Mar. c 31; H 430a-b; M 583*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> uota WO(before corr.)

<sup>3</sup> uel add. ZTOGHA, om. CLWNBP

<sup>4</sup> xxxi add. NBZTOGHA, om. CLRSWDMP

<sup>5</sup> -ia CNBZTOHQ; -iam A

<sup>6</sup> -ci- ss N

<sup>7</sup> h- ss N

<sup>8</sup> par CNBZTOGHQ; pars A

## 32

*De subintroductis adoptiuis mulieribus<sup>1</sup>*

Nullus episcopus neque<sup>2</sup> presbiter neque<sup>3</sup> dyaconus neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se<sup>4</sup> quasi adoptiuam aliquam<sup>5</sup> mulierem quasi<sup>6</sup> in loco filie aut sororis aut matris nisi forte sororem matris uel patris et illas solas personas que ab omni mala suspicione aliene sunt. Similiter et religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem et consortium prohibemus, eorum scilicet qui nec in Dei timore subiecti sunt nec continentie<sup>7</sup> retinent<sup>8</sup> disciplinam.

*Can. Mar. c 32; H 430b; M 583*

<sup>1</sup> adop. mul.] mul. adopt. B· xxxii add. NBZTOGHA, om. CLRSWDMP

<sup>2</sup> neque CNBZTOGQA; aut H

<sup>3</sup> p add. and canc. O

<sup>4</sup> ad se corr. fr. asse N

<sup>5</sup> aliquam CNPZTOHA; om. B

<sup>6</sup> adoptiui - quasi in mg. Z

<sup>7</sup> sub. sunt nec cont. in mg. X<sup>2</sup>

<sup>8</sup> ss O



33<sup>1</sup>*De non recipiendis clericis uagis et de infirmanda ordinatione eius qui sine conscientia<sup>2</sup> episcopi sui ab alio episcopo ordinatus est<sup>3</sup>*

Si quis in<sup>4</sup> contemptu positus presbiter aut diaconus uel quicumque ex clero recesserit ab ecclesia sua nullomodo in alia suscipiatur<sup>5</sup> ecclesia, sed omnimodo compellatur ut<sup>6</sup> ad suam reuertatur ecclesiam. Si autem permanserit<sup>7</sup> in superbia et reuerti noluerit excommunicetur et proiciatur. Si quis autem episcopus ausus fuerit ullum in sua ecclesia ordinare non con [125vb] sentiente episcopo suo a quo recessit, ordinatio eius uacua deputetur.

*Can. Mar. c 33; H 430b; M 583*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> conscientia CLRSNBP; consensu WZTOGHA

<sup>3</sup> ord. est CLWBZTOHA; ordinantur N. xxxiii add. NBZTOGHA, om. CLRSWP

<sup>4</sup> in CNBZTOGHQ; cui A

<sup>5</sup> in alia susc. CNPZTOGHA; susc. in alia B

<sup>6</sup> ut CRNBZTGQA; om. O

<sup>7</sup> corr. fr. permiserit Z

## 34

*De clericis desertoribus<sup>1</sup>*

Si quis presbiter aut diaconus uel aliquis de clero<sup>2</sup> propriam ecclesiam derelinquens ad alteram ecclesiam uadit et ibi multo tempore demoratur, omnino nunquam ministret in clero. Et si admonuerit<sup>3</sup> eum episcopus suus<sup>4</sup> ut ad suam redeat parroechiam, et redire noluerit ubi est, ibi<sup>5</sup> de suo officio deponatur, ita ut nunquam in suum reuertatur gradum propter dissolutionis peccatum. Si autem episcopus alter illum susceperit qui de reatu<sup>6</sup> eius est conscius<sup>7</sup>, oportet ipsum episcopum sine increpatione in communi concilio<sup>8</sup> non admitti, ut ecclesiasticum canonem ultra non soluat.

*Can. Mar. c 34; H 430b; M 583*

<sup>1</sup> xxxiiii add. NBZTOGHA, om. CLRSWDMMP

<sup>2</sup> short erasure follows Z

<sup>3</sup> admonuerit CDBZTOGHA; admouerit N

<sup>4</sup> corr. fr. suos A

<sup>5</sup> corr. fr. tibi O

<sup>6</sup> corr. fr. creatu O

<sup>7</sup> est consc. RWBPZTOGHA; consc. est CL; conscius XSND

<sup>8</sup> concilio CLXSW<sup>2</sup>NDZTO<sup>2</sup>GHQA; consilio RWBP; in concilio O

## 35

*De importunis clericis<sup>1</sup>*

Si quis episcopus<sup>2</sup>, presbiter aut diaconus excommunicatus in concilio iniuste se<sup>3</sup> queritur<sup>4</sup> condempnatum ad maiorum<sup>5</sup> episcoporum concilium reuertatur ut eorum inquisitionem et iudicium<sup>6</sup> expectans si quas se iustas causas habere putat illis exponat. Si autem contempserit, et importans se palatio aures principum inquietare<sup>7</sup>

<sup>1</sup> cler. imp. G; xxxv add. NZTOGHA, om. CLRSWDMBP

<sup>2</sup> aut add. HQA, om. CNBZTOG

<sup>3</sup> ss Z

<sup>4</sup> corr. fr. queretur N

<sup>5</sup> -orum CNBZTGHQA; -orem O; excommunicatus in concilio - maiorum over erasure, partly in cramped hand H

<sup>6</sup> inq. et iud. CNBZTOGHA; iud. et inq. Q

<sup>7</sup> corr. fr. -ate B

uoluerit hic ad nullam ueniam poterit peruenire, neque spem future reconciliationis habebit.

*Can. Mar. c 35; H 430b; M 583; +C 21 q 5 c 5*

### 36

#### *De purganda opinione heresis<sup>1</sup>*

Si quis episcopus siue alicuius episcopi presbiter aut dyaconus in alicuius heresis opinionem offenderit et ob hanc causam fuerit excommunicatus nullus episcopus in communionem eum recipiat, nisi prius in communi concilio porrecto fidei sue libello satisfaciat omnibus, et ita liberam<sup>2</sup> teneat suam purgationem. Hoc idem et de fidelibus laicis sit decretum si in<sup>3</sup> aliquam<sup>4</sup> heresis opinionem fuerint nominati.

*Can. Mar. c 36; H 430b; M 583-4; +C 1 q 7 c 22*

<sup>1</sup> xxxvi *add.* NBZTOGHA, *om.* CLRSWDMP

<sup>2</sup> *ss* N

<sup>3</sup> si in CWNBZTO<sup>2</sup>GH; sun O?; sin QA

<sup>4</sup> -quam CWMBZTOGHQA; -qua ND?

### 37

#### *De clericis excommunicatis<sup>1</sup>*

Si quis episcopus in concilio excommunicatus fuerit siue presbiter [126ra] aut diaconus a suo episcopo et post excommunicationem<sup>2</sup> presumpserit siue episcopus ille aut presbiter uel<sup>3</sup> diaconus facere<sup>4</sup> oblationem uel matutinum uel<sup>5</sup> uespertinum sacrificium quasi in officio suo agere sicut prius, non liceat ei nec in alio concilio spem reconciliationis habere nec ultra reconciliari, sed etiam eos qui ei communicauerint omnes ab ecclesia respui, maxime eos qui sciebant eum esse deiectum<sup>6</sup>. Si autem permanserit turbans et concitans ecclesiam per forasticam potestatem oportet eum sicut sedicionarium<sup>7</sup> ab omni plebe expelli.

*Can. Mar. c 37; H 430-1; M 584; +C 11 q 3 c 7*

<sup>1</sup> xxxvii *add.* NZTOGQA; xxxvi *add.* H, *om.* CLRSWDMBP

<sup>2</sup> *ex-ss* N

<sup>3</sup> uel CSNPZTOHA; aut BG

<sup>4</sup> *diac. fac. ss* N

<sup>5</sup> uel CNB; aut ZTOGHA

<sup>6</sup> *corr. fr.* deiectum N

<sup>7</sup> *corr. fr.* cedi- H

### 38<sup>1</sup>

#### *Vt in secundis nuptiis presbiteri non uadant<sup>2</sup>*

Presbiterum ad secundas nuptias conuiuam fieri non oportet. Quod si hi qui ad secundas nuptias ueniunt penitentiam postulant, quomodo potest presbiter ille esse qui propter conuiuium interest tali coniugio?

*Can. Mar. c 38; H 431a; M 584*

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> Vt in - uadant CLRXSBP; Vt ad secundas nuptias presb. non uadant N; De presbiteris ut in secundis nuptiis non uadant (-ent W) WZTOGHA. xxxviii *add.* NZTOGHA, *om.* CLRSWP

**39**

*De his qui ad dyaconium<sup>1</sup> eliguntur<sup>2</sup>*

Dyaconus qui eligitur sicut testatus fuerit pro accipiendo matrimonio et dixerit se<sup>3</sup> non posse<sup>4</sup> in castitate permanere, hic non ordinetur. Quod si in ordinatione tacuerit et ordinatus fuerit et postea matrimonium desiderauerit, alienus sit a ministerio et uacet a clero.

*Can. Mar. c 39; H 431a; M 584; ID 6.376; IP 3.97; D 27 c 1*

<sup>1</sup> dyaconium CLRXSNZJTGH<sup>2</sup>A; diaconatum WNBP; diaconum MOHQ

<sup>2</sup> xxxviii add. NBZTOGHA, om. CLRSWDMP

<sup>3</sup> se CNDB; om. ZTOGHA

<sup>4</sup> repeated and canc. G

**40<sup>1</sup>**

*Non licere dyaconum ante presbiterum sedere<sup>2</sup>*

Non liceat diaconum ante presbiterum sedere nisi cum<sup>3</sup> iussione presbiteri.

*Can. Mar. c 40; H 431a; M 584; ID 6.375*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Non - sedere CLRSWNBP; om. ZTOGHA. xl add. NBZTOGHA, om. CLRWP

<sup>3</sup> cum CRBZTOGA; con- N

**41<sup>1</sup>**

*Vasa dominica non nisi a subdiaconibus tangenda<sup>2</sup>*

Non liceat<sup>3</sup> quemlibet ministeria tangere nisi subdiacono<sup>4</sup> aut acolito in secretorio<sup>5</sup> uasa dominica.

*Can. Mar. c 41; H 431a; M 584; ID 6.377; +D 23 c 32a (for 32b see c 66 below)*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Vasa dominica (Domini W) - tangenda CLRSWNBP; om. ZTOGHA. xli add. NBZTOGHA, om. CLRW

<sup>3</sup> corr. fr. licet H

<sup>4</sup> corr. fr. sud- N

<sup>5</sup> -orio CLRNBPTOGQA; -ario XSWZH

**42<sup>1</sup>**

*Ne mulieres in secretorium<sup>2</sup> ingrediantur<sup>3</sup>*

Non liceat mulieres in<sup>4</sup> secretorium<sup>5</sup> ingredi.

*Can. Mar. c 42; H 431a; M 584*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> -orium CLRWBP; -arium N

<sup>3</sup> Ne - ingrediantur CLRWNBP; om. ZTOGHA. xlii add. NBZTOGHA, om. CLRWP

<sup>4</sup> ecclesie add. H, om. CRNBZTOGQA

<sup>5</sup> -arium S

**43<sup>1</sup>**

*De lectore qui uiduam alterius acceperit<sup>2</sup>*

Lector<sup>3</sup> si uiduam alterius uxorem acceperit in lectorato<sup>4</sup> permaneat, aut si forte necessitas sit subdyaconus fiat, nichil<sup>5</sup> autem [126rb] supra. Similiter et si bigamus fuerit.

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> De - acceperit (accepit B) CLRSWNBP; om. ZTOGHA. xliii add. NBZTOGHA, om. CLRSWP

<sup>3</sup> Rector H

<sup>4</sup> -ato LRXSWPNZTOGHA; -atu CB

<sup>5</sup> -l ss H

*Can. Mar. c 43; H 431a; M 584; D 34 c 18*

**44**

*De subdiacono si secundam uxorem duxerit<sup>1</sup>*

Si subdiaconus secundam duxerit uxorem inter lectores uel ostiarios habeatur, ita ut apostolum non legat.

*Can. Mar. c 44; H 431a; M 584; D 34 c 17*

---

<sup>1</sup> De - duxerit CLSN; De subdiacono secundum uxorem ducente RWDMBP; *om. ZTOGHA. xliiii add. NBZTOGHA, om. CLRWDMP*

**45**

*Non licere in pulpito nisi lectores<sup>1</sup> psallere aut legere<sup>2</sup>*

Non liceat in pulpito psallere aut legere nisi qui ab episcopo lectores sunt ordinati.

*Can. Mar. c 45; H 431a; M 584; D 92 c 3*

---

<sup>1</sup> -ores CLRWNB; -orem D

<sup>2</sup> Non - legere CLSWNDB; *om. ZTOGHA. xlv add. NZTOGHA, om. CLSWDMBP*

**46**

*De his qui<sup>1</sup> aliqua<sup>2</sup> conditione obligantur<sup>3</sup>*

Si quis obligatus<sup>4</sup> est<sup>5</sup> tributo seruili uel aliqua conditione<sup>6</sup> uel patrocinio cuiuslibet domus<sup>7</sup>, non est ordinandus clericus nisi probate uite fuerit et patroni consensus accesserit.

*Can. Mar. c 46; H 431a; M 584; +D 54 c 7*

---

<sup>1</sup> in *add. W, om. CNBP*

<sup>2</sup> aliqua CLRXSWNB; seruili DM

<sup>3</sup> De - obligantur CSWNDMBP; *om. TOGHA. xlvi add. NTOGHA, om. CRSDMBP*

<sup>4</sup> *corr. fr. -ato Z*

<sup>5</sup> est CRWNB; *om. ZTOGHQA*

<sup>6</sup> -di- ss H

<sup>7</sup> in *mg. Z*

**47**

*De eo qui seruuum docuerit ut contempnat dominum suum<sup>1</sup>*

Si quis seruuum alienum causa religionis<sup>2</sup> doceat contempnere dominum suum et recedere a seruuicio eius durissime in omnibus arguatur.

*Can. Mar. c 47; H 431a; M 584; ID 7.45 as BD 8.25; +C 17 q 4 c 38*

---

<sup>1</sup> De - suum CLRSWNDMBP; *om. ZTOGHA. xlvii add. NZTOGHA, om. CLRWDMP*

<sup>2</sup> religionis A

**48<sup>1</sup>**

*Non licere in quadragesima natales martyrum uel nuptias celebrari<sup>2</sup>*

Non liceat<sup>3</sup> in quadragesima natales martyrum celebrare sed tantum sabbato et dominica pro commemoratione eorum oblationes offerre. Sed nec natalicia nec nuptias liceat in quadragesima celebrari.

*Can. Mar. c 48; H 431a; M 584; +C 33 q 4 c 9*

---

<sup>1</sup> *om. DM*

<sup>2</sup> Non - celebrari CLRSWNBP; *om. ZTOGHA. xlviii add. NZTOGHA, om. CLRWBP*

<sup>3</sup> arguatur *add. and canc. O*

**49**

*De tempore baptizandorum<sup>1</sup>*

Non liceat ante duas septimanas Pasche sed ante tres<sup>2</sup> ad baptismum suscipere aliquem. Oportet autem ut in ipsis diebus qui baptizandi<sup>3</sup> sunt symbolum discant et in quinta feria nouissime septimane episcopo uel presbitero reddant.

*Can. Mar. c 49; H 431a; M 584-5; De cons. D 4 c 59*

---

<sup>1</sup> De - bapt. CLRSWNBP; Vt non ante duos sed ante tres septimanas Pasche quis ad baptismum accedat DM; om. ZTOGHA. xlviii add. NZTOGHA, om. CLRSWDMBP

<sup>2</sup> ad add. and canc. Z

<sup>3</sup> -andius A

**50<sup>1</sup>**

*Non licere quinta feria ante Pascha ieiunium soluere<sup>2</sup>*

Non liceat quinta feria fratres nouissime septimane ieiunium soluere et omnem exhonorare quadragesimam sed sincere abstinentes totam quadragesimam<sup>3</sup> perexire<sup>4</sup>.

*Can. Mar. c 50; H 431b; M 585; De cons. D 3 c 7*

---

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> Non - soluere CLRSWNBP; om. ZTOGHA; l add. NZTOGHA, om. CRSWBP

<sup>3</sup> -geniam A

<sup>4</sup> obscurely corr. O

**51**

*Omni tempore episcopum chrisma posse conficere<sup>1</sup> [126va]*

Omni tempore episcopo liceat<sup>2</sup> chrisma conficere et per suas dyoceses destinare, ita ut<sup>3</sup> ad dirigendum chrisma<sup>4</sup> diaconus aut subdiaconus ante diem Pasche de singulis ecclesiis ad episcopum destinetur.

*Can. Mar. c 51; H 431b; M 485; De cons. D 4 c 124a*

---

<sup>1</sup> Omni - conficere CLRSWNDBP; om. ZTOGHA. li add. NZTOGHA, om. CLRSWDMBP

<sup>2</sup> ep. lic. CNBJTOGQA; lic. ep. Z

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> ut add. and canc. O

**52**

*Presbiterum episcopo presente nisi ipso iubente infantes non debere signare<sup>1</sup>*

Presbiter presente episcopo non signet infantes nisi forte ab episcopo fuerit illi preceptum.

*Can. Mar. c 52; H 431b; M 585; +D 95 c 11, De cons. D 4 c 124b*

---

<sup>1</sup> Presbiterum - signare CLRSWDMBP; om. ZTOGHA. lii add. NZTOGHA, om. CLRSWDMBP

**53**

*Ne presbiter in baptisterium episcopum precedat<sup>1</sup>*

Non liceat presbitero prius episcopo introire in baptisterium, sed cum episcopo nisi forte<sup>2</sup> aut<sup>3</sup> absens fuerit aut egrotus.

*Can. Mar. c 53; H 431b; M 585; De cons. D 4 c 124c*

---

<sup>1</sup> Ne - precedat CLR(mg.)SWNDMBP; om. ZTOGHA. liii add. LNZTOGHA, om. CLRSWDMBP

<sup>2</sup> ab add. and canc. O

<sup>3</sup> aut C<sup>2</sup>?LRWNDBZTOGH; om. XS; ut A; ? C

## 54

*Mulierem pregnantem baptismi gratiam posse percipere<sup>1</sup>*

Si qua mulier pregnans desiderauerit<sup>2</sup> gratiam baptismi percipere quando uoluerit habeat potestatem. Nam nichil in hoc participat mater infanti qui nascitur, propterea quod unicuique propria uoluntas in confessione monstretur.

*Can. Mar. c 54; H 431b; M 585; De cons. D 4 c 116*

<sup>1</sup> Mulierem - percipere CLRSWNBP; Ne mulieri pregnante baptismum denegetur DM; *om.* ZTOGHQA. liiii *add.* LNBZTOGHA, *om.* CRSWDMP

<sup>2</sup> -auerit CNBJTOGHQA; -auit Z

## 55

*Quid in sanctuario offerendum sit<sup>1</sup>*

Non oportet aliquid aliud in sanctuario offerri preter panem et<sup>2</sup> uinum et aquam que in typo Christi benedicuntur. Quia dum in cruce penderet de corpore eius sanguis effluxit<sup>3</sup> et aqua. Hec tria unum sunt in Christo Iesu, hec<sup>4</sup> hostia<sup>5</sup> et oblatio Dei in odorem suauitatis.

*Can. Mar. c 55; H 431b; M 585; De cons. D 2 c 4*

<sup>1</sup> Quid - sit CLRSWNBP; Quid in sanctuario offeratur DM; *om.* ZTOGHA. lv *add.* LNBZTOGHA, *om.* CRSWDMP

<sup>2</sup> et RXSWDNBPZTOGHA; *om.* CL

<sup>3</sup> effluxit LRXSWNDBPZTOGHA; effulsit C

<sup>4</sup> ss B<sup>2</sup>

<sup>5</sup> h- ss O

## 56

*De forasticis presbiteris<sup>1</sup>*

Forasticis<sup>2</sup> presbiteris presente episcopo uel presbiteris ciuitatis offerre non<sup>3</sup> liceat neque ministrare in populo nisi forte ipsis<sup>4</sup> absentibus.

*Can. Mar. c 56; H 431b; M 585*

<sup>1</sup> De - presb. CLRSWNDBP; *om.* ZTOGHA. lvi *add.* LNBZTOGHA, *om.* CRSWDM

<sup>2</sup> Mor- A

<sup>3</sup> ss N

<sup>4</sup> ipsis CRNMB; illis ZTOGHA

57<sup>1</sup>*Ne presbiter die dominica causa religionis ieiunet et ne a Pascha usque ad quinquagesimam<sup>2</sup> se in oratione<sup>3</sup> prostret<sup>4</sup>*

Si quis presbiter propter<sup>5</sup> publicam penitentiam a sacerdote acceptam<sup>6</sup>, aut aliqua necessitate die dominica pro quadam religione ieiunauerit, sicut Manichei, anathema<sup>7</sup> sit. Similiter et quod ab apostolis traditum canon<sup>8</sup> tenet antiquus [126vb] placuit ut per omnes dominicas et per omnes dies Pasche usque ad quinquagesimam<sup>9</sup> non

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> -ge- ss C

<sup>3</sup> se in or. CLRWB; in or. se N

<sup>4</sup> Ne - prostret (prosternet S<sup>2</sup>) CLRSWNBP; *om.* ZTOGHA. lvi *add.* N; lvii *add.* ZTOGHA, *om.* CRSWBP

<sup>5</sup> propter CRNB; *om.* STZJOGHQA

<sup>6</sup> acceptam CBZTOHA; susceptam N

<sup>7</sup> -ima N

<sup>8</sup> non *add.* CL<sup>2</sup>X, *om.* LRSWNBPZTOGHA

<sup>9</sup> quinquagesimam- CRWBZTOHA; quadra- N

prostrent<sup>10</sup> se in oratione humilitatis sed recto uultu ad Dominum orationis fungantur officio, quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus.

*Can. Mar. c 57; H 431b; M 585; ID 4.52 var. as BD 13.20, to anathema sit only; +D 30 c 17a*

<sup>10</sup> prostrent CRXWNBT<sup>2</sup>Z<sup>2</sup>J<sup>2</sup>OGH; prosternent L(*obscurely corr.*)STQA; ministrent Z; prost..nt J

## 58<sup>1</sup>

### *De abstinentibus<sup>2</sup>*

Si quis non pro abstinentia sed pro execratione escarum abstinet, placuit<sup>3</sup> sancto concilio ut pregustet et si sic uult abstinere, abstineat. Si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens nec suspicionem heresis a se remouens<sup>4</sup>, deponatur de ordine clericatus.

*Can. Mar. c 58; H 431b; M 585; +D 30 c 17b*

<sup>1</sup> *om.* DMZ

<sup>2</sup> De abstinentibus CLRSWNBP; *om.* JTOGHA. lvii *add.* N; lviii *add.* LBJTOGHA, *om.* CRSWP

<sup>3</sup> *et add.* O, *om.* CNBJTGQA

<sup>4</sup> -ouuens N

## 59

### *Ne clerici in nuptiis uel in<sup>1</sup> conuiuuiis aliqua spectacula cernant<sup>2</sup>*

Non liceat sacerdotibus uel clericis aliqua spectacula in nuptiis uel in conuiuuiis<sup>3</sup> spectare, sed oportet eos<sup>4</sup> antequam ingrediantur ipsa<sup>5</sup> spectacula surgere et redire inde.

*Can. Mar. c 59; H 431b; M 585*

<sup>1</sup> in CRSWDB; *om.* N

<sup>2</sup> Ne - cernant CLRSWNDBP; *om.* ZTOGHA. lviii *add.* NZ; lviii *add.* LTOGHA, *om.* CRSWDMBP

<sup>3</sup> *corr. fr.* coiuiis O

<sup>4</sup> eos CLRXNMB; *om.* SZTOGHA

<sup>5</sup> *corr. fr.* ipsas O

## 60

### *Ne clerici incantatores sint<sup>1</sup>*

Non liceat clericos incantatores esse et ligaturas facere quod est colligatio animarum. Si quis hec facit<sup>2</sup> de ecclesia proiciatur.

*Can. Mar. c 60; H 431b; M 585*

<sup>1</sup> Ne - sint (fiant CN) CLRSWNBP; Ne sit clericus incantator et ne ligaturas faciat DM; *om.* ZTOGHA. lviii *add.* NZ; lx *add.* LBTOGHA, *om.* CRSWDP

<sup>2</sup> facit CLRXNDBZTOGQA; fecerit SH

## 61

### *Non licere clericis<sup>1</sup> conuiuia facere<sup>2</sup>*

Non liceat sacerdotes uel clericos, sed nec religiosos<sup>3</sup> laicos conuiuia facere<sup>4</sup> de confertis.

*Can. Mar. c 61; H 431-2; M 585; +D 44 c 12a (for 12b cf c 65 below)*

<sup>1</sup> -cis CLRNBP; -cos XS

<sup>2</sup> Non - facere CLRSWNBP; De feneratoribus DM (*cf c 62*); *om.* ZTOGHA. lx *add.* NZ; lxi *add.* LBTHGA; lxii *add.* O, *om.* CRSWDMP

<sup>3</sup> *corr. fr.* regiosos A

<sup>4</sup> *ss* X<sup>2</sup>

62<sup>1</sup>*De feneratoribus*<sup>2</sup>

Si quis oblitus timorem Domini<sup>3</sup> et sanctarum scripturarum<sup>4</sup> que dicunt<sup>5</sup>, Pecuniam suam non<sup>6</sup> dedit ad usuram, post hanc cognitionem magni concilii fenerauerit uel<sup>7</sup> centesimam exegerit, aut ex quolibet negocia turpis lucri quesierit, aut per<sup>8</sup> diuersas species uini uel frugis uel<sup>9</sup> cuiuslibet rei emendo uel uendendo aliqua incrementa suscepit, de gradu suo alienus habeatur a clero.

*Can. Mar. c 62; H 432a; M 585-6; +C 14 q 4 c 4*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> De feneratoribus CRSWNB; om. LZTOGHA. lxi add. NZ; lxiii add. BTGHQA, om. CLSWPO

<sup>3</sup> ss O

<sup>4</sup> sanct. scrip. RXSWNBZJTOGHA; scrip. sanct. CL

<sup>5</sup> dicunt CSWNBH; dicit TZJOGQ; dic' A

<sup>6</sup> ss X<sup>2</sup>

<sup>7</sup> uel CLRXNB; et SZTOGHA

<sup>8</sup> per CNBZTOHQ; om. A

<sup>9</sup> uel CNBZTOHQ; om. A

## 63

*De clericis qui matutinis uel uespertinis horis ad ecclesiam non conueniunt*<sup>1</sup>

Si quis presbiter aut diaconus uel quilibet [127ra] clericus ecclesie deputatus, si intra ciuitatem fuerit, aut in<sup>2</sup> quolibet loco in quo ecclesia est, et ad cotidianum psallendi sacrificium matutinis<sup>3</sup> uel uespertinis horis ad ecclesiam non conuenit, deponatur a clero, si tamen castigatus ueniam ab episcopo per satisfactionem noluerit promereri.

*Can. Mar. c 63; H 432a; M 586; D 92 c 9*

<sup>1</sup> De - conueniunt CLRSWNB; De his qui ad diuinum opus non occurrunt (currunt M) DM; om. ZTOGHA. lxii add. LN; lxiii add. TOGHA, om. CRSWDB?P

<sup>2</sup> ss T

<sup>3</sup> matunis Z

## 64

*Clericum die dominico*<sup>1</sup> *ab ecclesia deesse non debere*<sup>2</sup>

Non liceat quemlibet clericum die dominico ab ecclesia absentem esse, sed missarum sollempnibus interesse ieiunium<sup>3</sup>.

*Can. Mar. c 64; H 432a; M 586*

<sup>1</sup> die -ico CRSWNB; die -ica D; in -ica die M

<sup>2</sup> Clericum - debere CLRSWNB; om. ZTOGHA. lxiii add. LN; lxiiii add. TOGHA, om. CRSWDBP

<sup>3</sup> ieiunium CXWNB; ieiunum LX<sup>2</sup>DMH; ieiunii R; ieiuno SZJ<sup>2</sup>T; ieiunium P; ieiunio JGQA

## 65

*Ne clerici uel laici religiosi ante horam diei terciam conuiuentur*<sup>1</sup>

Non oportet clericos uel laicos religiosos<sup>2</sup> ante sacram horam diei<sup>3</sup> terciam inire conuiuia neque aliquando clericos nisi hymno<sup>4</sup> dicto edere panem et post cibos gratias auctori Deo referre.

*Can. Mar. c 65; H 432a; M 586; ID 6.256 var. as BD 2.165; +D 44 c 12b (cf c 61 above)*

<sup>1</sup> Ne - conuiuentur (-antur DM) CLRXSWNDMBP; om. ZTOGHA. lxiiii add. LN; lxv add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP

<sup>2</sup> laic. rel. CNBZTOG; rel. laic. HQA

<sup>3</sup> horam diei CDBZTOHA; diei horam N

<sup>4</sup> corr. fr. -os O



## 66

*Ne clerici comam nutriant<sup>1</sup>*

Non oportet clericos<sup>2</sup> comam nutrire et sic ministrare, sed attonso<sup>3</sup> capite patentibus<sup>4</sup> auribus et secundum Aaron talarem<sup>5</sup> uestem induere ut sint in habitu ornato<sup>6</sup>.

*Can. Mar. c 66; H 432a; M 586; ID 6.378; +D 23 c 32b (for 32a see c 41 above)*

<sup>1</sup> Ne - nutriant CLRSWNDMBP; om. ZTOGHA. lxv add. LN; lxvi add. BZTOGHA, om. CRSWDMP

<sup>2</sup> -cos CWNB; -cis ZTOGHA

<sup>3</sup> ato- H(before corr.)Q

<sup>4</sup> corr. fr. par- Z

<sup>5</sup> tal- LRXWNBZTOGHA; tel- C

<sup>6</sup> -ato CRNPZTOGHA; -ati B

## 67

*Vt nulle scripture nisi canonice in ecclesia legantur<sup>1</sup>*

Non oportet psalmos compositos et uulgares in ecclesia dicere neque libros qui sint<sup>2</sup> extra canonem legere<sup>3</sup>, nisi solos canonicos<sup>4</sup> noui et ueteris<sup>5</sup> testamenti.

*Can. Mar. c 67; H 432a; M 586*

<sup>1</sup> Vt - legantur CLRSWNMBP; om. ZTOGHA. lxvi add. LN; lxvii add. ZTOGHA, om. CRSWDMP

<sup>2</sup> sint CXNMD; sunt LRSWBPZTOGHA

<sup>3</sup> legere CDBZTOGHA; om. N

<sup>4</sup> -no- ss O

<sup>5</sup> -eris CNDBGHQA; -eri ZJTO

## 68

*Sacramenta nusquam distribuenda nisi<sup>1</sup> in ecclesia aut in basylica ubi sunt martyrum reliquie<sup>2</sup>*

Non oportet clericos ignaros et presumptores super monumenta in campum ministeria<sup>3</sup> portare aut distribuere sacramenta<sup>4</sup>, sed aut in ecclesia aut in basylica ubi martyrum reliquie sunt deposite<sup>5</sup> ubi pro defunctis oblationes offerri solent.

*Can. Mar. c 68; H 432a; M 586; De cons. D 1 c 29a*

<sup>1</sup> nisi RXSNMB?P; om. W; ? C

<sup>2</sup> Sacramenta - reliquie CLRSWNDMBP; om. ZTOGHA. lxvii add. LN; lxviii add. ZTOGHA, om. CRSWDMP

<sup>3</sup> corr. fr. mine- B

<sup>4</sup> dist. sac. CDBZTOGHA; sac. dis. N

<sup>5</sup> dep- CLRXNBZJTOG; disp- SHQ; desp- A

## 69

*Ne Christiani ad mortuorum sepulchra prandia deferant<sup>1</sup>*

Non liceat Christianis prandia [127rb] ad defunctorum sepulchra deferre et sacrificare mortuis.

*Can. Mar. c 69; H 432a; M 586; De cons. D 1 c 29b*

<sup>1</sup> Ne - prandia (om. RNB, before ad mort. P) deferant CLRXSWNDMBP; om. ZTOGHA. lxviii add. LN; lxviii add. ZTOGHA, om. CRSWDMP

## 70

*Ne clerici uel laici ab hereticis eulogias accipiant<sup>1</sup>*

Non liceat clericis uel laicis ab hereticis eulogias accipere quia maledictiones<sup>2</sup> sunt magis quam benedictiones. Neque liceat aut cum hereticis aut<sup>3</sup> scismaticis orare.

<sup>1</sup> Ne cl. uel (aut D) - accipiant CLRSWNMBP; om. ZTOGHA. lxviii add. LN; lxx add. ZTOGHA, om. CRSWDMP

<sup>2</sup> eulogias accipere quia maledicti in small cramped script C

*Can. Mar. c 70; H 432a; M 586; +C 1 q 1 c 67*

<sup>3</sup> aut CNBZTOGHQ; et A

## 71

### *De his qui sortilegos in domum suam introducunt<sup>1</sup>*

Si quis paganorum consuetudinem sequens diuinos et sortilegos in domum suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant, aut<sup>2</sup> maleficia inueniant uel lustrationes paganorum<sup>3</sup> faciant, quinque annis penitentiam agant<sup>4</sup>.

*Can. Mar. c 71; H 432a; M 586; ID 11.34 from BD 10.6; +C 26 q 5 c 3c*

<sup>1</sup> De - introducunt (-at M) CLRSNDMBP; De - intr. in domum suam W; om. ZTOGHA. lxx add. LN; lxxi add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP

<sup>2</sup> aut RSWNDMBPZTOGHA; ut CLX

<sup>3</sup> paganorum CWNDPZTOGHA; om. B

<sup>4</sup> agant CXWPZJTOQ?A; agat LRSNDMBGH

## 72

### *Ne Christiani gentilium traditiones teneant<sup>1</sup>*

Non liceat Christianis tenere traditiones gentilium et<sup>2</sup> obseruare uel colere elementa, aut<sup>3</sup> lune aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, uel propter segetes uel<sup>4</sup> arbores plantandas uel coniugia socianda<sup>5</sup>. Scriptum est enim, Omnia que facitis aut in uerbo aut in opere omnia in nomine Domini nostri<sup>6</sup> Iesu Christi<sup>7</sup> facite, gratias agentes Deo.

*Can. Mar. c 72; H 432a; M 586; ID 11.40 from BD 10.13; +C 26 q 5 c 3a*

<sup>1</sup> Ne - teneant CLRSWDMBP; om. ZTOGHA. lxxi add. LN; lxxii add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP

<sup>2</sup> et LRSWDMBPZTOH; om. CA

<sup>3</sup> corr. fr. ut A

<sup>4</sup> uel CDBZTOHA; aut N

<sup>5</sup> socianda LRSWBZTOHA; facienda CNDG; facifacienda X; ? P. uel propter segetes - facienda in upper mg. D<sup>2</sup>

<sup>6</sup> nostri CNBZJTGHA; om. O

<sup>7</sup> Iesu Christi CNBTOGH; Christi Iesu Q; om. A

## 73

### *Ne Christiani diem kalendarum agant<sup>1</sup>*

Non liceat agere<sup>2</sup> diem kalendarum et ocliis uacare gentilibus neque lauro<sup>3</sup> aut<sup>4</sup> uiriditate arborum cingere domos. Omnis hec obseruatio paganissima<sup>5</sup> est.

*Can. Mar. c 73; H 432b; M 586-7; ID 11.42 from BD 10.15 var.; C 26 q 7 c 13 var.*

<sup>1</sup> Ne - agant CLRSWMBP; Ne gentilium ritus obseruetur DM; om. ZTOGHA. lxxii add. LN; lxxiii add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP

<sup>2</sup> agere CWNBZTOHA; om. D

<sup>3</sup> corr. fr. lauachro Z

<sup>4</sup> aut CDBZTOHA; om. N

<sup>5</sup> -ni- add. in mg. N

## 74

### *De collectionibus herbarum<sup>1</sup>*

Non liceat in collectionibus herbarum<sup>2</sup> que medicinales sunt aliquas obseruationes aut incantationes attendere, nisi tantum cum symbolo diuino aut oratione dominica, ut tantum Deus creator omnium et Dominus honoretur.

*Can. Mar. c 74; H 432b; M 587; ID 11.47 from BD 10.20; +C 26 q 5 c 3b*

<sup>1</sup> De - herbarum CLRSWDMBP; om. ZTOGHA. lxxiii add. LN; lxxiii add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP

<sup>2</sup> coll. herb. CRSWNB; herb. (h- ss H) coll. ZTOGHA

75<sup>1</sup>

*De feminis Christianis ne in laneficiis uanitatem obseruent<sup>2</sup>*

Non liceat mulieres Christianas<sup>3</sup> in suis laneficiis uanitatem obseruare sed Deum inuocent [127va] adiutorem qui eis sapientiam texendi donauit.

*Can. Mar. c 75; H 432b; M 587; ID 8.330, 11.46 from BD 10.19; +C 26 q 5 c 3d var.*

---

<sup>1</sup> *add. in mg. against c. 83 M*

<sup>2</sup> De - obseruent CLRSWNBP; *om. DZTOGHA. lxxiiii add. LN; lxxv add. ZTOGHA, om. CRSWDBP*

<sup>3</sup> *corr. fr. -anis A*

76

*De adulteris<sup>1</sup>*

Si cuius uxor adulterium fecerit, aut uir in alienam uxorem irruerit<sup>2</sup> septem annis penitentiam<sup>3</sup> agat.

*Can. Mar. c 76; H 432b; M 587; ID 8.284a*

---

<sup>1</sup> De adulteris CLRSWNDBP; *om. ZTOGHA. lxxv add. LN; lxxvi add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP*

<sup>2</sup> irruerit CLRSWNDBP; irruit ZTOHA

<sup>3</sup> -tia A

77

*De mulieribus qui fornicate fuerint et natos suos occiderint<sup>1</sup>*

Si qua mulier fornicauerit, et infantem qui exinde fuerit natus occiderit<sup>2</sup> et que studuerit abortum facere, et quod conceptum est necare aut certe ut non concipiat<sup>3</sup> elaborare, siue ex adulterio siue ex legitimo coniugio, has tales<sup>4</sup> mulieres in morte recipere communionem<sup>5</sup> priores canones decreuerunt. Nos tamen pro misericordia siue tales mulieres siue conscias<sup>6</sup> scelerum ipsarum decem annis agere penitentiam iudicamus.

*Can. Mar. c 77; H 432b; M 587; ID 8.331, 10.183*

---

<sup>1</sup> De - occiderint CLRSWNDBP; *om. ZTOGHA. lxxvi add. LN; lxxvii add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP*

<sup>2</sup> fuerit nat. occ. *ss over* aut certe ut non concipiat (*cancelled*) H

<sup>3</sup> con- *ss* O

<sup>4</sup> tales CNBZTOHQ; *om. A*

<sup>5</sup> *corr. fr. commionem A*

<sup>6</sup> *corr. fr. conscientias O*

78

*De his qui<sup>1</sup> homicidium uoluntate aut non uoluntate fecerint<sup>2</sup>*

Si quis uoluntarie<sup>3</sup> homicidium fecerit, ad ianuam ecclesie catholice semper subiaceat, et communionem in exitu uite sue recipiat. Si autem non uoluntate sed casu aliquo homicidium fecerit, prior canon septem annis<sup>4</sup> agere penitentiam<sup>5</sup> iussit, secundus<sup>6</sup> canon quinque mandauit.

*Can. Mar. c 78; H 432b; M 587; ID 10.39; +D 50 c 44*

---

<sup>1</sup> *ad add. D, om. CNBP*

<sup>2</sup> De - fecerint (*after homic. L*) CLRSWNDBP; *om. ZTOGHA. lxxvii add. LN; lxxviii add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP*

<sup>3</sup> -are S

<sup>4</sup> annis CRSNBPZTOHA; *om. W*

<sup>5</sup> ag. pen. CLRXWDBPZJTO; pen. ag. SNGHQA

<sup>6</sup> -dus CLXNBPH; -dum Z; ii SJTOGQA

## 79

*De incestis coniunctionibus*<sup>1</sup>

Si qua mulier duos fratres aut<sup>2</sup> si quis uir duas sorores habuerit<sup>3</sup> a communione abstineant usque ad mortem. In morte autem eis communio pro misericordia detur. Si uero superuixerint communione<sup>4</sup> accepta, et de infirmitate conualuerint<sup>5</sup>, agant plenam penitentiam tempore constituto.

*Can. Mar. c 79; H 432b; M 587*

<sup>1</sup> De - coniunctionibus CLRSWND(*partly obscured*)MBP; *om.* ZTOGHA. lxxviii *add.* LN; lxxviii *add.*

ZTOGHA, *om.* CRSWDMBP

<sup>2</sup> aut CLWNPZTOGHA; uel B

<sup>3</sup> Si qua mulier - habuerit *in small cramped script* C

<sup>4</sup> *corr. fr.* -nio B

<sup>5</sup> P p. 234 ends here with a third of the leaf left blank. Text resumes, probably without a break or change of hand, at head of p. 235

## 80

*De his qui multis copulantur nuptiis*<sup>1</sup>

Si quis multis nuptiis fuerit copulatus, penitentiam agat. Conuersatio autem et fides penitentis compendit tempus<sup>2</sup>.

*Can. Mar. c 80; H 432b; M 587; ID 8.332, 8.158 as BD 9.20; C 32 q 7 c 9*

<sup>1</sup> De - nuptiis CLRSWNBP; Ne quis multis nuptiis copuletur DM; *om.* ZTOGHA. lxxviii *add.* LN; lxxx *add.*

ZTOGHA, *om.* CRWDBP

<sup>2</sup> t- ss O

## 81

*De his qui cum animalibus commixtione peccant*<sup>1</sup>

Si quis cuiuslibet animalis commixtione peccauerit, quindecim annis in humilitate subiaceat<sup>2</sup> [127vb] ad ecclesie ianuam et post hos<sup>3</sup> aliis quinque annis<sup>4</sup> in orationis communione receptus penitentiam agat et sic gratiam sacramenti suscipiat. Interrogentur autem alii de eo qualem uitam in penitentia egerit, et sic communionis misericordiam consequatur. Si quis autem post uiginti<sup>5</sup> annos habens uxorem huic peccato irruerit uiginti quinque annis humilitati<sup>6</sup> subiaceat, et quinque annis orationibus<sup>7</sup> tantum communicans postea recipiat sacramentum. Quod si et hanc mensuram aliquis transgressus fuerit, sacramentum in exitu consequatur. Oportet enim tales inter<sup>8</sup> demoniosos orare.

*Can. Mar. c 81; H 432b; M 587-8; ID 9.107*

<sup>1</sup> De - peccant CLRSWDMBP; *om.* ZTOGHA. lxxx *add.* LN; lxxxi *add.* ZTOHA, *om.* CRWDMBP

<sup>2</sup> in hum. sub. *in mg.* with in orationes communione *erased in text* H

<sup>3</sup> hos CDBZTOGHA; *om.* N

<sup>4</sup> al. quinque annis CNBZTOGH; annis aliis quinque S; al. quinque QA

<sup>5</sup> *after corr.* O

<sup>6</sup> *corr. fr.* -tis O

<sup>7</sup> -ibus CNPZTOGHA; -is B

<sup>8</sup> *first ss before enim, then erased and added here* Z

## 82

*Nulli morienti uiaticum denegandum*<sup>1</sup>

Si quis de corpore exiens nouissimum et necessarium communionis uiaticum expetit, non ei denegetur. Quod si in desperatione positus post perceptam communionem

<sup>1</sup> Nulli - denegandum CLRSWDMBP; *om.* ZTOGHA. lxxxi *add.* LN; lxxxii *add.* Z(*corr. fr.* lxxii)TOGHA, *om.* CRSWDMBP

iterum sanus fuerit factus, tantum oratione particeps sit. Nam non accipiat sacramentum donec constitutum<sup>2</sup> penitentiae impleat tempus. Qui ergo in exitu mortis sunt et desiderant accipere sacramentum, cum consideratione et probatione episcopi accipere debent.

*Can. Mar. c 82; H 432-3; M 588; +C 26 q 6 c 6*

---

<sup>2</sup> constitutum O

### 83

*De his qui in ecclesia sacras scripturas audiunt et pro luxuria sua a<sup>1</sup> sacramenti<sup>2</sup> communione se auertunt<sup>3</sup>*

Si quis intrat in ecclesiam Dei et sacras scripturas audit et pro luxuria sua auertit se a communione sacramenti et in obseruandis mysteriis declinat constitutam regulam discipline, istum talem proiciendum de ecclesia catholica esse<sup>4</sup> decernimus donec penitentiam agat et ostendat<sup>5</sup> fructum penitentiae suae ut possit communione percepta indulgentiam promereri.

*Can. Mar. c 83; H 433a-b; M 588; De cons. D 2 c 18*

---

<sup>1</sup> a CLRWNP; om. B

<sup>2</sup> sacr. CLRWB; om. N

<sup>3</sup> De - auertunt CLRSWNP; Ne qui intrat ecclesiam a communione se abstineat DM; om. ZTOGHA. lxxxii add. LN; lxxxiii add. ZTOGHA, om. CRSWDMBP

<sup>4</sup> short erasure follows O

<sup>5</sup> corr. fr. -dit H

### 84

*De his qui excommunicatis<sup>1</sup> communicauerint<sup>2</sup>*

Non liceat communicare<sup>3</sup> excommunicatis<sup>4</sup> neque in [128ra] domos eorum introeuntes orare cum eis, neque liceat cum eis in alia ecclesia segregari<sup>5</sup>. Si autem episcopus aut presbiter aut dyaconus aut quilibet ecclesiasticus<sup>6</sup> excommunicato communicauerit<sup>7</sup>, quasi perturbans omnem disciplinam ecclesiasticam excommunicetur.

*Can. Mar. c 84; H 533b; M 588; ID 14.31; IP 5.96*

---

<sup>1</sup> corr. fr. -antis L

<sup>2</sup> De - communicauerint (-icant L, corr. fr. excomm- W) CLRSWNP; De excommunicatis DM; om. ZTOGHA. lxxxiii add. N; lxxxiiii add. ZTOGHA, om. CRSWDBP

<sup>3</sup> cum add. and canc. Z

<sup>4</sup> -antis N

<sup>5</sup> corr. fr. segregari O

<sup>6</sup> ecclesiasticus CRWB?PZTOGHA; ecclesiasticis N; ex ecclesiasticis D

<sup>7</sup> comm- CWDBZTOGHA; excomm- N

## A2. XLVIII ITEM DE CONCILIO BRACHARENSE<sup>1</sup>

- <sup>2</sup>i. Ne sacerdos sine orario missam celebret
- ii. De honestate honoratorum et disciplina
- iii. Ne rectores ecclesie plus propria quam ecclesiastica iura laborare intendant

---

<sup>1</sup> Item (ss X) - Brac. CLXS; Capitul' M; De - Brac. B, om. RWNDP ZJTOHQA

<sup>2</sup> capitulatio om. ZJTOHQA; in CLRXSWNDBP

## 1

*Item ex<sup>1</sup> concilio Bracharensi<sup>2</sup>. Ne sacerdos sine orario missam celebret<sup>3</sup>*

Quoniam antiqua ecclesiastica nouerimus institutione prefixum ut omnis sacerdos cum ordinatur orario utroque humero<sup>4</sup> ambiatur, scilicet ut qui imperturbatus precipitur consistere inter prospera et aduersa uirtutum semper ornamento<sup>5</sup> utrobique circumseptus<sup>6</sup> appareat humero. Qua ratione tempore sacrificii<sup>7</sup> non assumit quod se in sacramento accepisse non dubitat?<sup>8</sup> Proinde modis omnibus conuenit ut quod<sup>9</sup> quisque percepit<sup>10</sup> in consecratione honoris, hoc retineat et in oblatione uel perceptione sue salutis, scilicet ut cum sacerdos ad sollempnia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus aut sacramentum corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus non aliter accedat quam orario utroque humero circumseptus, sicut et tempore ordinationis sue dinoscitur consecratus, ita ut de uno eodemque orario ceruicem pariter et utrumque humerum<sup>11</sup> premens. signum in suo pectore preparet<sup>12</sup> crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debite subiacebit.  
*C. Braga III c 3; H 434-5; M 591-2; +D 23 c 9 var.*

<sup>1</sup> ex RXSWNDZJTOHQA; de CL

<sup>2</sup> Item - Brach. CRSNDTOHA(*mg.*); *om.* BP

<sup>3</sup> celebret CLRXWNDB; audeat celebrare SZTOGHQA. cp. i *add.* N; cpl. iii *add.* LRSWZJTOGHQA, *om.* CB?D?P

<sup>4</sup> h- ss T

<sup>5</sup> ornamento CRNPZTOHA; ordinamento B

<sup>6</sup> *corr. fr.* -spetus Z

<sup>7</sup> utrobique circumseptus appareat - sacrificii *in small cramped script* C

<sup>8</sup> dubitat CLRWDBZTOGQA; dubitetur N; dubitatur H

<sup>9</sup> ut quod CRSNB; et quod ZTO<sup>2</sup>GHQA; et quos O

<sup>10</sup> percepit CNBZTOQA; perceperit H

<sup>11</sup> h- ss T

<sup>12</sup> ducis *add. and canc.* O

## 2

*De honestate honoratorum<sup>1</sup> et disciplina vi<sup>2</sup>*

Cum beatus apostolus arguere obsecrare uel increpare in omni patientia precipiat, extra hanc doctrinam [128rb] nouimus quosdam ex fratribus tantis cedibus in honoratos efferuescere quanto poterant latrocinantium promereri persone. Et ideo qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, id est<sup>3</sup> presbiteri, abbates siue leuite qui exceptis<sup>4</sup> grauioribus et mortalibus culpis nullis<sup>5</sup> debent uerberibus subiaceri non est dignum ut passim unusquisque prelatus honorabilia membra sua prout uoluerit et ei placuerit uerberibus subiciat et dolori<sup>6</sup>, ne dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud quod quidam sapiens dicit, Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti. Asperitatis autem nimie increpatio, nec increpationem recipit nec salutem. Et ideo si quis aliter quam dictum est<sup>7</sup> predictos honorabiles subditos licentia percepte potestatis elatus malicia

<sup>1</sup> honoratorum LRXS WNDBPZTOGHA; honeratorum C

<sup>2</sup> vi LRTOGHA; cp. vi S; *om.* CWDMB?P; cp. ii N; v Z

<sup>3</sup> id est CLSWNPZTHQA; idem RXBO?

<sup>4</sup> -eptis CLRXNB; -epto SZTOGHA

<sup>5</sup> nullis CRNPZTOGHA; in illis B

<sup>6</sup> dolori CRNZTOGHA; dolor B

<sup>7</sup> est CNBTOHQ; *om.* A

tantum crediderit uerberandos, iuxta modum uerberum<sup>8</sup> quem intulerit excommunicationis pariter et exilii sententiam sustinebit.

*C. Braga III c 6; H 435b; M 592-3; +D 45 c 8*

<sup>8</sup> uerberum CRNP?ZTOGHQ; *om.* B; uerbum A

### 3

*Ne rectores ecclesie plus propria quam ecclesiastica iura laborare intendant cp.viii<sup>1</sup>*

Quicumque sub hoc neglectu res diuinas laborare distulerit, speciali<sup>2</sup> placito distringendus est qualiter si de rebus seu augmentis ecclesie questum laboribus suis proprie auxit et ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum laboris<sup>3</sup> exhibuit, aut minorationem uel perditionem induxit quicquid in rebus ecclesie minuit ille restituat, ex cuius rebus atque suffragiis suos conuictus fuerit ampliase labores. Quod si aliquid pro utilitatibus ecclesie aut substantie expendit, aut dispendii uel perditionis quipiam pertulit<sup>4</sup>, si hoc comprobari potuerit, totum illi a rebus ecclesie eiusdem reformabitur [128va] pro cuius utilitate id expendisse probatur.

*C. Braga III c 8b; H 435b; M 593-4; +C 12 q 4 c 2*

<sup>1</sup> viii CLRWZTOGHA; cap. iii N; *om.* SDMBP

<sup>2</sup> speciali CRXSNPZTOHA; spirituali W; spiritali B

<sup>3</sup> -oris CRNBZJH; -oribus TOGQA

<sup>4</sup> per- CRSNB; pro- ZTOGHA

## A2. XLIX <sup>1</sup>DE CONCILIO SPALENSI<sup>2</sup>

- i. De Theodulfi episcopi querimoniis
- ii. De desertoribus clericis ut episcopis suis restituantur
- iii. De presbiteris uel dyaconibus ab uno episcopo non deponendis
- iiii. De superbis ecclesie libertis ut ad seruicium reuocentur
- v. De echnomis ne ex<sup>3</sup> laicis constituentur
- vi. De monasteriis uirginum ut a monachis defensentur

<sup>1</sup> heading and *om.* ZJTOGHQA; in C(adding Item before De)LRX(adding Dec')SWNDMBP

<sup>2</sup> De - Spal. *om.* NP

<sup>3</sup> ex CLRWDMB; *om.* N

### 1

*Item de concilio Spalensi, cui interfuit Ysidorus<sup>1</sup>. De Theodulfi episcopi querimoniis<sup>2</sup>  
cp. i<sup>3</sup>*

Prima actione Theodulfi Malachitane<sup>4</sup> ecclesie antistitis<sup>5</sup> ad nos oblata precatio est, asserentis antiquam eiusdem urbis parroechiam militaris quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam, et ex parte aliqua ab ecclesiis Astigitane, Eliberitane atque Egabrensis<sup>6</sup> urbium esse retentam. Pro qua re placuit ut omnis parroechia que ab antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiam suam quisquis

<sup>1</sup> Item - Ysidorus CLRNDZTOGHA; Incipit de - Ysid. S; *om.* B; Item - Spalensi P

<sup>2</sup> De - quer. in mg. Z

<sup>3</sup> cp. i *om.* DM

<sup>4</sup> corr. fr. Malic- Z

<sup>5</sup> eccl. ant. CRSWNB; ant. eccl. ZTOGHA

<sup>6</sup> Aegab- H

comprobaret, eius priuilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem his quos barbarica<sup>7</sup> seueritas<sup>8</sup> captiua necessitate transuexit post liminium<sup>9</sup> reuertentibus redditur antiqua possessio, non aliter et ecclesia receptura parroechiam quam ante tenuit cum rebus suis siue ab aliis ecclesiis possideatur, siue in cuiuslibet possessione<sup>10</sup> transfusa sit. Non enim erit abicienda<sup>11</sup> prescriptio temporis ubi necessitas intererit hostilitatis.

*C. Seville II c 1; H 437a; M 595-6; C 16 q 3 c 13*

<sup>7</sup> uel Bracarica ss B

<sup>8</sup> seueritas CLSW; ueritas RXNBPTOGHA

<sup>9</sup> liminium CRSNBZJH<sup>2</sup>; liminum TOGHQ; limin' A

<sup>10</sup> -ione CLRSNB; -ionem ZJTO<sup>2</sup>GHQA; -io O

<sup>11</sup> abicienda LRXSWNBPH; obicienda C; amittenda ZJ<sup>2</sup>TOG; a...nda J; admittenda QA

## 2

### *De desertoribus<sup>1</sup> clericis ut episcopis suis restituantur cp. iii<sup>2</sup>*

Placuit ut si quis clericus ministris<sup>3</sup> ecclesie proprie destitutis ad<sup>4</sup> aliam<sup>5</sup> transitum fecerit, compellente<sup>6</sup> ad quem fugerit sacerdote ad ecclesiam quam prius incoluerat remittatur. Qui uero eum [128va] susceperit, nec statim sine ullo nisu exceptionis ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat communionem se priuatum agnoscat<sup>7</sup>. Desertorem<sup>8</sup> autem clericum cingulo honoris atque ordinis sui<sup>9</sup> exutum aliquo tempore monasterio religari<sup>10</sup> conuenit, sicque postea in<sup>11</sup> ministerio<sup>12</sup> ecclesiastici ordinis reuocari. Nam non<sup>13</sup> poterit in talibus propagationis<sup>14</sup> aboleri<sup>15</sup> licentia, nisi fuerit in eis propter correptionem<sup>16</sup> discipline<sup>17</sup> subsequuta<sup>18</sup>.

*C. Seville II c 3b; H 438a; M 597; C 21 q 2 c 2*

<sup>1</sup> seruilibus S

<sup>2</sup> iii C?LRZTOGHA; om. SWDMBP; cap. ii N

<sup>3</sup> ministris CLRSWNB; ministeriis ZJTOGQA; misteriis H

<sup>4</sup> corr. fr. a X

<sup>5</sup> aliam CLXNZTOHQA; alium RSWBP; om. G

<sup>6</sup> corr. fr. -ante C

<sup>7</sup> agnoscat CRWNPJTOGHQA; cognoscat BZ

<sup>8</sup> -ores A

<sup>9</sup> sui CRNBZTOGQA; om. H

<sup>10</sup> -ari CRNBZTOGQA; -ali H

<sup>11</sup> in CLRXBSZTOHA; om. SWNDM

<sup>12</sup> religari conuen. add. and canc. X; ordinis add. and canc. O

<sup>13</sup> ss O

<sup>14</sup> -ionis CRSNBZ<sup>2</sup>JTO<sup>2</sup>HQ; -ionibus Z; progationis G; -ionum OA

<sup>15</sup> obiliri RXNBZJTOGHQA; aboleri over erasure CL<sup>2</sup>; abiliri L; om. with erasure W; oboleri R<sup>2</sup>; lacuna S

<sup>16</sup> correptionem CRSWNBZJTOGQ; corruptionem HA

<sup>17</sup> dis- in mg. C

<sup>18</sup> censura add. C<sup>2</sup>L<sup>2</sup>R<sup>2</sup>, om. CLRXSNBPZJTOGHA

## 3

### *De presbiteris uel dyaconibus ab uno episcopo non deponendis<sup>1</sup> cp. vi<sup>2</sup>*

Sexta actione comperimus Fragitanum Cordubensis ecclesie presbiterum a pontifice suo iniuste olim deiectum et innocentem exilio condempnatum, quem rursus ordine suo restituentes<sup>3</sup> id denuo aduersus presumptionem<sup>4</sup> nostram decreuimus, ut iuxta

<sup>1</sup> De - dep. in mg. ZJ

<sup>2</sup> vi CLRSWZTOGHA; cap. iii N; om. DMBP

<sup>3</sup> -entes CRBZTOHA; -ens N; -endo corr. to -endum D; -endum M

<sup>4</sup> -ionem CRDBZTOHA; -ione N



priscorum patrum synodalem sententiam<sup>5</sup>, nullus nostrum sine concilii examine deiciendum quemlibet presbiterum uel<sup>6</sup> dyaconum audeat. Nam multi sunt qui indiscussos potestate tyrranica non auctoritate canonica dampnant, et sicut nonnullos gratia fauoris sublimant, ita quosdam odio inuidiaque permoti humiliant et leue opinionis aura condemnant, quorum crimen non approbant<sup>7</sup>. Episcopus enim sacerdotibus et<sup>8</sup> ministris solus honorem dare potest, solus auferre<sup>9</sup> non potest. Si enim hii<sup>10</sup> qui in seculo a dominis suis honorem libertatis adepti sunt in seruitutis nexu non reuoluuntur, nisi publice apud pretores tribunali foro fuerint accusati, quantomagis hii qui diuinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur, qui pro peccato nec<sup>11</sup> ab uno dampnari<sup>12</sup> nec uno iudicante poterint honoris sui<sup>13</sup> priuilegiis exui? Sed presentati<sup>14</sup> synodali iudicio quod canon de illis preceperit definiri<sup>15</sup>. [129ra]

*C. Seville II c 6; H 438a-b; M 598; C 15 q 7 c 1 var., +C 15 q 7 c 7 from Episcopus sacerdotibus only; D 67 c 2 (Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, solus auferre non potest only, of which solus – potest was a later addn)*

<sup>5</sup> -alem -tiam CRSNBH; -ali -tia TZJOGQA

<sup>6</sup> uel CRNBZTOGQA; aut H

<sup>7</sup> et leue opinionis - approb. *add.* Z<sup>2</sup> mg.

<sup>8</sup> et CLXW<sup>2</sup>ND; ac RSWBPZTOGHA

<sup>9</sup> solus auf. CLRNBP; auf. solus SZTOGHA

<sup>10</sup> hii CRNBZJTGHQA; *om.* O

<sup>11</sup> *corr. fr.* ne O

<sup>12</sup> *corr. fr.* -mari N

<sup>13</sup> *corr. fr.* suis N

<sup>14</sup> -entati CRDBZTOHA; -enti N

<sup>71</sup> exosculata CLRSWDMNBVPJGH<sup>\*</sup>; osculata ZTQ; oculata OA

<sup>72</sup> cred. se CLRWNBPZJTOGHQ<sup>2</sup>A; credunt se S; se cred. DM; cedant se Q

<sup>73</sup> fr. ideo CLRSWDMNBVPZJTGHA; ideo fr. Q

<sup>74</sup> nos CLRSWDMNBVPZ<sup>2</sup>JTGHQA; om. ZO

<sup>75</sup> premisisse CRXSWMNBVPZJTOGHQ; premissa LA

<sup>76</sup> -eremus CLRSWDMNBVPZJTOGQA; -ereremus H

<sup>77</sup> nihil esse ss after seculo V

<sup>78</sup> nichil - seculo] in hoc seculo nichil esse *marked for change* Q

<sup>79</sup> ss Z

<sup>80</sup> -and- ss V

<sup>81</sup> -li- *supersc.* B

<sup>82</sup> *corr. fr.* Chai- Q

<sup>83</sup> Parisiorum CLRXSDB<sup>2</sup>VPJO<sup>2</sup>GHQ<sup>\*</sup>; Pharisiorum W; Phasiriorum N; Parisorum B; Pariseorum Z; Pasiorum TO; Pasisiorum A

<sup>84</sup> Marthoueam LSWNBVZJTHQA; Marthoueam CRXDM; Marthouenam PO; Marchonenam G

<sup>85</sup> Par. ep. ] ep. Par. S

<sup>86</sup> *heading and capitulatio om.* ZTOHQA, in CLRXSWN[DM]BP

<sup>87</sup> etheorum N

<sup>88</sup> -eat CLSWBP; -et RXND

<sup>89</sup> *in mg.* X<sup>2</sup>

<sup>90</sup> -unt LRSWNB; -int CD; -uerunt X

- vii. De presbitero qui prauis exemplis mala de se suspicari permiserit  
viii<sup>91</sup>. De eodem  
viii. De presbitero a plebe sibi commissa<sup>92</sup> mala opinione infamato  
x. Quod se ualeat quis accusatorum purgare de obiectis, ob fugiendam suspicionem  
xi. Vt presbiter de quo mala fama exierit, et accusatores ac testes legales defuerint, cum denominatis uicinis presbiteris<sup>93</sup> sacramento famam suam<sup>94</sup> purget  
xii. Vt si quis ex ordinatis ab episcopo suo dampnatus fuerit, non debeat ab aliquo defensari  
<sup>95</sup>xiii. De presbitero a populo accusato  
xiii. De clericis conuictis et confessis ut si intra annum causam suam purgare contempserint, nulla uox eorum post audiatur  
xv. De presbiteris qui propter suam negligentiam degradantur  
xvi. De ordinatis si iniuste degradati fuerint  
xvii. De clericis qui in rixa interficiuntur  
xviii. Vt Christiani scolastici soloecismos quorundam pie tolerant sacerdotum  
xviii. Pro excessu correptionis non esse petendam ueniam a subditis  
xx<sup>96</sup>. Cur permittantur fungi officiis suis reuertentes ab heresi  
xxi. Cur penitentes non sint in clericatu  
xxii. Cur Donatiste correcti ministrare sunt permessi  
xxiii. De uitando preiudicio  
xxiii. De onere presbiterii  
xxv. De uitando inordinato accessu sanctimonialium  
<sup>97</sup>xxvi. De eodem  
xxvii. Vt qui de alio iudicat, de se iudicari<sup>98</sup> uelit [fo.153vb]  
<sup>99</sup>xxviii. Ne<sup>100</sup> clerici secularia negotia tractent  
xxviii. De eodem  
<sup>101</sup>xxx. Item de eodem  
xxxi. Ne quis sacerdotes et ministros Dei ad seculares molestias deuocet  
<sup>102</sup>xxxii. Qui clerici sint reparandi post lapsum  
xxxiii. Quare septem anni abstinentie penitentibus iniungantur  
xxxiii<sup>103</sup>. De diligenti inuestigatione<sup>104</sup> iudicii  
xxxv. De his qui post ordinationem uel ante commiserunt<sup>105</sup>  
xxxvi. De iniuriis clericorum  
xxxvii. Quod canonici in claustris uiuere debeant

<sup>91</sup> N omits no., hence one out from now on

<sup>92</sup> -issa CLXSWNBP; -isso R

<sup>93</sup> uic. presb. CWDB; presb. uic. N

<sup>94</sup> famam suam CRWNP; suam famam B

<sup>95</sup> DM omit whole title

<sup>96</sup> no. and initial om. N, now two out

<sup>97</sup> DM omit whole title

<sup>98</sup> -ari CRWNP; -are B

<sup>99</sup> xxvi. Item de eodem add. N, so now one out

<sup>100</sup> after corr. N; corr. fr. De X; om. L

<sup>101</sup> N omits whole title, so now two out again

<sup>102</sup> N reverses cc. xxxii-xxxiii, DM omit both. X omits both nos, so is two out from here

<sup>103</sup> xxxiii repeated P

<sup>104</sup> -ione LRXSNDP; -ioni CW

<sup>105</sup> commiserunt CLSNBP; miserunt RX; commiserint W; peccauerunt D

xxxviii.	Anathematizandos qui clericis iniurias inferunt
xxxviii.	Quid agendum sit de occulte infamantibus
xl.	Ne epylenticus missam celebret
<sup>106</sup> xli.	De ordinatis ab excommunicatis
xlii.	De filiis sacerdotum
xliii.	De stabilitate canonicorum regularium
xliiii.	De ordinatis a non <sup>107</sup> suis episcopis
xliv.	Quod uicia parentum non obsint filiis si eorum non sectentur uicia
xlvi.	De eodem
xlvii <sup>108</sup> .	Item de eodem
xlviii.	Vtilis solutio de baptismo et parentum sacrilegio in filiis
xlviii.	Quod infamis de propria possit agere causa
l.	Quomodo purgare se debeant accusati sacerdotes
li.	Apud quos iudices queque <sup>109</sup> cause clericorum sint terminande
lii.	De eo qui infirmitate pressus monachum se fieri promisit
<sup>110</sup> liii.	Manifestam <sup>111</sup> causam non egere testibus
liiii.	Quod non liceat rem in contentione <sup>112</sup> positam donari uel uendi

<sup>106</sup> DM omit whole title

<sup>107</sup> a non] ante D

<sup>108</sup> no. om. N, now three out

<sup>109</sup> queque CRWDB; quoque N

<sup>110</sup> whole title at foot of leaf W

<sup>111</sup> corr. fr. [ ]agnam L<sup>2</sup>

<sup>112</sup> contentione] conditione D

## 1

*Incipit epistola Ysidori episcopi Hispalensis ad Ludefridum<sup>1</sup> Cordubensem episcopum directa. De omnibus ecclesie gradibus<sup>2</sup> quid<sup>3</sup> ad quem pertineat<sup>4</sup>*

Perlectis sanctitatis tue litteris gauisus sum, quod optatam salutem tuam earum relatu<sup>5</sup> cognoui. De his autem in consequentibus<sup>6</sup> insinuare eloquii tui sermo studuit. Gratias ago Deo quod sollicitudinem officii pastoralis<sup>7</sup> impendis, qualiterque [fo.154ra] ecclesiastica officia ordinentur perquiris. Et licet<sup>8</sup> omnia prudentie tue<sup>9</sup> sint<sup>10</sup> cognita, tamen quia<sup>11</sup> affectu fraterno<sup>12</sup> me consulis<sup>13</sup>, ex parte qua ualeo expediam, et de omnibus ecclesie gradibus quid ad quem pertineat eloquar. Ad ostiarium namque pertinent clauces ecclesie, ut claudat et aperiat templum Dei, et omnia que sunt intus extraque custodiat, fideles recipiat, excommunicatos et infideles excipiat. Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super inerguminos et cathecuminos in<sup>14</sup> exorcizando imponere. Ad accoliturum pertinet preparatio luminariorum in sacrario. Ipse cereum portat, ipse suggesta pro

<sup>1</sup> -fridum CLSWDQ; -fredum RXNBPZTHQ<sup>2</sup>A

<sup>2</sup> in mg. B

<sup>3</sup> et add. N, om. CRWDB

<sup>4</sup> De - pertineat CRSWNBP; Incipit de clericis et eorum causis ZJ(mg.)TOHQ; xi pars add. H mg.

<sup>5</sup> -atu CLSWNDBPJTHQA; -atum RX; reatu Z

<sup>6</sup> earum – cons. in red S

<sup>7</sup> Gratias - pastoralis in red S

<sup>8</sup> officia ord. – licet in upper mg. L<sup>2</sup>

<sup>9</sup> tue CRSWNBP; uestre ZTOHQ

<sup>10</sup> sint CRWNPZTHQA; om. B

<sup>11</sup> in add. A, om. CRNBZTOHQ

<sup>12</sup> corr. fr. frater W

<sup>13</sup> -ulis CRWDBZTO; -ules N; -ul' HQA

<sup>14</sup> in CRNBZTOHQ; om. A

eucharistia<sup>15</sup> calicis preparat. Ad psalmistam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes, sacrificium, responsoria<sup>16</sup>, et quicquid pertinet ad cantandi peritiam. Ad lectorem pertinet<sup>17</sup> lectiones pronuntiare, et ea que prophete uaticinauerunt populis predicare. Ad subdiaconum pertinet calicem et patenam, ad altare Christi deferre, et leuitis tradere eis que ministrare. Vreolum<sup>18</sup> quoque et aquemanilem<sup>19</sup> et manutergium tenere<sup>20</sup>, episcopo et presbitero et leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam prebere. Ad dyaconum pertinet assistere sacerdotibus, et ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet in chrismate, in patena et calice. Oblationes quoque inferre, et disponere in altare. Componere etiam mensam Domini atque uestire, crucem ferre, et predicare euangelium et apostolum. Nam sicut lectoribus uetus testamentum, ita diaconibus nouum predicare preceptum est. Ad ipsum quoque pertinet officium precum, et recitatio nominum. Ipse premonet<sup>21</sup> aures ad [fo.154rb] Dominum, ipse hortatur orare, ipse clamat. et pacem ipse annuntiat. Ad presbiterum pertinet sacramentum corporis et sanguinis Domini in altario Dei conficere, orationes dicere, et benedicere dona Dei. Ad episcopum pertinet basylicarum consecratio, unctio altaris, et confectio chrismatis<sup>22</sup>. Ipse predicta officia et ordines ecclesiasticos distribuit, ipse sacras uirgines benedicit. Et dum precessit<sup>23</sup> unusquisque in singulis, iste<sup>24</sup> tamen est<sup>25</sup> preordinator in cunctis. Hii sunt ordines et ministeria clericorum, que tamen auctoritate pontificali in archidiaconi<sup>26</sup> cura et primicerii, ac<sup>27</sup> thesaurarii sollicitudine diuiduntur. Archidiaconus enim imperat subdiaconibus et leuitis, ad quem ista pertinent ministeria<sup>28</sup>. Ordinatio uestiendi altaris a leuitis, cura incensi, et sacrificii necessaria sollicitudo. Quis leuitarum apostolum et euangelium legat, quis<sup>29</sup> preces dicat seu responsorium in<sup>30</sup> dominicis<sup>31</sup> diebus aut sollempnitatum decantet. Sollicitudo quoque<sup>32</sup> parrochiarum, et ordinatio, et iurgia ad eius pertinent curam, pro reparandis dyocesianis basylicis ipse suggerit sacerdoti. Ipse inquit parrochias cum iussione episcopi, et ornamenta, uel res<sup>33</sup> basylicarum uel<sup>34</sup> parrochiarum gesta libertatum ecclesiasticarum<sup>35</sup> episcopo idem refert. Collectam pecuniam de communionem<sup>36</sup> ipse accipit, et episcopo defert, et clericis<sup>37</sup> partes proprias ipse<sup>38</sup> distribuit. Ab archidiacono<sup>39</sup> nuntiantur episcopo excessus diaconorum, ipse denuntiat

<sup>15</sup> -u- ss N

<sup>16</sup> -oria LRXSWNBPZTHQA; -aria C

<sup>17</sup> -et CRWDBZTHQA; -ent N

<sup>18</sup> Vreolum LRNDBPZTOA; Vitreolum X; Vreum S; Vre' lum H

<sup>19</sup> aque- CSWNZ<sup>2</sup>JTOH; aquam- L; aqua- R?XBPZQ?A

<sup>20</sup> tenere CRSNB<sup>2</sup>JTOHA; om. Z

<sup>21</sup> premonet CRNBZTOHQ; premouet A

<sup>22</sup> chrism - R; corr. fr. chrm- H

<sup>23</sup> precessit CRXWDBPZTHQA; preceedit ND<sup>2</sup>

<sup>24</sup> iste CRSWNBZTO; ipse HQA

<sup>25</sup> short lacuna follows in R

<sup>26</sup> corr. fr. archu- R

<sup>27</sup> ac CRSWNPZTQA; et BH

<sup>28</sup> corr. from misteria A

<sup>29</sup> quis CRNBZTHQ; qui OA

<sup>30</sup> in CRWNPZTHQA; om. B

<sup>31</sup> corr. fr. dominis O

<sup>32</sup> et add. B, om. CRWNPZTHQA

<sup>33</sup> res CRNBZTHQ(uel res in mg.); tres OA

<sup>34</sup> ss R

<sup>35</sup> gesta lib. eccl. CLR<sup>2</sup>S(? over erasure) WBPZTQA; om. RXND

<sup>36</sup> concione ci ss R; contione S

<sup>37</sup> clericis CRSWNBQ; cleris ZTOHA

<sup>38</sup> ipse CRSWNB; idem ZTOHQA

<sup>39</sup> corr. from archiad- A

sacerdoti<sup>40</sup> in sacrario ieiuniorum dies atque sollempnitatum, et ab ipso publice in ecclesia predicantur. Quando uero archidiaconus absens est, uicem eius diaconus sequens adimplet. Ad primicerium pertinent<sup>41</sup> acoliti, exorciste, [fo.154va] psalmiste, atque lectores. Signum quoque dandum pro officio clericorum, pro uite<sup>42</sup> honestate, et officium cantandi et peragendi sollicitate lectiones, benedictiones, psalmum, laudes, offertorium, et responsoria, quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque et modus psallendi in choro, pro sollempnitate et tempore, ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Si quid etiam necessarium est pro reparatione basylicarum que sunt in urbe, ipse denuntiat sacerdoti. Epistolas episcopi pro diebus ieiuniorum parrochianis per ostiarios ipse dirigat, clericos quos delinquere cognoscit ipse dstringat<sup>43</sup>, quos uero emendare non ualet, eorum excessus ad agnitionem episcopi deferat. Basylicarios iste<sup>44</sup> constituat, et matriculas ipse disponat. Quando autem primicerius absens est, ea que predicta sunt iste exquirat qui ei aut longe est proximus aut eruditione his expletis<sup>45</sup> certus. Ad thesaurarium<sup>46</sup> pertinet ostiarii basylicarum ordinatio, incensi preparatio, cura chrismatis<sup>47</sup> conficiendi, cura baptisterii ordinandi, preparatio luminariorum in sacrario et sacrificiis.

*ID 6.20, cf BD 3.50 ( lacks end ); IP 3.41; D 25 c 1*

<sup>40</sup> den. sac. (*corr. fr.* sacra O) CRWNBZTOQA; den. S; sac. den. H

<sup>41</sup> *corr. fr.* absens est N

<sup>42</sup> uite CRNBZTOHQ; uicte A

<sup>43</sup> dstringat CRNZTHQA; distingat WP; distinguat B

<sup>44</sup> iste CRWNPZTHQA; ipse B

<sup>45</sup> expletis CRSWNBP; explendis ZTOHQA

<sup>46</sup> -ra- ss C; -h- ss O

<sup>47</sup> -r- *supersc.* B

## 2

*Ex concilio Nannetensi<sup>1</sup>, cap. iiii<sup>2</sup>. Quod ordinandi quarta feria ante ordinationem ad ciuitatem sunt euocandi<sup>3</sup> et per tres continuos dies diligenter examinandi<sup>4</sup>*

Episcopus quando ordinationes facere disponit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere uolunt<sup>5</sup>, feria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad ciuitatem una cum presbiteris qui eos representare<sup>6</sup> debent. Et tunc episcopus<sup>7</sup> e latere suo eligere debet sacerdotes, et alios prudentes uiros, gnaros legis diuine et exer[fo.154vb]citos in ecclesiasticis sanctionibus, qui ordinandorum uitam, genus, patriam, etatem, institutionem, locum ubi educati sunt, si sint bene litterati, si in lege Domini instructi, diligenter inuestigent, ante omnia si fidem catholicam firmiter teneant, et uerbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem quibus committitur cauere debent<sup>8</sup>, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a uero deuiant, ut indignum et minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, et ille qui indigne accesserit ab altari remouebitur et illi qui donum Sancti Spiritus uendere conati sunt, coram Deo iam<sup>9</sup> condempnati ecclesiastica dignitate

<sup>1</sup> Nann- CLWBZTOA; Mann- RXSNDPHQ

<sup>2</sup> iiii CRXNBPZHQ; iiii L; ii WTOA

<sup>3</sup> e- ss N

<sup>4</sup> Quod - examinandi CRSWNBP; *om.* ZTOHQA

<sup>5</sup> uolunt CRNBZTHQ; uoluit A

<sup>6</sup> representare CRSWNBZTOH<sup>2</sup>A; presentare HQ

<sup>7</sup> ss T

<sup>8</sup> -ent LSWBPZTHQA; -e nt C; -eant RXND

<sup>9</sup> iam CRNBZTOHQ; *om.* A

carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur, et sic sabbato qui probati inuenti sunt, episcopo represententur<sup>10</sup>.

*ID 6.21 as BD 2.1; IP 3.21; D 24 c 5*

<sup>10</sup> represententur CBPJTH<sup>2</sup>A; representur NDH; representuntur N<sup>2</sup>; presententur Z

### 3

*Ex concilio Triburiensi<sup>1</sup>, cp. v. Nullum de seruili conditione nisi prius a domino suo libertatem habeat ordinandum<sup>2</sup>*

Vt nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius a dominis propriis legitimam libertatem consequantur. Cuius libertatis<sup>3</sup> karta ante ordinationem in ambone publice legatur, et si nullus contradixerit, rite consecrabuntur. Porro seruus non canonicè consecratus, postquam de gradu deciderit, eius conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

*ID 6.41 as BD 2.21; IP 3.48; D 54 c 2*

<sup>1</sup> *corr. fr.* Lauriensi in mg. L<sup>2</sup>

<sup>2</sup> Ex - cp. v. Nullum - ordinandum (-andi RX) CLRXSWNBP; Vt de seruili conditione nisi prius a dominis (-ini H) propriis (suis Q) libertatem habeant nulli ordinentur. Ex - capl. v ZTOHQA

<sup>3</sup> *corr. fr.* -ates R

### 4

*Ex concilio Kartaginensi. Ne clerici ab episcopis suis promoueri contempnentes<sup>1</sup> illic maneant unde recedere noluerunt<sup>2</sup>*

Si qui clerici ab episcopis suis promoueri contempserint, nec illic<sup>3</sup> maneant unde recedere noluerint<sup>4</sup>.

*ID 6.42a; D 74 c 3*

<sup>1</sup> -nentes CRWDBP; -serint N

<sup>2</sup> Ne - noluerunt (-int WND) CLRSWNDBP; *om.* ZTOHQA

<sup>3</sup> illic CRNBZTOH; illi QA

<sup>4</sup> uoluerunt L(*before corr.*)S; unde rec. nol. *over erasure* H

### 5

*Cp. xxxi. De eodem<sup>1</sup>*

Placuit ut quicumque clerici uel diaconi pro necessitatibus [fo.155ra] ecclesiasticarum rerum non obtemperauerint episcopis suis, uolentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere, nec illic ministrent in gradu suo unde recedere noluerunt.

*ID 6.42b as BD 2.178; D 74 c 4*

<sup>1</sup> De eodem CRXSNBP; cp. - eodem *om.* L; Idem de eodem W; *om.* ZTOHQA

### 6

*Ex concilio Nannetensi<sup>1</sup>, cp. x. De presbiteris parrochialibus cum conuenerint<sup>2</sup> ut se inebriare non audeant<sup>3</sup>*

Vt nullus presbiterorum quando ad anniuersarium diem tricesimum aut septimum, uel tertium alicuius defuncti, aut quacumque uocatione ad collectam presbiteri conuenerint, se inebriare nullatenus presumant, nec precati in amore sanctorum uel

<sup>1</sup> Nann- CLRNBPZTOA; Mann- SX; ? H

<sup>2</sup> conuenerint CRWNPZTHQA; cognouerint B

<sup>3</sup> Ex - cp. x. De - audeant CRSWNBP; De - audeant. Ex - cap. x ZTOHQA



ipsius anime bibere<sup>4</sup>, aut alios ad bibendum<sup>5</sup> cogere, uel se aliena precatone ingurgitare, nec plausus et risus inconditos, et fabulas inanes ibi referre aut cantare<sup>6</sup> presumant<sup>7</sup>, uel<sup>8</sup> turpia ioca, uel urso, uel tornatricibus ante se facere permittant<sup>9</sup>, nec laruas demonum ante se ferri<sup>10</sup> consentiant<sup>11</sup>, quia hoc diabolicum est, et a sacris canonibus prohibitum<sup>12</sup>.

*ID 6.252 as BD 2.161; +D 44 c 7 (Palea), De cons. D 5 c 35*

<sup>4</sup> bibere CRWNBPHBodl; libere ZTOQA

<sup>5</sup> ad bibendum CRWNZBHQ; adhibendum TOA

<sup>6</sup> inanes ibi – cantare *in mg.* L<sup>2</sup>

<sup>7</sup> -ant CRWNBQ; -at LZTOHABodl

<sup>8</sup> uel CRWNPZTHQA; aut B

<sup>9</sup> permittant CRSNB; presumant W; permittat ZTOHQA

<sup>10</sup> *corr. fr.* fieri Z

<sup>11</sup> -ant CRSWNBQ; -at ZTOHA

<sup>12</sup> est *add. A, om.* CRNBZTOHQ

## 7

*Ex concilio Agatensi, cp. iii. De presbitero qui malis exemplis mala de se suspicari<sup>1</sup> permiserit<sup>2</sup>*

Si quis presbiter uite sue negligens prauis exemplis mala de se suspicari permiserit, et populus ab episcopo iuramento seu banno Christianitatis constrictus infamiam eius patefecerit, et certi<sup>3</sup> accusatores criminis eius defuerint, admoneatur primo seorsum ab episcopo, deinde sub duobus uel tribus testibus. Si non emendauerit, in conuentu presbiterorum, episcopus eum publica<sup>4</sup> increpatione admoneat<sup>5</sup>. Si uero neque sic se<sup>6</sup> correxerit, ab officio suspendatur, usque ad<sup>7</sup> dignam satisfactionem, ne populus fidelium in eum scandalum patiatur. Si autem accusatores legitimi non<sup>8</sup> fuerint, [fo.155rb] qui eius crimina manifestis iudiciis<sup>9</sup> probare contenderint, et ipse negauerit, tunc ipse cum septem sociis suis eiusdem ordinis si ualet a crimine semet ipsum expurget. Dyaconus uero si eodem crimine accusatus fuerit, semet ipsum cum tribus excuset.

*ID 6.226 as BD 2.181; IP 5.1; C 2 q 5 c 12 from Si legitimi accusatores only*

<sup>1</sup> -ari CRSWDBPZTHA; -are NQ

<sup>2</sup> Ex - cp. iii; De - permiserit CRSWNBQ; De pr. qui prauis exemplis - permiserit. Ex - capl. iiii (cap. iiii *in mg.* O) ZTOHQA

<sup>3</sup> *corr. fr.* certe Z

<sup>4</sup> *corr. fr.* plub- N

<sup>5</sup> Si non emendau. – admoneat *in mg.* X<sup>2</sup>

<sup>6</sup> se CRWNPZTHQA; *om.* B

<sup>7</sup> ad CRNBZTOHQ; in A

<sup>8</sup> non CRWNPZTHQA; *om.* B

<sup>9</sup> iud- LRXWNP; ind- SDBZTOHQA; ? C

## 8

*Ex concilio Triburiensi, cp. xxi. De eodem<sup>1</sup>*

Si quis presbiter contra laicum uel laicus contra presbiterum aliquam habet querimonie controuersiam, episcopo precipiente sine personarum acceptione finiatur. Laicus per iuramentum si necesse sit se expurget, presbiter uero uice iuramenti per sanctam consecrationem interrogetur, quia sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Manus per quam corpus et sanguis Christi conficitur, iuramento polluat<sup>2</sup>? Absit. Cum Dominus in euangelio discipulis suis<sup>2</sup> quorum uicem nos indigni in sancta

<sup>1</sup> Ex - cp. xxi. De eodem CRSWNBQ; De eadem re. Ex - cap. xxi ZTOHQA

<sup>2</sup> disc. suis CRWNPZTHQA; suis disc. B

gerimus<sup>3</sup> ecclesia dicat, Nolite omnino iurare. Sit autem sermo uester est est, non non. Quod autem his habundantius est, ex malo est.

*ID 6.227 as BD 2.182; IP 5.10; C 2 q 5 c 4*

<sup>3</sup> in *add. B, om. CRWNPZTHQA*

## 9

*Ex concilio Hilerdensi, cp. x. De presbitero a plebe sibi commissa mala opinione infamato<sup>1</sup>*

Si quis presbiter a plebe sibi commissa mala opinione infamatus<sup>2</sup> fuerit, et episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur presbiter usque ad dignam<sup>3</sup> satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum<sup>4</sup> patiat<sup>5</sup>. Digna enim satisfactio est, si eis a quibus reus creditur post rectam securitatem de imposito crimine innocens esse manifestetur. Quod ita a nobis et a maioribus constitutum esse docetur. Sed siue secundum<sup>6</sup> canones. siue ad arbitrium episcopi<sup>7</sup> sibi<sup>8</sup> collegas septem coniungat, et iuret in sacro coram posito euangelio, quod eum sancta Trinitas et Christus filius Dei qui illum fecit et docuit [fo.155va] quod euangelium continet, et sancti quatuor euangeliste qui illud scripserunt, sic adiuuent, quod ille prenominatam actionem ita non perpetrarit<sup>9</sup>, sicut ei de illo oblatum est. Et in hac satisfactione purgatus, secure deinceps suum exerceat ministerium<sup>10</sup>. Quam satisfactionem nonnulli precedentium patrum sanctum<sup>11</sup> papam Leonem<sup>12</sup> in basilica<sup>13</sup> sancti Petri apostoli coram reuerentissimo Cesare Karolo, ac clero et plebe ita fecisse commemorant, atque ita mox<sup>14</sup> uenerandum principem<sup>15</sup> contra eiusdem sancti pape<sup>16</sup> aduersarios digne ultionis uindictam exercuisse.

*ID 6.229 as BD 2.184; IP 5.2; C 2 q 5 c 13 to deinceps suum exequatur ministerium only*

<sup>1</sup> De - infamato CRSWNBP; *om. ZTHQA*

<sup>2</sup> infamatus CRSNBZTQA; infamus H

<sup>3</sup> *in mg. R*

<sup>4</sup> -um *ss T*

<sup>5</sup> in eo scand. pat. *in mg. S*

<sup>6</sup> secundum CRWNPZTHQA; *om. B*

<sup>7</sup> *om. Bodl*

<sup>8</sup> sibi CRSWNDBZT<sup>2</sup>; siue THQA

<sup>9</sup> -rarit CRWNBZTA; -rauerit SH; -rauit Q

<sup>10</sup> *corr. fr. mist- X*

<sup>11</sup> sanctum CRSNBJTHA; secundum Z

<sup>12</sup> pap. Leon. R<sup>2</sup>SWBPZTHQA; Leon. pap. CL; Leonem RXND

<sup>13</sup> papam in bas. *over an erasure C*

<sup>14</sup> mox CRSNBZTQA; morum H

<sup>15</sup> *corr. fr. -um R*

<sup>16</sup> Leonis *add. C, om. LRXSWNPZTHQA*

## 10

*Sententia Syxti pape, ex epistola<sup>1</sup> orientalibus episcopis scripta. Quod se<sup>2</sup> ualeat<sup>3</sup> quis accusatorum purgare de obiectis<sup>4</sup> ob fugiendam suspicionem*

Mandastis ut scriberem uobis<sup>5</sup> qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, uel a quo, ut uestro adminiculo pelleretur, et causa mea firmaretur, scitote me criminari a quodam Basso, et iniuste persequi. Quod audiens Valentianus<sup>6</sup> augustus nostra

<sup>1</sup> ex epist. CLXNDBPZTQA; exempla R(*corr. fr. exo-*)W; *om. S*

<sup>2</sup> se CRSNBZTQA; si H

<sup>3</sup> *ss P*

<sup>4</sup> accus. - obiectis] ex (*ss*) obiectis accusatorum purgare N

<sup>5</sup> *ss Z*

<sup>6</sup> Valentianus CRWNP; Valentinus L; Valentinianus SZTHQA; *om. B*

auctoritate synodum congregari iussit, et facto concilio cum magna examinatione, satisfaciens omnibus<sup>7</sup> licet euadere aliter satis potuissem, suspicionem tamen fugiens coram omnibus me purgavi, me scilicet a suspicione et emulatione liberans, sed non aliis qui noluerint aut sponte hoc non elegerint faciendi formam dans.

*Not in ID; H 562.30-37; C 2 q 5 c 10*

<sup>7</sup> -bus *supersc.* H

## 11

*Vt presbiter de quo mala fama exierit<sup>1</sup>, et accusatores ac testes legales defuerint cum denominatis<sup>2</sup> presbiteris sacramento<sup>3</sup> famam suam purget<sup>4</sup>*

Higmarus Remorum archiepiscopus<sup>5</sup> ac plebis Dei famulus dilecto fratri et uenerabili coepiscopo Iohanni salutem.<sup>6</sup> Si mala fama ex similitudine per parroechiam de presbitero exierit, et accusatores ac testes legales<sup>7</sup> [fo.155vb] defuerint, ne contra apostolum infirmorum corda de mala fama<sup>8</sup> presbiteri percutiantur, et ne uituperetur ministerium nostrum, neque securiores<sup>9</sup> presbiteri existentes licentius in peccatum labantur, secundum decreta maiorum cum denominatis sibi uicinis presbiteris quos scimus se nolle periurare, sacramento famam suam purget.

*ID 6.420 (IDcrm only); C 2 q 5 c 16*

<sup>1</sup> -erit CRXWDB; -erat N

<sup>2</sup> -ans *corr. to* -atis *and* uicinis *ss* C; uicinis *add.* P

<sup>3</sup> sacr. *add. after* purget B

<sup>4</sup> Vt - purget (*corr. fr.* -at N) CRSWNDBP; *om.* ZTHQA

<sup>5</sup> archiepiscopus CRXSNDH; episcopus WBPZTQA

<sup>6</sup> Higmarus Rem. arch. - salutem *as rubric* THQA (*not* Z)

<sup>7</sup> *in mg.* L<sup>2</sup>

<sup>8</sup> *ss* T

<sup>9</sup> -i- *supersc.* H

## 12

*Quod si quis<sup>1</sup> ex ordinatis ab episcopo suo dampnatus fuerit,<sup>2</sup> non debeat ab aliquo defensari. Ex concilio Africano cp. xxix<sup>3</sup>*

Et<sup>4</sup> illud petendum ut statuere dignetur, ut si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcopi quocumque<sup>5</sup> crimine fuerit dampnatus, non liceat eum siue ab ecclesiis quibus prefuit, siue a quolibet homine<sup>6</sup> defensari interposita pena dampni pecunie atque honoris, quo nec etatem nec sexum excusandum esse precipiant<sup>7</sup>.

*ID 6.230 as BD 2.185*

<sup>1</sup> Quod si quis CRSWNBP; Si aliquis ZTHA(*corr. from* aliquid); Si quis Q

<sup>2</sup> ut *add.* ZTHQA, *om.* CRSWNBP

<sup>3</sup> xxix CRWDBPZQA; xxxi N; xxviii T; ? H; *om.* S

<sup>4</sup> Vt W

<sup>5</sup> quoc- CRSWN<sup>2</sup>DBZTQA; quoque N; quic- H

<sup>6</sup> quolibet homine CRWNBZTHBodl; homine quolibet Q; quolibet A

<sup>7</sup> prec- RXSWNDBPZTHQA; perc- CL

## 13<sup>1</sup>

*Ex epistola Gregorii pape. De presbitero a populo accusato<sup>2</sup>*

De presbitero uel<sup>3</sup> quolibet sacerdote a populo<sup>4</sup> accusato si certi non fuerint testes qui crimini illato ueritatem dicant, iusiurandum erit in medio, et illum testem proferat

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> Ex epistola Greg. pape (*om.* P). De - accusato CRXSWNP; De - accusato B; De - accusato. Ex - Gregorii ZTHQA

<sup>3</sup> uel CRNBZTHQ; *om.* A

de innocentie sue puritate, cui nuda et aperta<sup>5</sup> sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu.

*ID 6.231 as BD 2.186; IP 5.9; C 2 q 5 c 5 to sunt omnia but widely var.*

<sup>4</sup> sac. a populo CLRSNBZOHA; a populo(*after corr.*) X; sac. apostolo P?; sac. populo T

<sup>5</sup> et aperta] taperta N

#### 14

*Ex concilio Affricano, cp. xlvi. De clericis conuictis et confessis, ut<sup>1</sup> si intra annum causam suam purgare contempserint<sup>2</sup>, nulla uox eorum post audiatur<sup>3</sup>*

Rursum constitutum est ut aliquotiens clerici conuicti et confessi in aliquo crimine, uel propter eorum quorum uerecundie parcitur, uel propter ecclesie opprobium, aut insolentem insultationem hereticorum atque gentilium, si forte cause sue adesse uoluerint, et innocentiam suam asserere, intra unum annum<sup>4</sup> excommunicationis<sup>5</sup> hoc faciant. Si uero intra annum causam suam purgare contempserint [fo.156ra] nulla eorum uox<sup>6</sup> postea penitus<sup>7</sup> audiatur.<sup>8</sup>

*ID 6.232 as BD 2.187; C 11 q 3 c 36*

<sup>1</sup> ut CRSWNB; *om.* ZTHQA

<sup>2</sup> contempserint CRNBZTHQ; contenserint A

<sup>3</sup> Ex - cp. xlvi. De - audiatur CRSWNB; De - audiatur. Ex - capl. xlvi ZTHQA

<sup>4</sup> annum CRNBZTHQ; *om.* A

<sup>5</sup> -ionis CRSWNBZHQ<sup>2</sup>; -iones TQA

<sup>6</sup> eorum uox RXSWNBZTHQ; uox eorum CL

<sup>7</sup> postea penitus CRWDPZTHQ; post penitus (*ss*) N; penitus postea B

<sup>8</sup> purgare contempserint - audiatur *om.* A

#### 15

*Ex concilio<sup>1</sup> Magontiensi, cp. xl. De presbiteris qui propter suam negligentiam degradantur<sup>2</sup>*

Dictum est nobis presbiteros propter suam negligentiam canonicè degradatos, et seculari gradu admissos<sup>3</sup> uiuere, et penitentiae agende bonum negligere. Vnde statuimus ut gradu amisso<sup>4</sup> agende penitentiae gratia in monasterio aut canonico aut regulari mittantur. Si uero hoc fieri causa quelibet prohibuerit, ubicumque sint penitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter uiuere uoluerint, et penitentiam agere neglexerint, ab ecclesie communionem separentur.

*ID 6.236 as BD 2.191; +D 81 c 8*

<sup>1</sup> *om.* Q

<sup>2</sup> Ex - xl (cp. xl *om.* B). De - degradantur CRSWNB; De - degradantur. Ex - cap. xl. (lx H) ZTHQA

<sup>3</sup> admissis CRSXWNBZT; amissis HQA

<sup>4</sup> amissis LRXSWNBZTHQA; admissis CP

#### 16

*Ex eodem concilio cp. xxviii. De ordinatis si iniuste<sup>1</sup> degradati fuerint<sup>2</sup>*

Episcopus, presbiter, aut<sup>3</sup> diaconus si a gradu suo iniuste deiectus in secunda<sup>4</sup> synodo innocens repperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari de manu episcoporum. Si episcopus est, orarium, anulum, et baculum. Si

<sup>1</sup> accusa *add. and canc.* N

<sup>2</sup> Ex eodem conc. (conc. eodem S) cp. xxviii. De (presbiteris *add.* S) ordinatis - fuerint CRXSNB; Ex concilio Toletano iiii cap. xxviii. De - fuerint W; De - fuerint. Ex eodem, cap. xxviii ZTQA. De - fuerint, *with illeg. insc. preceding* H

<sup>3</sup> aut CRWNZTHQA; *om.* B

<sup>4</sup> secula N (*not* D)

presbiter, orarium et planetam<sup>5</sup>. Si diaconus, orarium et albam<sup>6</sup>. Si subdiaconus<sup>7</sup>, patenam et calicem. Sic et reliqui gradus in reparatione sui recipiant que cum ordinarentur perceperant.

*ID 6.237 as BD 2.192; IP 3.80; C 11 q 3 c 65*

<sup>5</sup> patenam Q

<sup>6</sup> Si diac. - et albam *in mg.* H

<sup>7</sup> sub- *supersc.* H

## 17

*Ex concilio Triburiensi, cp. l<sup>1</sup>, cui interfuit Arnulfus rex. De clericis qui in rixa interficiuntur<sup>2</sup>*

Quicumque clericus aut in bello, aut in rixa, aut gentium ludis mortuus fuerit<sup>3</sup>, neque oblatione, neque oratione pro eo postuletur, sed in manus incidat<sup>4</sup> iudicis. Sepultura tantum non priuetur.

*ID 6.308 as BD 2.233; +C 23 q 8 c 4*

<sup>1</sup> cp. l CRWNPZTHQA; *om.* B

<sup>2</sup> Ex - rex. De - interficiuntur CRSWNB; De - interficiuntur. Ex - rex ZTHQA

<sup>3</sup> ludis mortuus fuerit CRSWNBZTQ; mortuus fuerit ludis HA

<sup>4</sup> in manus inc. CRSNBZTQA; inc. in manus H

## 18

*Augustinus in<sup>1</sup> libro de catechizandis<sup>2</sup> rudibus. Vt Christiani scolastici<sup>3</sup> soloecismos quorundam pie tolerant sacerdotum*

Sedulo monendi sunt scolastici, ut humilitate induti [fo.156rb] Christiana discant non contempnere quos cognouerint<sup>4</sup> morum uicia quam uerborum amplius deuitare, et corde casto linguam exercitatum nec conferre audeant, quam etiam preferre consueuerant<sup>5</sup>. His enim maxime utile est nosse ita esse preponendas uerbis sententias, ut preponitur animus corpori. Ex quo fit ut ita malle<sup>6</sup> debeant ueriores quam disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores quam formosiores habere amicos. Nouerint etiam non esse uocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites et ministros ecclesie forte animaduernerint uel cum barbarismis et soloecismis Deum inuocare, uel eadem uerba que pronuntiant non intelligere, perturbateque<sup>7</sup> distinguere<sup>8</sup>, non quia ista minime corrigenda sunt, ut populus ad id<sup>9</sup> quod plane intelligit dicat Amen, sed tamen pie toleranda sunt ab eis qui didicerint, ut sono in foro, sic uoto in ecclesia benedici. Itaque forensis illa nonnunquam forte bona dictio<sup>10</sup>, nunquam tamen<sup>11</sup> benedictio dici potest.

*ID 6.383; +D 38 c 12*

<sup>1</sup> in CRSWNBQ; ex ZTHA

<sup>2</sup> catechiz- N

<sup>3</sup> scolastici CLSWDZTQ; *om.* RXNBP; scolasticis H; scolastice A

<sup>4</sup> -erint CLXSWND<sup>2</sup>BHQ; -er' RPTA; -erunt D

<sup>5</sup> *after corr.* H

<sup>6</sup> *corr. fr. male in text and mg.* X

<sup>7</sup> perturbateque CLSWBPZTA; perturbaque RXND

<sup>8</sup> pert. dist. *over erasure* C

<sup>9</sup> id CLSWBPZTHQA; *om.* RXND

<sup>10</sup> forte (*ss* WZ) bona dictio CLRXWBZ<sup>2</sup>T(*after corr.*)QA; forte benedictio S; *om.* ND; benedictio ZJ

<sup>11</sup> tamen CRNBZTHQ; tantum A

## 19

*Item Augustinus de uita clericorum. Pro excessu correptionis non esse petendam ueniam<sup>1</sup> a<sup>2</sup> subditis<sup>3</sup>*

Quando necessitas discipline moribus coercentis dicere uos dura uerba compellit, si etiam ipsi modum uos<sup>4</sup> excessisse<sup>5</sup> sentitis, non a uobis exigitur ut<sup>6</sup> a uobis subditis ueniam postuletis<sup>7</sup>, ne apud eos quos oportet esse subiectos dum nimium seruatur humilitas, regendi frangatur<sup>8</sup> auctoritas. Et tamen petenda est uenia ab omnium Domino qui nouit eos quos plus iusto forte corripitis, quanta beniuolentia diligatis.

ID 6.384; +D 86 c 4

<sup>1</sup> pet. uen. CRSWN<sup>2</sup>DBZTHQ; uen. pet. A; [pet. a subd. uen. N]

<sup>2</sup> a CRWNBZHQ; ab TA

<sup>3</sup> Pro - subd. in mg. Z

<sup>4</sup> uos CRXWNBZJTHA; nos S

<sup>5</sup> excess- LXS WDBPZTHQ<sup>2</sup>A; exciss- CRN; ecsess- Q

<sup>6</sup> corr. fr. ait N

<sup>7</sup> corr. fr. -atis H

<sup>8</sup> frangatur CLSWBPZTHQA; fungatur RXND

## 20

*Idem in epistola ad Bonifacium. Cur permittantur [fo.156va] fungi officiis suis reuertentes ab heresi<sup>1</sup>*

Si, inquit, oportet<sup>2</sup> ut nos extra ecclesiam et aduersus ecclesiam<sup>3</sup> fuisse<sup>4</sup> peniteat, ut salui<sup>5</sup> esse possimus, quomodo post istam penitentiam apud uos clerici uel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam reuera quod faciendum<sup>6</sup> est fieri non deberet, nisi pacis<sup>7</sup> ipsius compassione<sup>8</sup> sanaretur. Sed sibi hoc dicant, et multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte precisionis iacent, ut isto quodam uulnere matris catholice reuiuiscant. Cum enim precisus ramus inseritur, fit aliud<sup>9</sup> uulnus<sup>10</sup> in arbore<sup>11</sup>, quo<sup>12</sup> possit recipi ut uiuat, qui sine uita radicis<sup>13</sup> peribat. Sed cum receptus recipienti coaluerit<sup>14</sup>, et uigor consequitur et fructus. Si autem non coaluerit<sup>15</sup>, ille quidem arescit, sed uita arboris permanebit. Est enim et tale inserendi genus ut nullo preciso ramo qui intus est, ille qui foris est inseratur, non tamen nullo<sup>16</sup> sed uel leuissimo arboris uulnere. Ita ergo et isti cum ad radicem catholicam ueniunt, nec eis quamuis post erroris sui penitentiam honor clericatus aut<sup>17</sup> episcopatus aufertur, fit<sup>18</sup> quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem seueritatis. Verumtamen quia<sup>19</sup> neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, ad Dei

<sup>1</sup> Cur - heresi in mg. Z

<sup>2</sup> oportet CRNBTHQ; opotet A

<sup>3</sup> et ad. ecc. in mg. H

<sup>4</sup> corr. fr. esse in mg. Q

<sup>5</sup> corr. from saui A

<sup>6</sup> faciendum LRXSWNPZTHQA; fatendum C; fiendum B

<sup>7</sup> pacis CLSWBPZTHQ; paucis RXNDA

<sup>8</sup> compassione LRXSWNPZTHQA; compensatione C(over erasure)L<sup>2</sup>

<sup>9</sup> alius X, corr. to aliud in mg. X<sup>2</sup>

<sup>10</sup> uulnus CRNBZTHQ; uultus A

<sup>11</sup> corr. from abore C

<sup>12</sup> quo CRSWNBZT; quod HQA

<sup>13</sup> ss Z

<sup>14</sup> coaluerit CRNBZTHQ; quo aluerit A

<sup>15</sup> et uigor - coal. CRS<sup>2</sup>WDBZTH<sup>2</sup>QA; om. SNHQ

<sup>16</sup> preciso ramo add. and canc. Z

<sup>17</sup> aut CRWDBZTHQA; ad N

<sup>18</sup> fit CRWNPZTHQA; sit B

<sup>19</sup> ss Z

misericordiam precibus fuis coalescente insitorum pace ramorum caritas cooperit multitudinem peccatorum.

ID 6.385; C 23 q 4 c 24 ¶ 6

## 21

*Idem in eadem epistola.*<sup>1</sup> *Cur penitentes non sint in clericatu*

Vt<sup>2</sup> enim constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis penitentiam clericatum accipiat, uel ad clericatum redeat, uel in clericatu maneat, non desperatione indulgentie sed rigore factum est discipline. Alioquin contra [fo.156vb] clauas datas ecclesie disputabitur, de quibus dictum est, Que solueritis in terra soluta erunt<sup>3</sup> et in celo. Sed ne forsitan etiam de ceteris criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret penitentiam, seuerissime placuit, ut post actam de crimine dampnabili penitentiam nemo sit clericus, ut desperatione temporalis<sup>4</sup> altitudinis medicina maior et uerior esset humilitatis. Nam et sanctus Daudid de criminibus mortiferis egit penitentiam, et tamen in honore suo perstitit. Et beatum Petrum quando amarissimas lacrimas fudit utique Dominum<sup>5</sup> negasse penituit, et tamen apostolus mansit<sup>6</sup>. Sed non ideo putanda est superuacua<sup>7</sup> posteriorum diligentia, qui ubi saluti nichil detrahebatur humilitati aliquid addiderunt, quo salus<sup>8</sup> tutius muniretur, experti credo aliquorum fictas penitentias per affectatas<sup>9</sup> honorum potentias. Cogunt enim multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis ubi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum<sup>10</sup> sed populorum strages iacent detrahendum est aliquid seueritati, ut maioribus<sup>11</sup> malis sanandis caritas sincera subueniat.

ID 6.386; D 50 c 25

<sup>1</sup> Idem - epistola CRSWNB; om. ZTHQA

<sup>2</sup> Et A

<sup>3</sup> soluta CRWNPZTHQA (corr. fr. sal-) erunt; erunt soluta B

<sup>4</sup> ss T

<sup>5</sup> Dominum CRNZTHA; Deum WBPQ

<sup>6</sup> corr. fr. permansit Z

<sup>7</sup> put. est sup. CRSWNB; sup. put. est ZTHQA

<sup>8</sup> corr. fr. solus H

<sup>9</sup> -atas CRWNPZTHQA; -ofas B

<sup>10</sup> hom. est per. CRNPZTHQA; est hom. per. W; per. hom. est B

<sup>11</sup> corr. fr. moribus Z

## 22

*Item ibi. Cur Donatiste correcti ministrare sunt<sup>1</sup> permisi<sup>2</sup>*

Hoc erga<sup>3</sup> istos ab inicio seruauit Affricana catholica ex episcoporum sententia, qui<sup>4</sup> in ecclesia Romana inter Cecilianum<sup>5</sup> et partem Donati iudicauerunt, dampnatoque uno quodam Donato qui auctor scismatis fuisse manifestatus est, ceteros correctos etiam si extra ecclesiam ordinati essent in suis honoribus suscipiendos esse censuerunt. Nam<sup>6</sup> quo etiam<sup>7</sup> foris ab unitate corporis Christi [fo.157ra] possent habere<sup>8</sup> Spiritum Sanctum sed maxime<sup>9</sup> propter eos quos foris<sup>10</sup> positi possent

<sup>1</sup> sunt LRXSWNBZTHQA; sint C

<sup>2</sup> Cur - permisi in mg. Z

<sup>3</sup> corr. fr. ergo L<sup>2</sup>

<sup>4</sup> corr. fr. que Z

<sup>5</sup> corr. fr. Cic- B

<sup>6</sup> Nam RXSNBPZTHQA; Non CL<sup>2</sup>W; ? L

<sup>7</sup> quo etiam CRWNPZTHA; quotiam B; quo et' Q

<sup>8</sup> pos. hab. CRWNPZTHQA; hab. pos. B

<sup>9</sup> ss Z

decipere, et a susceptione<sup>11</sup> illius muneris impedire. Deinde ut<sup>12</sup> etiam ipsorum infirmitas lenius excepta intus sanabilis fieret, iam nulla pertinacia<sup>13</sup> claudente oculos cordis aduersus euentiam ueritatis.

ID 6.387

<sup>10</sup> ss N

<sup>11</sup> susceptione CRSNBZTQA; suspicione H

<sup>12</sup> ss Z

<sup>13</sup> corr. fr. perat- H

### 23

*Idem in epistola ad clerum et uniuersam plebem Yponensem<sup>1</sup>. De uitando preiudicio*

Nomen presbiteri propterea non ausus sum de numero collegarum eius uel suppressere uel delere<sup>2</sup>, ne diuine potestati sub cuius examine causa adhuc pendet facere uiderer iniuriam, si illius iudicium in eo uellem preiudicio preuenire. Quod nec<sup>3</sup> in negociis secularibus iudices faciunt, quando cause dubitatio<sup>4</sup> ad maiorem potestatem refertur, ut pendente relatione aliquid audeant commutare. Et in episcoporum concilio constitutum est nullum clericum qui nondum conuictus sit suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non presentauerit.

ID 6.388; C 2 q 1 c 12

<sup>1</sup> -ensem CRXNTHQA; -iensem LSWBP

<sup>2</sup> delere C<sup>2</sup> LSWNDBPZTHQA; debere CRX

<sup>3</sup> nec CRSWNBZTBodl; om. HQA

<sup>4</sup> corr. from dubtatio A

### 24

*Item Augustinus in<sup>1</sup> epistola ad Valerium. De onere presbiterii*

Domino beatissimo et uenerabili et in conspectu Domini sinceritate karissimo patri Valerio<sup>2</sup> Augustinus presbiter in Domino salutem. Ante omnia peto ut cogitet religiosa prudentia tua nichil esse in hac uita et maxime hoc tempore facilius et leuius et hominibus acceptabilius episcopi aut presbiteri aut diaconi officio, si perfunctorie<sup>3</sup> atque adulatorie res<sup>4</sup> agatur, sed nichil apud Deum miserius, et tristius, et dampnabilius<sup>5</sup>. Item nichil esse in hac uita et maxime hoc tempore difficilium, laboriosius, periculosius, episcopi aut presbiteri aut diaconi officio, sed<sup>6</sup> apud Deum nichil beatius<sup>7</sup>, si eo modo militetur quo noster imperator iubet. Quis autem sit modus, nec a pueritia nec ab adolescentia mea didici. Et eo tempore quo discere ceperam uis michi facta<sup>8</sup> est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud<sup>9</sup> existimem<sup>10</sup> nescio, ut secundus locus gubernaculorum michi traderetur, qui remum tenere non noueram?

ID 6.389; D 40 c 7

<sup>1</sup> in LRXSWNDBPZTHQA; ex C?

<sup>2</sup> after corr. R

<sup>3</sup> uel transitorie add. ss S

<sup>4</sup> res CRNBZTHQ; om. A

<sup>5</sup> danab- Z

<sup>6</sup> sed CLWNDBPZTHQA; si RXS

<sup>7</sup> beatius C<sup>2</sup> LSWNBPZTHQA; beatus C?RX

<sup>8</sup> facta CRNBZTHQ; facto A

<sup>9</sup> aliiud C; ss Z

<sup>10</sup> -em CRNBZHQ; -en TA(corr. from estimen)



## 25

*Idem in epistola ad Eusebium<sup>1</sup>. De uitando inordinato accessu sanctimonialium*  
Subdiaconus quondam Spaniensis<sup>2</sup> ecclesie uocabulo<sup>3</sup> Primus cum ab accessu<sup>4</sup>  
indisciplinato sanctimonialium prohiberetur, atque ordinata et sana precepta  
contempneret, a clericatu remotus est.

*ID 6.390; +C 24 q 1 c 39a*

<sup>1</sup> corr. from usebium A

<sup>2</sup> Spaniensis CLR<sup>2</sup>X<sup>2</sup>SWDBPZTHQA; Spanensis RX; Spaiensis N

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> acc- CLRSWDBZTHQA; cesso X; exc- N

26<sup>1</sup>

*Item in eadem epistola. De eodem*

Ego si Domino placet istum modum seruo, ut quisquis apud eos propter disciplinam  
degradatus ad catholicam transire uoluerit, in humiliatione penitentiae recipiatur, quo  
et ipsi eum forsitan<sup>2</sup> cogent, si apud eos manere uoluisset.

*ID 6.391; +C 24 q 1 c 39b*

<sup>1</sup> om. DM

<sup>2</sup> -an CRNBZHQA; -am T

## 27

*Augustinus in epistola ad Pascentium<sup>1</sup> comitem Arrianum<sup>2</sup>. Vt qui de alio iudicat, de  
se iudicari uelit<sup>3</sup>*

Iniquum est ut quisque<sup>4</sup> iudicare de alio uelit, et iudicari de se nolit.

*ID 6.392; C 32 q 6 c 3*

<sup>1</sup> Pasc- CLSWBPZTHQA; Posc- RXND

<sup>2</sup> Arr- CRWDBZTHQA; Adr- N

<sup>3</sup> Vt - uelit CRSWNBP; om. ZTHQA

<sup>4</sup> quisque LRXWNDBPZTHQ; quisquis CSA

## 28

*Ex<sup>1</sup> epistola Cypriani ad presbiteros et diacones et<sup>2</sup> plebem Furnensem<sup>3</sup>. Ne clerici  
secularia negocia tractent*

Cyprianus presbiteris et dyaconibus plebi Furnensi<sup>4</sup> consistentibus, salutem. Iam  
pridem concilio episcoporum statutum est, ne quis de clericis et Dei ministris tutorem  
et curatorem<sup>5</sup> testamento suo nominauerit<sup>6</sup>, quando singuli diuino sacerdotio honorati  
et in clericorum ministerio constituti non nisi altari et sacrificiis deseruire, et precibus  
atque orationibus uacare debeant. Scriptum est enim, Nemo militans Deo obligat se  
molestiis secularibus, ut possit placere ei cui se probauit. Quod episcopi antecessores  
nostri religiose conside[fo.157va]rantes et salubriter prouidentes censuerunt<sup>7</sup> ne quis  
excedens ad tutelam uel curam clerum nominaret<sup>8</sup>. Ac si quis hoc fecisset, non

<sup>1</sup> Ex CLRNBPTOHA; om. SX

<sup>2</sup> diacones et RXSNDB; diaconos et CLW; diacones PZTHQA

<sup>3</sup> plebem Furnensem CLRXSWPZTH; plebem Farnensem ND; plebem Furensem BQ; Frunensis plebis (*after reversal*) A

<sup>4</sup> Furnensi CRWNP<sup>2</sup>ZTHQA<sup>2</sup>; Furensi B<sup>2</sup>P; Furensis B; Frunensi A

<sup>5</sup> tutorem et curatorem CRNBZTHQ; tutorum et curatorum A

<sup>6</sup> -erit CRDBZTHQA; -erint N

<sup>7</sup> corr. from -int C

<sup>8</sup> -t ss Z

offeretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim ante<sup>9</sup> altare Dei merentur nominari in sacerdotum prece, qui ab altari<sup>10</sup> sacerdotes et ministros uolunt auocare.

*ID 6.393, cf Quad. 4.314, CB Varia II 76 (mod.); C 21 q 3 c 4*

<sup>9</sup> ante CRSWNB; apud ZTHQA

<sup>10</sup> altari CRXSWBZTHQA; altaris ND

## 29

*Ex eadem epistola. De eodem<sup>1</sup>*

Mollicii<sup>2</sup> et secularibus rebus laqueisque obligari non debent, qui diuinis rebus et spiritualibus occupati sunt, nec ad terrenos et seculares actus uacare.

*ID 6.394, cf Quad. 4.315; C 21 q 3 c 5*

<sup>1</sup> Ex eadem epistola (*om.* N). De eodem CRSWNB; Vnde supra ex eadem epistola ZTHQA

<sup>2</sup> Sollicii (*corr. fr.* -ibus) N; Sollicii Q

## 30

*Cuius supra. Item de eodem<sup>1</sup>*

Hii<sup>2</sup> qui in ecclesia Domini ad ordinationem clericam<sup>3</sup> promoentur, in nullo ab<sup>4</sup> administratione<sup>5</sup> diuina auocentur, ne molestiis et negociis secularibus<sup>6</sup> alligentur, nec<sup>7</sup> ab altariis<sup>8</sup> et sacrificiis recedant, sed die ac nocte celestibus rebus et spiritualibus seruiant.<sup>9</sup>

*ID 6.395 cf Quad. 4.316, CB Varia II 76; C 21 q 3 c 6*

<sup>1</sup> Item de eodem CRNBP; Ex eadem re ZTHQA

<sup>2</sup> Hii CRNBZTQA; Si H

<sup>3</sup> clericam CLRXWPNZTQA; clericalem SBH

<sup>4</sup> *ss* X

<sup>5</sup> Domini ad - admin. *in mg.* Q

<sup>6</sup> neg. sec. CLRWNBZT; sec. neg. SHQA

<sup>7</sup> nec CLSWDBPZTHQA; *om.* RX; ne N

<sup>8</sup> -i- *supersc.* H

<sup>9</sup> *Change of hand in X*

## 31

*Item cuius supra<sup>1</sup>. Ne quis sacerdotes et ministros Dei ad seculares molestias deuocet<sup>2</sup>*

Sacerdotum secretum religiose et necessarie factum seruetur a nobis, simul et ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes et ministros Dei altari eius et ecclesie uacantes ad seculares molestias deuocet. Obseruari enim de cetero poterit, ne quis ultra hoc faciat circa personam clericorum, si quod nunc factum est fuerit uindicatum.

*ID 6.396, cf Quad. 4.317; C 21 q 3 c 7*

<sup>1</sup> cuius supra *om.* S

<sup>2</sup> Ne - deuocet CRWNB; *om.* ZTHQA

## 32<sup>1</sup>

*Ysidorus ad Mansionem<sup>2</sup> episcopum. Qui clerici sint reparandi<sup>3</sup> post lapsum*  
Quod in epistolis<sup>4</sup> uenerabilis fraternitas tua innotuit, nulla est in huiusmodi sententiis decretorum diuersitas intelligenda, quod alibi legitur in lapsu corporali

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> Mansionem CRXSNBTA; Massionem C<sup>2</sup>LWPZHQ

<sup>3</sup> reparandi CRWBZTQA; temperandi N; ? H

<sup>4</sup> epistolis CRWNPZTHQA; episcopis B

restaurandum honoris gradum post penitentiam, alibi post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum. Hec<sup>5</sup> enim diuersitas hoc modo distinguitur. Illos enim ad pristinos officii gradus [fo.157vb] redire canon precipit, quos penitentiae precessit satisfactio, et digna peccatorum confessio. At contra hii qui nec a uicio corruptionis emendantur, atque<sup>6</sup> hoc ipsum carnale delictum<sup>7</sup> quod admittunt uindicare quadam supersticiosa temeritate nituntur, nec gradum utique honoris nec gratiam communionis accipiunt. Ergo ita est utraque dirimenda sententia ut<sup>8</sup> necesse sit illos restaurari in loco honoris, qui per penitentiam meruerunt reconciliationem diuine pietatis. Nec inmerito hii consequuntur ad epte dignitatis statum<sup>9</sup>, qui per penitentiam recepisse noscuntur uite remedium.

*ID 6.397; D 50 c 28 has much more*

<sup>5</sup> Hec CRSWBZTQ; Hoc N; H' A

<sup>6</sup> atque CRNBZTHQ; antique A

<sup>7</sup> delictum CRSWNB; dictum ZTHQA

<sup>8</sup> *supersc.* H

<sup>9</sup> tum *repeated and canc.* Z

### 33<sup>1</sup>

*Idem<sup>2</sup> in eadem. Quare septem anni abstinentie penitentibus iniungantur*

Hoc<sup>3</sup> ipsum quod canonum censura post septem annos remeare penitentem in statum pristinum precepit non<sup>4</sup> electione<sup>5</sup> proprii arbitrii sancti patres sed potius ex sententia diuini iudicii sanxerunt. Nam legitur quod Maria soror Aaron prophetissa dum detractionis aduersus Moysen incurrisset delictum, ilico stigmat<sup>6</sup> lepre perfusa est. Cumque peteret Moyses ut emundaretur, precepit eam Dominus extra castra septem diebus egredi et post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron caro intelligitur<sup>7</sup> sacerdotis, que dum superbie dedita sordidissimis cogitationum maculatur contagiis, extra castra septem<sup>8</sup> diebus hoc est extra collegium sancte ecclesie septem<sup>9</sup> annis proiciatur<sup>10</sup>, ubi post emundationem<sup>11</sup> uiciorum loci uel pristinae dignitatis recipiet meritum. ET POST PAVCA. In fine autem epistole hoc adiciendum<sup>12</sup> putauit, ut quotienscumque in gestis conciliorum discors sententia inuenitur illius magis teneatur sententia cuius antiquior aut potior extat auctoritas.

[fo.158ra]

*ID 6.398; C 33 q 2 c 11*

<sup>1</sup> *om.* DM

<sup>2</sup> Idem CRSBZ<sup>2</sup>THA; Item WZQ; *om.* N

<sup>3</sup> Hoc CRSWNB; Nec ZTHQA

<sup>4</sup> non CRSWNB; *om.* ZTHQA

<sup>5</sup> -ione CBRNZTHQ; -ionem A

<sup>6</sup> id est signo uulneris *add. ss S<sup>2</sup>*

<sup>1</sup> Ex conc. Guarmaciensi (Vermac- P, Warmac- WH) cp. v. De - perpetraverint CRWBPH; De - perp. S; Ex - v. De eodem (cf c 55) DM; De - perpetraverint. Ex conc. Warmatiensi cap. v ZTA; Item N

<sup>2</sup> -ingit CRNDBZTHA; -igit Q

<sup>3</sup> fact. est ss R

<sup>4</sup> incuria illius CRSWBPZTHA; incurialius NDM

<sup>5</sup> eum sent. C<sup>2</sup> LSW(-ten- ss)PZTHQA; eum RXNDM; sent. eum B

<sup>6</sup> hec eum sententia contingit *written over an erasure* C

<sup>7</sup> insperatus CRSNDBZJHQ; inseparatus TA

## 55

*Ex concilio Triburiensi, cp. xvii. De eodem*<sup>1</sup>

Si duo fratres in silua<sup>2</sup> arbores<sup>3</sup> succiderint, et appropinquante casura unius arboris frater fratri dixerit, Caue, et ille fugiens in pressuram arboris inciderit, et mortuus fuerit, uiuens frater innocens de sanguine germani diiudicetur.

*ID 10.151 as BD 6.22; +D 50 c 51*

<sup>1</sup> Ex - cp. xvii. De eodem CRWBP; De eodem S; Ex - xvii. De illis - perpetraverint (cf c 54) D; De eadem re. Ex - cap. xvii ZTHA; Item. Ex concilio Triburiensi N

<sup>2</sup> fratres in silua RXSWNDBPZTHA; in silua fratres CL

<sup>3</sup> -ores CLXWNBZTHA; -ore R; -orem S

## 56

*Ex concilio apud Vermeriam, cp. xcvi. De hoc si plures unum impugnaverint*<sup>1</sup>

Si quatuor aut quinque homines seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, et ab his uulneratus mortuus fuerit, quicumque eorum plagam ei imposuit<sup>2</sup>, secundum statuta canonum ut homicida iudicetur, reliqui autem qui eum impugnabant uolentes eum<sup>3</sup> interficere, similiter peniteant. Qui nec eum impugnabant nec uulnerabant, nec consilio nec auxilio cooperatores fuerunt<sup>4</sup>, sed tantum affuerunt, extra noxam sint<sup>5</sup>.

*ID 10.170 as BD 6.42; C 23 q 8 c 34*

<sup>1</sup> Ex - Vermeriam ( -ias P) cp. xcvi. De - imp. CRWDBP; De - imp. S; De - imp. (-erunt H). Ex - Vermerias capl. xcvi (c. xcvi om. Z) ZJ<sup>2</sup>THA; Ex concilio apud Vermeriam N; Ex eodem conc. cap. xcvi J

<sup>2</sup> -osuit CRNDPZTHA; -osuerit B

<sup>3</sup> eum CRNDPZTHA; om. B

<sup>4</sup> -unt CRDBZTHA; -int N

<sup>5</sup> sint CRNDBZJHQ; sunt TA

## 57

*Gregorius secundus. De occisoribus patris et<sup>1</sup> matris, fratris et sororis*<sup>2</sup>

<sup>1</sup> et CLRXSBP; uel WNDM

<sup>2</sup> De - sororis CRSWDBP; De - uel matris N; om. ZTHA



De his uero dicimus qui patrem,<sup>3</sup> matrem<sup>4</sup>, fratrem<sup>4</sup> aut sororem occiderint, ut toto uite sue tempore corpus non suscipiant dominicum, nisi sui<sup>5</sup> temporis exitu pro uiatico. Abstineant enim se et a carnis comestione, et potu [fo.187va] uini donec aduixerint, ieiunent secundam et quartam et sextam feriam, ut sic possint deflendo diluere commissum scelus.

*ID 10.179 as CB Bon. 15, above 1.57.4*

---

<sup>3</sup> patrem matrem CRXSWDMB<sup>2</sup>PZTHA; matrem patrem NB

<sup>4</sup> *ss* W

<sup>5</sup> tempore corpus – nisi sui *at head of leaf* W

## 58

*Hylerdense concilium<sup>1</sup>, cp. ii<sup>2</sup>. De his qui fetus ex adulterio conceptos uel editos necare studuerint<sup>3</sup>*

Qui male conceptos ex adulterio fetus uel editos necare studuerint, uel in matrum<sup>4</sup> uentribus potionibus aliquibus colliserint<sup>5</sup>, in utroque sexu adulteris post septem annorum curricula communicatio tribuatur, ita tamen ut omni tempore uite sue humilitati et fletibus insistant. Si uero clerici fuerint, officium eis ministrandi recuperare non liceat<sup>6</sup>.

*ID 10.182 (om IDpb) as above 2.34.2a*

---

<sup>1</sup> Hyl. (-ensi W) conc. CRWDMPZTA; De concilio Hilerdensi B; Ex concilio Hilerdensi HQ

<sup>2</sup> Hyl. - ii] *om.* S; Item. Aliud N

<sup>3</sup> De - studuerint CRSWDMBP; *om.* NZTHA

<sup>4</sup> mantrum H

<sup>5</sup> *corr. fr.* colle- B

<sup>6</sup> D has last three words in capitals, and ends; M ends at head of fo. 121vb, leaving most of last col. blank. New matter in a (?) new hand, follows on fo. 122. N adds cc 36, 35 from above, and then returns to A2.47.

## B XXI

### <sup>1</sup>DE INCANTATIONE<sup>2</sup> ET DEMONVM SVPERSTITIONE<sup>3</sup>

- i. De diuinis
- ii. Que sint superstitiose hominum institutiones
- iii. Quod omnis superstitio fugienda sit
- iiii. Quod ad periculum anime pertineant temporum obseruationes
- v. De kalendis Ianuariis<sup>4</sup>
- vi. Quod uiri et femine qui filios de sacro fonte suscipiunt pro illis apud Deum fideiussores existunt, et ideo eos admonere debent ne auguria obseruent, et in omnibus benefaciant
- vii. De his qui ad aliquid agendum obseruant lunam uel diem<sup>5</sup> uel stellas
- viii. De eodem
- viiii. Quod mathematici sint dampnandi
- x. Quod non debeamus sub exemplo Ione uel Mathie sortibus credere<sup>6</sup>
- xi. Qui sint sortilegi
- xii. De his qui de euangeliis sortes legunt
- xiii. De illis qui salutem non a Salvatore sed ab eius creatura requirunt
- xiiii. De magis et nicromantiis quid sint, et quid possint
- xv. Qui sint diuini, incantatores, arioli, aruspices, augures, auspices, phytonisse, astrologi, genethliaci, oroscopi, sortilegi, salisatores<sup>7</sup>
- xvi. De natura demonum
- xvii. De diuinatione demonum [fo.187vb]
- xviii. Quod immane uicium sit donare histrionibus
- xviiii. Quod qui emit oblationem idoli, si nescit immunis est
- xx. Quomodo festiuitates gentilium declinare debeamus, et quod Iudeorum confabulatio magna sit pollutio
- xxi. Quod Christianus si se sciente et prohibere ualente, aliquid de area sua ad sacrificia demoniorum tolli permiserit, peccat!

---

<sup>1</sup> heading and capitulatio om. ZJTHQA, in CLRXSGBP

<sup>2</sup> incautione P

<sup>3</sup> superstitione CRWP; superstitionibus (corr. fr. superstionibus) B

<sup>4</sup> v. - Ian. after c 1, marked for insertion here B

<sup>5</sup> uel diem CLRWP; uel solem (uel diem *supersc.*) B

<sup>6</sup> corr. fr. condere B

<sup>7</sup> sort. salis. in mg. R<sup>2</sup>

### 1

#### *De diuinis*<sup>1</sup>

Intelligi uoluit Dominus etiam illa que a diuinantibus non secundum Deum dicuntur si acciderint que dicuntur, non accipienda sicut fiant que precipiuntur ab eis, aut colantur que coluntur ab eis.

*ID 11.10; +C 26 q 2 c 5*

---

<sup>1</sup> et magis aut demonum diuinatione (incipit *add HQ*) ZJTHQA, om. CRSGBP

## 2

*Augustinus de doctrina Christiana, libro ii<sup>1</sup>. Que sint superstitiose hominum institutiones<sup>2</sup>*

Illud quod est secundum institutiones hominum partim superstitiosum est, partim non est superstitiosum. Superstitiosum est quicquid institutum<sup>3</sup> est ab hominibus<sup>4</sup> ad facienda idola et colenda pertinens, uel ad colendam sicut Deum creaturam, partem uel ullam creature, uel ad consultationes et pacta quedam significationum cum demonibus placita, atque<sup>5</sup> federata, qualia sunt molimina magicarum artium, que quidam commemorare potius quam docere solent poete. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiore uanitate aruspicum et augurum libri. Ad<sup>6</sup> hoc genus etiam pertinent omnes ligature atque remedia, que medicorum quoque disciplina condempnat<sup>7</sup> siue in precantationibus siue in quibusdam uotis<sup>8</sup> quos characteres uocant, siue in quibusque<sup>9</sup> rebus<sup>10</sup> suspendendis<sup>11</sup> atque ligandis, uel etiam saltandis, quodammodo non ad temperationem<sup>12</sup> corporum, sed ad quasdam significationes<sup>13</sup> aut<sup>14</sup> occultas aut manifestas que eminentiore nomine physicam uocant, ut quasi non<sup>15</sup> superstitione implicare sed natura prodesse uideantur, sicut sunt [fo.188ra] in aures in summo singularum<sup>16</sup> aurium aut de structionum<sup>17</sup> ossibus ansule in digitis, aut cum tibi dicitur singultienti ut dextera<sup>18</sup> manu pollicem<sup>19</sup> teneas. His adiunguntur milia inanissimarum obseruationum, si membrum aliquod salierit, si iunctim<sup>20</sup> ambulantis amicus lapis aut puer medius interuenerit. Hinc etiam sunt illa, limen calcare<sup>21</sup> cum ante domum suam transit, redire ad lectum si quis dum se calciat sternutauerit<sup>22</sup>, redire ad<sup>23</sup> domum<sup>24</sup> si procedens offenderit, uel si uestis a soricibus roditur. ITEM. Neque ab hoc genere superstitionis perniciose segregandi sunt qui genethliaci propter naturalium considerationes dierum, nunc autem mathematici uocantur<sup>25</sup>. Nam et ipsi quamuis ueram stellarum positionem cum<sup>26</sup> quisque nascitur consequuntur, et aliquando peruestigent, tamen quod inde conantur uel actiones nostras, uel actionum euenta producere, nimis errant<sup>27</sup>.

*ID 11.13a; +C 26 q 2 c 6a*

<sup>1</sup> Aug.- ii om. S

<sup>2</sup> !Que - hominum (om. P) institutiones CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> institutum CRBZTHQ; institutum A

<sup>4</sup> hominibus CRBZTHQ; hominum A?

<sup>5</sup> atque CRPZTHA; aut B

<sup>6</sup> Ad CRBZTHQ; Ab A

<sup>7</sup> -nat repeated and canc. R

<sup>8</sup> uotis C?LRXPZTQA; notis SH; rebus W

<sup>9</sup> corr. fr. quibusdam uotis quosque X

<sup>10</sup> rebus LRXSBZTHA; ? add. C<sup>2</sup> in mg.

<sup>11</sup> -den- ss R; suscipiendis A

<sup>12</sup> temperationem CRS<sup>2</sup>BZTQA; temperationum S; temptationem H

<sup>13</sup> quasd. sign. CRSBZTA; sign. quasd. HQ

<sup>14</sup> aut CRZTHQA; ad W; om. B; ? P

<sup>15</sup> non C<sup>2</sup>LXSWBPZJTQA; om. C; in R

<sup>16</sup> -arum CRXSBPH; -arium WZJTQA

<sup>17</sup> structionum CRXSWJTHQ; strutionum BZJ<sup>2</sup>A; ? P

<sup>18</sup> dextera CLRXWP; dextra SBZJTHQA

<sup>19</sup> corr. fr. polluc- R

<sup>20</sup> iunctim CSWZJTHA; iunctum RXBP

<sup>21</sup> calc- C<sup>2</sup>LXSWBPZJTHQA; carc- R; ? C

<sup>22</sup> obsc. corr. fr. sterritauerit S

<sup>23</sup> ad CRSWBP; om. ZJTHA

<sup>24</sup> ad dom. ss R

<sup>25</sup> uocantur CRBZTHQ; nominantur A

<sup>26</sup> erasure follows in Z

<sup>27</sup> corr. fr. erat

## 3

*Item. Quod omnis superstitio fugienda sit<sup>1</sup>*

Hoc genus fornicationis anime salubriter diuina auctoritas non tacuit, neque ab ea sic deterruit animam, ut propterea talia negaret esse sectanda, quia falsa dicuntur a professionibus eorum<sup>2</sup>, sed etiam si dixerint, Vobis, inquit, et ita euenerit, ne<sup>3</sup> credatis eis. Non<sup>4</sup> enim quia imago Samuhelis mortui Sauli uera pronuntiauit, propterea talia sacrilegia quibus illa imago presentata est minus execranda sunt, aut quia in actibus apostolorum femina<sup>5</sup> uentriloqua<sup>6</sup> uerum testimonium perhibuit apostolis Domini. Ideo Paulus apostolus<sup>7</sup> non pepercit spiritui illi ac non potius feminam illius demonii correctione<sup>8</sup> atque exclusione mundauit. Omnes igitur artifices huiusmodi uel nugatorie uel noxie superstitionis [fo.188rb] ex quadam pestifera societate hominum<sup>9</sup> et demonum quasi pacta infidelis et dolose amicitie constituta penitus sunt repudianda et fugienda Christiano.

*ID 11.13b; +C 26 q 2 c 6b*

<sup>1</sup> Quod - sit CRSWBP; De eodem ZJTHA

<sup>2</sup> ss W

<sup>3</sup> ne CRSWBZJT; non HQ; nec A

<sup>4</sup> Non CRSWBZJTA; Neque HQ

<sup>5</sup> femina CRWBZTHA; mulier S

<sup>6</sup> uentriloqua C?RXSWBPZTHA; uentriloca L

<sup>7</sup> Paulus ap. CRSWBP; ap. Paulus ZJTHQA

<sup>8</sup> an erasure follows in C

<sup>9</sup> P p. 344 has remainder of this as text of B 22.8, and then continues with B 21. 4- 21, numbered as cc 19, 5-16, but with many inconsistencies.

4<sup>1</sup>*Augustinus super epistolam ad Galathas<sup>2</sup>. Quod ad periculum anime pertineant temporum obseruationes<sup>3</sup>*

Intelligat lector<sup>4</sup> ad tantum periculum anime pertinere superstitiosas temporum obseruationes, ut dicat apostolus, Timeo uos, ne forte sine causa laborauerim in uobis<sup>5</sup>. Quod cum tanta celebritate<sup>6</sup> atque auctoritate per orbem terrarum in ecclesiis legatur, plena<sup>7</sup> sunt conuenticula uestra<sup>8</sup> hominibus qui tempora rerum agendarum a mathematicis<sup>9</sup> accipiunt. Iam uero ne aliquid inchoetur<sup>10</sup> aut edificiorum aut huiusmodi quorumlibet operum diebus quos Egyptiacos uocant, sepe etiam nos monere non dubitant.

*ID 11.15; +C 26 q 7 c 17b (cf below c 8)*

<sup>1</sup> as B 22 c 19 P

<sup>2</sup> super – Gal. om. S

<sup>3</sup> Quod - obseruationes CRSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> lector CLXSWBPZTHA; auctor R

<sup>5</sup> lab. in uobis RXSWBPZTHA; in uobis lab. CL

<sup>6</sup> celebr- CRSWBZJTA; celer- HQ

<sup>7</sup> corr. fr. pla X<sup>2</sup>

<sup>8</sup> uestra CXSWB; nostra LRPZTHQA

<sup>9</sup> corr. fr. nath- H

<sup>10</sup> corr. fr. -oitur H

## 5

*Sermo<sup>1</sup> Augustini, de kalendis Ianuariis, qui sic incipit, Dies Kalendarum*

<sup>1</sup> beati add. CRX, sancti add. TA, om. LWBPZJH, Sermo om. S; Sermo - Aug. om. Q

Sunt qui kalendis Ianuariis<sup>2</sup> ita auguria obseruant ut focum de domo sua uel aliud quodcumque beneficium cuicumque<sup>3</sup> petenti non tribuunt, diabolicas enim tecnas et ab aliis accipiunt et ipsi aliis tradunt.

ID 11.16

<sup>2</sup> -ariis CRWBZJHQ; -arii TA

<sup>3</sup> cuicumque C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>BPZTHA; quic- C?RX; cuiuscumque S

6

*Sermo beati<sup>1</sup> Augustini<sup>2</sup>, Dominica i post Pascha, qui sic incipit, Hodiernus dies. Quod uiri et femine qui filios de sacro fonte suscipiunt, pro illis apud Deum fideiussores existunt, et ideo eos admonere debent ne auguria obseruent, et in omnibus benefaciant<sup>3</sup>*

Vos<sup>4</sup> ante omnia tam uiros quam feminas qui filios in baptismo suscepistis moneo, ut<sup>5</sup> uos cognoscatis fideiussores apud Deum pro illis extitisse, quos uisi estis de sacro fonte suscipere. Ideo semper eos admonete, ut castitatem diligant, iusticiam custodiant, caritatem [fo.188va] teneant<sup>6</sup>, hoc omnibus faciant quod sibi fieri<sup>7</sup> uolunt, auguria non obseruent, ad arbores et ad fontes uota non reddant, precantatores et caragios<sup>8</sup>, et sacrilega phylacteria uelut dyaboli uenena refugiant<sup>9</sup>, nec furtum faciant<sup>10</sup>, nec<sup>11</sup> falsum testimonium dicant<sup>12</sup>. Ante omnia symbolum et orationem dominicam et uos ipsi tenete, et illis quos<sup>13</sup> excepistis ostendite.

ID 11.17; De cons. D 4 c 105

<sup>1</sup> beati CLRX; sancti SBA; om. WPZJTHQ

<sup>2</sup> episcopi add. CRX, om. LSWBPZJTHQA

<sup>3</sup> Quod - benefaciant CLRXSGBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> autem add. and canc. B

<sup>5</sup> ut CRBZHQA; om. T

<sup>6</sup> iusticiam custodiant – teneant in mg. L<sup>2</sup>

<sup>7</sup> fieri CRBZTHQ; om. A

<sup>8</sup> -agios CRPZTHQA; -igios B

<sup>9</sup> refugiant CRPZTHQA; fugiant B

<sup>10</sup> nec furtum CRPZTHQA; furtum non B

<sup>11</sup> nec CRBZTHQ; ne A

<sup>12</sup> in mg. J

<sup>13</sup> quos CRBZTHQ; quod A

7

*Augustinus ad Ianuarium, libro ii<sup>1</sup>. De his qui ad aliquid agendum obseruant lunam, uel diem, uel stellas<sup>2</sup>*

Eos<sup>3</sup> culpatur apostolus qui dicunt, Non proficiscar, quia posterus est, aut quia luna sic fertur, uel, Proficiscar ut prospera cedant, quia ita se habet positio dierum<sup>4</sup>, Non agam hoc in mense commercium, quia illa stella michi agit mensem<sup>5</sup>, uel Agam<sup>6</sup>, quia suscepit mensem. Non plantabo uineam in hoc anno, quia bissextus est. Non autem quisquam sapiens arbitratur obseruatores temporum reprehendendos, qui dicunt, Non proficiscar hodie, quia tempestas exorta est, aut, Non nauigem, quia hiberne sunt reliquie<sup>7</sup>, aut tempus seminandi, quia ymbribus autumnalibus terra saciata est, uel si

<sup>1</sup> i P. Aug. – ii] Item S

<sup>2</sup> De - stellas CRSGBP; om. ZTHQA

<sup>3</sup> Eos CRSWBZJTH; Hos Q; Nos A

<sup>4</sup> dierum CRSWB; siderum ZTHQA

<sup>5</sup> quia illa stella – mensem in mg. L<sup>2</sup>

<sup>6</sup> t add. and canc. R

<sup>7</sup> sunt rel CRPZTHQA; rel. sunt B

qui forte alii naturales<sup>8</sup> effectus circa motum aeris et humoris ad uariandas temporum qualitates in syderum ordinatissima conuersione notati sunt.

ID 11.18; IP 8.81

---

<sup>8</sup> mat- LRXSBPZJTHA; nat- CL<sup>2</sup>WQ

8

*Aug' in libro Enchyridion, cp. lxxv<sup>1</sup>. De eodem<sup>2</sup>*

Quis<sup>3</sup> estimaret quam magnum peccatum sit dies obseruare<sup>4</sup>, et menses et annos, et tempora, sicut obseruant qui certis diebus siue mensibus, siue annis uolunt uel nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum uanas doctrinas hominum fausta uel infausta existiment tempora nisi huius mali magnitudinem ex timore apostoli pensarem, qui talibus [fo.188vb] ait, Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis?

ID 11.19; IP 8.80; +C 26 q 7 c 17a (cf above c.4)

---

<sup>1</sup> cp. lxxv om. S

<sup>2</sup> De eodem CRWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> non add. S

<sup>4</sup> dies obs. CRSWBZJT; obs. dies HQ; dies et obs. A

9

*Aug' confessionum libro iiii<sup>1</sup>. Quod mathematici sint dampnandi<sup>2</sup>*

Illos<sup>3</sup> planetarios<sup>4</sup> quos mathematicos<sup>5</sup> uocant plane consulere non desistebam, quod quasi nullum eis sacrificium, et nulle preces ad aliquem<sup>6</sup> spiritum ob diuinationem dirigerentur, quod tamen Christiana et uera<sup>7</sup> pietas consequenter expellit et dampnat.

ID 11.20; IP 8.79; +C 26 q 2 c 8

---

<sup>1</sup> lib. iiii CRWPZTHA; om. B. Aug. – iiii] Item S

<sup>2</sup> Quod - dampnandi CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> Illos CRSBPZTHQA; Quos W

<sup>4</sup> planeta and lacuna A

<sup>5</sup> mathematicos CLXSWBPZJTHQA; maticos R

<sup>6</sup> aliquem CRBZTHQ; quem A

<sup>7</sup> et uera CRBZTHQ; uera et A

10

*Ieronimus<sup>1</sup> super Ionam. Quod non debeamus sub exemplo Ione uel Mathie sortibus credere<sup>2</sup>*

Non statim debemus sub exemplo Ione sortibus credere, uel illud de actibus apostolorum, huic testimonio copulare ubi sorte in apostolatum Mathias eligitur, cum priuilegia singulorum non possint legem facere communem.

ID 11.21; IP 8.73; C 26 q 2 c 2 to eligitur

---

<sup>1</sup> Ieronibus R

<sup>2</sup> Quod - credere CRSWBP; om. ZTHQA

11

*Ysidorus ethimologiarum, libro viii, cp. viiii<sup>1</sup>. Qui sint sortilegi<sup>2</sup>*

Sortilegi sunt qui sub nomine ficte<sup>3</sup> religionis per quasdam quas sanctorum uocant sortes<sup>4</sup> diuinationis sententiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt.

---

<sup>1</sup> lib. viii (corr. to viiii Z) cp. viiii CRWPZJTHQA; om. SB

<sup>2</sup> Qui - sortilegi CRSWBP; om. ZTHQA

<sup>3</sup> ficte CRBZTHQ; om. A

ID 11.22; C 26 q 1 c 1

<sup>4</sup> uoc. sort. CRSBZTA; sort. uoc. HQ

## 12

*Augustinus ad inquisitiones Ianuarii, libro i<sup>1</sup>. De his qui de euangeliis sortes legunt<sup>2</sup>*

Hii<sup>3</sup> qui de paginis euangelicis sortes legunt, etsi<sup>4</sup> optandum est ut id potius faciant quam ad demonia consulenda<sup>5</sup> concurrant, tamen ista michi displicet consuetudo, ad negotia secularia, et ad uite huius uanitatem diuina oracula uelle conuertere.

ID 11.29; IP 8.74; C 26 q 2 c 3

<sup>1</sup> lib. i CRWPZTHA (Ian. lib. i in mg. A); om. B; ad inq. – i om. S<sup>2</sup> De - legunt CRSWBWP; om. ZTHA<sup>3</sup> Hii CLRXWBZJTQA; Si SH<sup>4</sup> after corr. Z<sup>5</sup> ss H

## 13

*<sup>1</sup>De illis<sup>2</sup> qui salutem non<sup>3</sup> a Salvatore sed ab eius creatura requirunt<sup>4</sup>. Augustinus dicit in libro de ciuitate Dei<sup>5</sup>*

Qui enim sine Salvatore salutem uult habere, et sine uera sapientia estimat se<sup>6</sup> prudentem fieri posse<sup>7</sup>, non saluus sed<sup>8</sup> eger, non prudens sed stultus in egritudine assidua [fo.189ra] laborabit, et in cecitate noxia stultus et demens<sup>9</sup> permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, et omnis curatio que a diuinis et magis uel ab ipsis demoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda est quam uita. Et qui ea sectantur si se non correxerint ad eternam perditionem tendunt, psalmista dicente, Omnes dii gentium<sup>10</sup> demonia.<sup>11</sup> Qui per deceptos homines alios decipere cotidie gestiunt, ut perditionis sue faciant eos esse participes. Itaque hec uanitas magicarum artium ex traditione angelorum malorum in toto terrarum orbe<sup>12</sup> plurimis seculis ualuit per quandam scientiam futurorum et infernorum, et per inuentiones eorum inuenta sunt<sup>13</sup> aruspicia, augurationes, et ipse<sup>14</sup> que dicuntur oracula et nicromantia.

ID 11.66 as BD 10.41; +C 26 q 2 c 7

<sup>1</sup> Idem add. S<sup>2</sup> illis CRWBZJTHA; his Q<sup>3</sup> non CRWBZTHQ; om. A<sup>4</sup> De - req. in mg. Q<sup>5</sup> Dei CRWBZJ<sup>2</sup>HQA; Domini JT. Aug. – Dei om. S<sup>6</sup> se CRBZJHQ; om. TA<sup>7</sup> fieri posse in mg. Q<sup>8</sup> sed CRWBHQ; et ZJTA<sup>9</sup> st. et dem. in mg. H<sup>10</sup> sunt add. R<sup>2</sup>PZJHA, om. CLRXSWBTQ<sup>11</sup> sunt add. W<sup>12</sup> orbe CRPZTHQA; om. B<sup>13</sup> sunt CRWBZJHQ; om. TA<sup>14</sup> ipse CRWB; ipsa SZJTHQA

## 14

*Ex dictis eiusdem. De magis et nicromantiis, quid sint et quid possint<sup>1</sup>*

Nec mirum de magorum prestigiis quorum in tantum prodire<sup>2</sup> maleficorum<sup>3</sup> artes, ut etiam Moysi in illis signis resisterent, uertentes uirgas in dracones, aquas in

<sup>1</sup> Ex - eiusdem. De (om. W) - possint CRSWBWP; De eadem re. Ex - eiusdem ZTHA<sup>2</sup> -iere CRWPZJTHA; -ierunt B<sup>3</sup> -icorum LRXSWBPZJTHA<sup>2</sup>; -icorum CA

sanguinem, cum fertur<sup>4</sup> etiam in gentiliū libris, quod quedam maga famosissima Circe socios Vlixis mutauerit in bestias, legitur et de sacrificio quod Archades deo suo Lico immolabant, ex quo<sup>5</sup> quicumque sumerent, in<sup>6</sup> bestiarum formas conuerterentur. Sed hec omnia magicis prestigiis potius fingebantur quam<sup>7</sup> rerum ueritate complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorantibus manifesti fiant, de eorum proprietate atque inuentoribus iuxta traditionem maiorum primum dicere congruum arbitramur. Magi sunt qui uulgo malefici ob<sup>8</sup> facinorum magnitudinem nuncupantur<sup>9</sup>. Hii permissu [fo.189rb] Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo ac sine ullo ueneni haustu uiolentia tamen<sup>10</sup> carminis interimunt<sup>11</sup>. Vnde et Lucanus<sup>12</sup>, Mens hausti nulla sanie polluta ueneni<sup>13</sup>, incantata perit. Demonibus enim accitis audent uentilare, ut quisquis suos perimat malis artibus inimicos. Hii etiam sanguine utuntur, et uictimis sepe contingunt corpora mortuorum. Nicromantii sunt quorum precantationibus uidentur resuscitati<sup>14</sup> mortui diuinare, et ad interrogata respondere. Nicro enim Grece mortuus. Mantia, diuinatio nuncupatur. Ad quos suscitandos cadaueri<sup>15</sup> sanguis adicitur. Nam amare demones sanguinem dicuntur. Ideoque quotiens nycromantia fit, cruor aque miscetur, et colore<sup>16</sup> sanguinis facilius prouocantur. Ydromantici<sup>17</sup> ab aqua dicti. Est enim ydromantia, in aque inspectione umbras demonum euocare, et imagines ludificationis eorum uidere, ibique ab eis aliqua audire. Vbi adhibito<sup>18</sup> sanguine<sup>19</sup> etiam inferos perhibentur sciscitare<sup>20</sup>.  
*ID 11.67 as BD 10.42; IP 8.65; +C 26 q 5 c 14a*

<sup>4</sup> cum fertur CRBZTHQ; confertur A

<sup>5</sup> after corr. Z

<sup>6</sup> in CRBZTHQ; om. A

<sup>7</sup> quam CRSWBQT<sup>2</sup>; quarum ZJHQ

<sup>8</sup> ob CRBZTHQ; hoc A

<sup>9</sup> nuncupantur CRBZTHQ; non culpantur A

<sup>10</sup> tamen LRWB; tantum C<sup>2</sup>SZJHQ; tanti TA

<sup>11</sup> uiol. - inter. C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SBPZHA; om. RX

<sup>12</sup> ac sine ullo – Lucanus ? over erasure C

<sup>13</sup> haustu add. and canc. R

<sup>14</sup> -ati CLXSWBPZJTHA; -ari R

<sup>15</sup> nuncupatur – cadaueri in mg. W

<sup>16</sup> corr. fr. cal- Z

<sup>17</sup> Ydromantici CRWBP; Ydromatici S; Idromanci ZJTHQA

<sup>18</sup> -ito CSWBPZJT; -itos HQA

<sup>19</sup> add. in mg. B?; obsc. corr. R; as here P

<sup>20</sup> sciscitare CLR<sup>2</sup>SWPZTHA; suscitare RX; suscitari B; sciscitari H<sup>2</sup>

## 15

*Ex dictis eiusdem. Qui sint diuini, incantatores, arioli, aruspices, augures, auspices, phytonisse, astrologi, genethliaci, oroscopi, sortilegi, salisatores<sup>1</sup>*

Igitur genus diuinationis a Persis fertur allatum<sup>2</sup>. Varro<sup>3</sup> autem dicit diuinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aerem, et ignem. Hinc geomantiam, ydromantiam<sup>4</sup>, eromanciam<sup>5</sup>, pyromantiam dictam autumat. Diuini dicti sunt quasi Deo pleni. Diuinitate enim se esse plenos<sup>6</sup> assimilant, astutia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant<sup>7</sup>. Duo autem sunt genera diuinationis, ars et [fo.189va]

<sup>1</sup> Ex - eiusdem. Qui - salisatores CRWBP; Eiusdem. Qui – salis. S; De eadem re. Ex - eiusdem ZTA; Item de eadem HQ

<sup>2</sup> allatum CRSWBZJTA; perlatum HQ

<sup>3</sup> corr. fr. Varo H

<sup>4</sup> ydromantiam CRSBJTHA; om. Z

<sup>5</sup> eromantiam RXWBPZJTHQA; euromantiam CL; nicromantiam S; idromantiam Z<sup>2</sup>

<sup>6</sup> se esse plenos CRSWBP; plenos se esse ZJTHA

<sup>7</sup> coniectant RXSWBPZTHA; coiectant CL



furor. Incantatores<sup>8</sup> dicti sunt, qui artem uerbis peragunt. Arioli uocati sunt, propterea<sup>9</sup> quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus<sup>10</sup> demonum<sup>11</sup> accipiunt responsa. Aruspices nuncupantur quasi horarum inspectatores, dies enim et horas in agendis negociis operibusque custodiunt, et quid per singula tempora obseruare debeat homo intendunt. Hii etiam exta<sup>12</sup> pecudum inspiciunt, et ex eis futura predicunt. Augures sunt qui uolatus auium et uoces intendunt, aliaque signa rerum uel obseruationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. Idem et auspices. Nam<sup>13</sup> auspicia sunt que iter facientes obseruant. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium aspacia, et auguria quasi auium garria, hoc est auium uoces et lingue. Item augurium quasi auigerium, quod<sup>14</sup> aues gerunt. Duo autem sunt genera auspiciozum, unum ad oculos, alterum ad aures pertinens. Ad oculos scilicet uolatus, ad aures uox auium. Phytionisse a Picio Apolline dicte, quod is auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti sunt, eo quod in astris auguriantur. Genethliaci appellati sunt propter nataliciozum considerationes dierum. Geneses enim hominum per duodecim celi signa describunt, syderumque cursus, nascentium mores, actus, et euentus predicere conantur, id est<sup>15</sup> quis quali<sup>16</sup> signo fuerit natus, aut quem effectum habeat<sup>17</sup> uite qui nascitur interpretantur. Hii sunt qui uulgo mathematici uocantur, cuius superstitionis genus constellationes Latini uocant, id est<sup>18</sup> notationes syderum quomodo se habeant cum quisque nascitur. Primum autem id est stellarum interpretes [fo.189vb] magi nuncupantur, sicut de his legitur qui in euangelio natum Christum annuntiauere. Postea hoc nomine soli mathematici dicti sunt, cuius artis scientia usque ad euangelium fuit concessa, ut Christo edito, nemo exinde natiuitatem alicuius de celo interpretetur. Oroscozi dicti sunt quod horas natiuitatis hominum specularentur dissimili<sup>19</sup> et diuerso fato<sup>20</sup>. Sortilegi<sup>21</sup> sunt qui sub nomine ficte religionis per quasdam quas<sup>22</sup> sanctorum sortes uocant<sup>23</sup> diuinationis sententiam<sup>24</sup> profitentur, aut quarumcumque scripturarum sententie inspectione futura promittunt. Salisatores uocati sunt, quia dum eis membrorum quecumque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu<sup>25</sup> triste significari predicunt.

*ID 11.68 as BD 10.43; IP 8.66; C 26 q 3/4 c 1*

<sup>8</sup> uero *add.* ZJTHA, *om.* CRSWBP

<sup>9</sup> propterea CRSWB; ? P; propter ZJTHA

<sup>10</sup> clebr- B

<sup>11</sup> -onum CRSBTHA; -onium ZJ

<sup>12</sup> *corr. from* extra CR (*not* LXS)

<sup>13</sup> *et add.* SHA (*later canc.* A), *om.* CRWBZJTQ

<sup>14</sup> quod LR<sup>2</sup>SWZTHQA; que CXB; q<sup>o</sup> de R; quia P

<sup>15</sup> id est CRSWB; idem PZJTH?QA

<sup>16</sup> quali CRSWBP; quasi ZJTHQA

<sup>17</sup> habeat CRBZJHQA; *om.* T

<sup>18</sup> stellarum *add. and canc.* A

<sup>19</sup> -li ss Z

<sup>20</sup> fato CRWBZJHQ; facto TA

<sup>21</sup> -legi CRWBPA; -logi ZJTHQ; dicti *add.* A, *om.* CRWBZTHQ

<sup>22</sup> quas LR<sup>2</sup>SBPZTHA; *om.* RX; ? C

<sup>23</sup> uocant C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SBPZTHA; uocauit RX; ? C

<sup>24</sup> sententiam CRSWBP; scientiam ZJTHA

<sup>25</sup> seu CRWZTHA; siue B; se P

## 16

### *Ex dictis eiusdem. De natura demonum<sup>1</sup>*

Sciendum uero est hanc demonum esse naturam, ut aerii corporis sensu, terrenorum corporum sensum facile precedant, celeritate<sup>2</sup> etiam propter aerii corporis superiorem

<sup>1</sup> Ex - eiusdem. De - dem. CRWBP; Idem. De - dem. S; De - dem. Ex - eiusdem ZTHA

mobilitatem non solum cursus quorumlibet<sup>3</sup> hominum uel ferarum uerumetiam uolatus auium incomparabiliter uincant. Quibus duabus rebus quantum ad aerium corpus attinet predicti<sup>4</sup>, hoc est acrimonia sensus et celeritate<sup>5</sup> motus, multo ante cogitata prenuntiant uel nuntiant que homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit etiam demonibus per tam longum tempus quo eorum uita protenditur rerum longe maior experientia quam potest hominibus propter breuitatem uite prouenire. Per has efficacitas quas<sup>6</sup> aerii corporis natura sortita est, non solum multa futura predicunt demones, uerumetiam mira multa faciunt. Que quoniam homines dicere ac facere non possunt, eos dignos [fo.190ra] quidam quibus seruiant, et quibus honores diuinos deferant arbitrantur, inuestigante maxime uicio curiositatis propter amorem felicitatis false, atque terrene, et<sup>7</sup> excellentie temporalis.

*ID 11.70a as BD 10.45a; IP 8.68 as here; C 26 q 3/4 c 2a*

<sup>2</sup> celeritate CRBZTHQ; celebritate A

<sup>3</sup> cursus quor. CRBZTHQ; quor. cursus A

<sup>4</sup> predicti CRBZTHQ; predicti A

<sup>5</sup> celeritate CRWBZ<sup>2</sup>JTHQ; ceritate Z; celebritate A

<sup>6</sup> quas CRSBJTHA; qua Z

<sup>7</sup> ss R

## 17

### *Ex dictis eiusdem. De diuinatione demonum<sup>1</sup>*

Igitur nunc primum sciendum est quoniam de diuinatione demonum questio est, illos ea plerumque prenuntiare que ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sepe potestatem et morbos inmittere<sup>2</sup>, et ipsum aerem uiciando morbidum reddere, et peruersis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere, de quorum moribus certi sunt quod sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent miris et inuisibilibus modis per illam subtilitatem corporum suorum corpora hominum non sentientium<sup>3</sup> penetrando, et se cogitationibus<sup>4</sup> eorum per quedam imaginaria uisa miscendo, siue uigilantium, siue dormientium. Aliquando autem non que ipsi faciunt sed que naturalibus signis futura prenoscunt, que signa in hominum sensus uenire non possunt, ante predicunt. Neque enim quia<sup>5</sup> preuidet medicus quod preuidere nescit huius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus est. Quid autem mirum si quemadmodum ille in corporis humani uel perturbata<sup>6</sup> uel modificata temperie<sup>7</sup> seu bonas seu malas futuras preuidet ualitudines, sic demon in aeris affectione atque ordinatione sibi nota, nobis ignota<sup>8</sup>, futuras preuidet tempestates? Aliquando et hominum dispensationes<sup>9</sup>, non solum uoce prolatas<sup>10</sup>, uerumetiam<sup>11</sup> cogitatione conceptas, cum signa quedam ex animo exprimuntur<sup>12</sup>, in corpore tota facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa<sup>13</sup> futura prenuntiant, aliis uidelicet mira, qui ista [fo.190rb] disposita non nouerunt. Fallunt autem etiam studio fallendi, et inuida

<sup>1</sup> Ex - eiusdem. De - demonum CRWP; Idem. De - dem. S; De - demonum B; De - demonum. Ex - eiusdem ZTHA

<sup>2</sup> inmittere C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>XBPZTHA; immitare R; ? C

<sup>3</sup> sentientium C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SWPZ<sup>2</sup>JTHQA; sententiam RXB; ? CZ

<sup>4</sup> cogitatio A

<sup>5</sup> quia CRPJZTHA; que B

<sup>6</sup> per- ss T

<sup>7</sup> corr. fr. tempore R

<sup>8</sup> ignota CRPZTHA; innota B

<sup>9</sup> dispensationes CRSWBP; dispositiones ZJTHQA

<sup>10</sup> -atas CRSBZTQA; -atis H

<sup>11</sup> uerumetiam CRWPZTHA; sed etiam B; uerum Q

<sup>12</sup> ex an. exp. CRSWBZJTA; exp. ex an. HQ

<sup>13</sup> mul- ss A

uoluntate, quia hominum errore letantur. Sed ne apud<sup>14</sup> cultores suos pondus auctoritatis<sup>15</sup> amittant, id agunt, ut interpretibus suis signorumque suorum coniectoris culpa tribuatur, quando quod<sup>16</sup> decepti fuerint uel mentiti. Nonnunquam uero ipsi maligni spiritus et illusores hominum atque inuisores salutis eorum solent predicere defectum culture sue et idolorum ruinam, quatinus prescii uideantur quid in singulis regnis aut locis uenturum sit et quid aduersi<sup>17</sup> sue factioni<sup>18</sup> contingere possit<sup>19</sup>. Quod etiam illi qui gentilium hystorias legunt non ignorant. Quid ergo<sup>20</sup> mirum, si iam imminente temporum et simulachrorum euersione quam prophete Dei summi tanto<sup>21</sup> ante predixerant, Serapis demon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, ut suam quasi diuinationem recedens uel fugiens commendaret?  
*ID 11.71a as BD 10.46a, here with some long omissions; C 26 q 3/4 c 2b*

<sup>14</sup> apud CRSBZTQA; a quod H

<sup>15</sup> -atis C<sup>2</sup>LWBPZJTA; -ates RXS; ? C

<sup>16</sup> quando quod LRWB; C *here obscured, but ends quod*; aliquando quod S; q<sup>o</sup>n P; quando uel ZJTHA

<sup>17</sup> *obsc. corr.* L

<sup>18</sup> affectioni P

<sup>19</sup> sit et quid – possit *in smaller script in mg. CR, in text* LSBPZTHA; *om.* C<sup>2</sup>R<sup>2</sup>; et quid possit *om.* X

<sup>20</sup> ergo CRPZTHA; uero B

<sup>21</sup> *supersc.* B

## 18

*Augustinus super Iohannem parte<sup>1</sup> secunda<sup>2</sup>. Quod immane uicium sit donare histrionibus<sup>3</sup>*

Donare<sup>4</sup> res suas histrionibus uicium est immane, non uirtus. Et scitis de talibus quam fit frequens fama cum laude, quia sicut scriptum est, Laudatur peccator in desideriis anime sue, et qui iniqua gerit benedicitur<sup>5</sup>.

*ID 11.84; +D 86 c 7*

<sup>1</sup> *corr. fr. pars* J

<sup>2</sup> super – sec. *om.* S

<sup>3</sup> Quod - histrionibus CRSWBP; *om.* ZTHA

<sup>4</sup> Sonare *corr. from* Sonaire A

<sup>5</sup> -itur CRSBZTQA; -atur H

## 19

*Ambrosius in prima epistola ad Corinthios<sup>1</sup>. Quod qui emit oblationem idoli si nescit immunis est<sup>2</sup>*

Licet aliquid pollutum sit per accidentiam, id est oblationem idoli, cum tamen nescit qui emit, nullum patitur scrupulum, et apud Deum immunis est.

*ID 11.96; +C 26 q 2 c 11*

<sup>1</sup> in prima – Cor. *om.* S

<sup>2</sup> Quod - est CRWBP; *om.* ZTHA

## 20

*Sermo beati<sup>1</sup> Ambrosii episcopi<sup>2</sup> de quadragesima, qui sic incipit, Intellexisse uos. Quomodo festiuitates<sup>3</sup> gentilium declinare debeamus, et quod Iudeorum confabulatio magna sit pollutio<sup>4</sup>*

<sup>1</sup> beati CRXW; sancti SA; *om.* BPZJTHQ

<sup>2</sup> episcopi CRXW; *om.* SBPZJTHQA

<sup>3</sup> faesta S; ss W

<sup>4</sup> Quomodo - pollutio CRSWBP; *om.* ZTHQA

Obseruant diem et mensem qui kalendis<sup>5</sup> Ianuarii aut non ieiunant aut non [fo.190va] procedunt ad ecclesiam, procedunt ad campum. Ergo<sup>6</sup> fratres omni studio gentilium festiuitates et ferias declinemus, ut quando illi epulantur<sup>7</sup> et leti sunt, tunc nos simus sobrii atque ieiuni quo intelligant leticiam suam nostra abstinentia condempnari. Non solum autem gentilium sed et Iudeorum consortia uitare debemus, quorum etiam confabulatio est magna pollutio<sup>8</sup>.

ID 11.97

<sup>5</sup> -dis CLRXWH; -das Z; abbrev. SB?JTA

<sup>6</sup> Ergo CRPZTHQA; Ego B

<sup>7</sup> -antur CRBZTHQ; -entur A

<sup>8</sup> magna poll. CRSBZTQA; poll. magna H

## 21<sup>1</sup>

*Augustinus ad Publicolam<sup>2</sup>. Quod Christianus si se sciente et prohibere ualente aliquid de area sua ad sacrificia demoniorum tolli permiserit, peccat<sup>3</sup>*

Si de area uel torculari tollitur aliquid ad sacrificia demoniorum sciente Christiano<sup>4</sup>, ideo<sup>5</sup> peccat si fieri permittit, ubi prohibendi potestas est. Quod si factum comperit, aut prohibendi potestatem non habuit, utitur mundis reliquis fructibus, unde illa sublata sunt<sup>6</sup>.

ID 11.98a; +C 26 q 2 c 10

## B XXII

### <sup>7</sup>DE MENDACIO ET DE IVRAMENTIS<sup>8</sup>

- <sup>9</sup>i. De mendacio et periuriis, et eorum correctione
- ii. Quod iuramentum et pacem solidius roborat et amicitias concordius conciliat
- iii. Quod iuramentum non fit contra Domini preceptum
- iiii. Quod non iurare sed peierare sit peccatum
- v. Quod etsi iuratio non sit bona, tamen est necessaria
- vi. Quod melius sit iuramentum exhibere Deo quam demoniis
- vii. Quod dum iurandi usum facimus, periurium incurrimus
- viii. Quod iuratio non sit peccatum, et quando iurare debeamus
- viiii. Quod tolerabilius sit stulte promissionis uota reicere quam inutilia promissa implere
- x. Quod aliquando sit contra officium promissum soluere sacramentum
- xi. Quod Dauid iuramentum per sanguinis effusionem non impleuit maior pietas fuit
- xii. Quod debemus in malis promissis fidem rescindere, in turpi uoto decretum mutare
- xiii. Quod si incaute aliquid iurauerimus, illud salubriori consilio mutemus [fo.190vb]

<sup>1</sup> om., placing at end of coll. Z

<sup>2</sup> ad publ. om. S

<sup>3</sup> Quod - peccat CRSWBP; om. JTHA

<sup>4</sup> sciente Christiano CRBJTHQ; Christiano sciente A

<sup>5</sup> ideo CRBJTHQ; iam A

<sup>6</sup> unde illa - sunt om. P, which continues with text of B 20.34

<sup>7</sup> Capitula add. S

<sup>8</sup> De mend. - per. om. P

<sup>9</sup> capitulatio in CLRXSWBP; om. ZJTHQA

- xiii. De fide adhibita ad peccatum admittendum  
 xv.<sup>10</sup> Quod grauius sit noxia cum iuramento promissa soluere quam periurare  
 xvi. De eodem  
 xvii.<sup>11</sup> Quod iusiurandum habeat comites ueritatem, iudicium, atque iusticiam  
 xviii. Ne<sup>12</sup> paruuli iurare cogantur, et qui periurus fuerit, nec testis sit nec ad sacramentum accedat  
 xviii. Quod qui alios ad falsa testimonia adtraxerit, ipse quidem usque ad exitum uite non communicet, hii uero qui ei consenserint, ab omni testimonio sint remouendi  
 xx. De eo quo audiente falsum iuratur  
 xxi.<sup>13</sup> De eo qui per demonia uel falsos deos iurauerit  
 xxii. Quod quacumque arte quis iuret, Deus tamen ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit, et quod tolerabilius sit non implere sacramentum quam permanere<sup>14</sup> in stupri<sup>15</sup> flagitio  
 xxiii. De eo qui iurat uerum esse quod falsum putat, et e conuerso<sup>16</sup>  
 xxiii. Non est mentiendum causa humilitatis  
 xxv. Quod cum ea que non sunt tanquam ioco dicuntur, non putantur mendacia  
 xxvi. Quod non oporteat aliquem artificioso mendacio uel simplici uerbo mentiri  
 xxvii. Spirituali homini nullomodo<sup>17</sup> esse mentiendum  
 xxviii. Duo esse genera mendaciorum in quibus non est magna culpa  
 xxviii. Tropicam loquutionem non esse mendacium  
 xxx. De illis qui iniusta uota iuramento firmauerint  
 xxxi. De illis qui incaute iurauerint  
 xxxii. Que in memoria habere debeat qui domino suo fidelitatem iurat, et quod dominus in eisdem fideli suo uicem rependere debeat  
 xxxiii. Quod definitio incauta soluenda sit

<sup>10</sup> no no. so now one out L

<sup>11</sup> no no. so now two out L

<sup>12</sup> corr. fr. De L<sup>2</sup>

<sup>13</sup> no no. so now three out L

<sup>14</sup> -manere in mg. R

<sup>15</sup> sacr. - stupri rewritten over erasure C

<sup>16</sup> et e conu. CLRSWP; om. B

<sup>17</sup> non add. B, om. CRSWP

1

*Augustinus in libro de mendacio<sup>1</sup>. De mendacio et periuriis et eorum correctione<sup>2</sup>*

Primum est capitale mendacium longeque fugiendum, quod fit<sup>3</sup> in doctrina religionis, ad quod mendacium nulla conditione quisquam debet adduci. [fo.191ra]  
 Secundum ut aliquem ledat iniuste, quod tale est, ut<sup>4</sup> nulli prosit, et obsit alicui.

<sup>1</sup> de mend. om. S

<sup>2</sup> Aug. - mendacio (ss T). De - corr. (corr. fr. -iuris R) CRWBJT; Augustinus in libro de mendacio et periuriis et eorum correctione (correptione A) PA; Aug. De mendacio et - correctione. Aug. in libro de mendacio Z; De mendacio - correctione. Aug. in libro (in libro om. Q) de mendacio. Incipit HQ

<sup>3</sup> fit CXSWBZTHQ; sit RPPal; om. A

<sup>4</sup> et add. ZJTHQA, om. CRSWBPPal

Tercium, quod ita prodest<sup>5</sup> alteri, ut obsit alteri<sup>6</sup>, quamuis non ad immundiciam obsit corporalem. Quartum, sola mentiendi fallendique libidine, quod mirum mendacium est. Quintum, quod sit placendi cupiditate de<sup>7</sup> suavi<sup>8</sup> loquio. His omnibus penitus euitatis atque reiectis, sequitur<sup>9</sup> sextum genus, quod et nulli obest, et prodest alicui, uelut si quispiam<sup>10</sup> pecuniam alicuius iniuste tollendam sciens, ubi sit nescire se mentiatur. Septimum<sup>11</sup>, quod et nulli obest, et prodest alicui, uelut si nolens hominem ad mortem quesitum prodere mentiatur. Octauum est genus mendacii, quod et nulli obest, et ad<sup>12</sup> hoc prodest, ut ab immundicia corporali aliquem tueatur. Non igitur mentiendum doctrina pietatis, magnum scelus est, et primum genus detestabilis mendacii. Non est mentiendum secundo genere, quia nulla facienda est iniuria. Non est mentiendum tercio genere<sup>13</sup>, quia nulli cum alterius iniuria consulendum est. Non est mentiendum quarto genere propter mendacii libidinem, que per se ipsam uiciosa est. Non est mentiendum quinto genere, quia nec ipsa ueritas sine placendi hominibus enuntianda est, quantominus mendacium quod per se ipsum quia mendacium<sup>14</sup> est utique turpe est? Non est mentiendum sexto genere, neque enim recte etiam testimonii ueritas pro cuiusque temporali commodo ac salute corrumpitur. Ad sempiternam uero salutem nullus ducendus<sup>15</sup> est opitulante mendacio. Neque septimo genere mentiendum est, non enim cuiusquam commoditas aut salus temporalis perficiende fidei<sup>16</sup> preferenda est, nec se quisquam in recte factis<sup>17</sup> nostris tam male mouetur [fo.191rb] ut fiat etiam<sup>18</sup> animo deterior, longeque a pietate remotior. Nec octauo genere mentiendum est, quia et in bonis castitas animi, pudicitia corporis, et in malis quod ipsi facimus eo quod fieri<sup>19</sup> sinimus maius est. In his autem octo generibus tanto quisque minus peccat cum mentitur, quanto emergit ad octauum, tanto amplius quanto mergit<sup>20</sup> ad primum. Quisquis autem esse aliquod genus mendacii quod peccatum non sit putauerit, decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

*ID 12.1; IP 8.82A (= 8.124); C 22 q 2 c 8*

<sup>5</sup> *corr. fr.* pprodest R

<sup>6</sup> *after corr.* R

<sup>7</sup> de CRPZTHA; *om.* B

<sup>8</sup> *corr. fr.* suasi P

<sup>9</sup> *ss* B

<sup>10</sup> quispiam RXSWBPZTHA; quisquam CLPal

<sup>11</sup> *l add. and canc.* R

<sup>12</sup> ad CRBZTHQ; ab A

<sup>13</sup> ment. terc. gen. CRBZTQA; terc. gen. men. H

<sup>14</sup> mendacium CRBZTQA; mentiendum H

<sup>15</sup> *corr. fr.* doc- B

<sup>16</sup> *added in mg.* C

<sup>17</sup> factis CRBZTQA; fastis H

<sup>18</sup> etiam CRB(mg.)ZTHQ; et A

<sup>19</sup> fieri C<sup>2</sup>LRSWPZJTHA; feri C; *om.* B

<sup>20</sup>mergit CRSBZTQA; emergit H

## 2

*Ex concilio Toletano<sup>1</sup> viii<sup>2</sup>, cp. iiiii. Quod iuramentum<sup>3</sup> et pacem solidius roborat et amicitias concordius conciliat<sup>4</sup>*

Omne quod in pacis federa uenit, tunc solidius subsistit, cum iuramenti hoc interpositio roborat. Sed et omne quod amicorum animos<sup>5</sup> conciliat tunc fidelius

<sup>1</sup> Ex concilio Toletano LRWPPal; Ex Toletano concilio CB; Toletanum concilium ZJTHQA

<sup>2</sup> viii CRWZTHQA; cap. viii B; xiii P. Ex – iiiii *om.* S

<sup>3</sup> *after corr.* L

<sup>4</sup> Quod - conciliat CRSWBPPal; *om.* ZTHA

durat, cum eos sacramenti uincula ligant. Omne enim<sup>6</sup> quod testis astipulatur uerius constat, cum id adiectio iurationis affirmat. Quod etsi testis deficiat, innocentis fidem sola iusiurandi<sup>7</sup> taxatio manifestat.

*ID 12.2; IP 8.83; C 22 q 1 c 1*

---

<sup>5</sup> amicorum animos CRSWBPPal; animos amicorum ZJTHA

<sup>6</sup> *ss Z*

<sup>7</sup> iusiurandi CLRSPPalH; iurisiurandi WB<sup>2</sup>ZJTQA

### 3

*Augustinus super epistolam ad Galathas<sup>1</sup>. Quod iuramentum non sit contra Domini preceptum<sup>2</sup>*

Non est contra preceptum Dei iuratio, que a malo non iurantis est, sed incredulitatis, a quo iurare<sup>3</sup> cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse a iureiurando<sup>4</sup>, ut quantum in ipso est quisque non iuret, quod multi faciunt in ore<sup>5</sup> habentes iurationem, tanquam magnum ac suaue aliquid. Nam utique apostolus nouerat preceptum Domini, et iurauit tamen. Non enim<sup>6</sup> audiendi sunt qui has iurationes esse non putant. Quid enim facient de illa, Cotidie morior per uestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Ihesu domino nostro, quam Greca [fo.191va] exemplaria manifestissimam esse iurationem conuincunt? Quantum ergo in ipso est non iurat apostolus, non enim appetit iurationem cupiditate, aut dilectione iurandi. Amplius est enim quam<sup>7</sup> est, est, non, et ideo a malo est, sed infirmitatis aut incredulitatis eorum qui non aliter mouentur ad fidem.

*ID 12.3; IP 8.84; C 22 q 1 c 2*

---

<sup>1</sup> super – Gal. *om. S*

<sup>2</sup> Quod - preceptum CRSWBPPal; *om. ZTHA*

<sup>3</sup> iurare CRBPALZHQA; iurarare T

<sup>4</sup> iureiurando CRSWBPPal; iurando ZJTHA

<sup>5</sup> in ore CXSWBP?ZJHQA; in hore R; more T?

<sup>6</sup> enim LRXSWBPPalZTHA; tamen C

<sup>7</sup> *repeated and canc. Z*

### 4

*<sup>1</sup>Epistola Augustini ad Publicolam<sup>2</sup>. Quod non iurare sed peierare sit peccatum<sup>3</sup>*

In nouo testamento dictum est, ne omnino iuremus. Quod michi quidem propterea dictum uidetur, non quia iurare peccatum est, sed quia periurare immane peccatum est, a quo nos longe esse uoluit qui omnimodo ne iuremus<sup>4</sup> commonuit<sup>5</sup>. ITEM. Quamuis dictum sit ne iuremus, nusquam in scripturis sanctis legi memini, ne ab aliquo<sup>6</sup> iurationem accipiamus.

*ID 12.4; IP 8.85; C 22 q 1 c 3 to commonuit, C 22 q 1 c 15 Quamuis to end*

---

<sup>1</sup> Ex *add. CWPAl, om. RXBPJZTHA*

<sup>2</sup> Ex – Publ. *om. S*

<sup>3</sup> Quod – sit peccatum (pecc. sit S) CRSWBPPal; *om. ZTHA*

<sup>4</sup> iuremus CRBZTQA; iuraremus H

<sup>5</sup> commonuit LR<sup>2</sup>SBP?ZTHA; commouit RX; ? C

<sup>6</sup> aliquo CRSWBP; alio ZJTHA

### 5

*Augustinus de sermone Domini in monte, libro i<sup>1</sup>. Quod etsi iuratio non sit bona, tamen est necessaria<sup>2</sup>*

---

<sup>1</sup> Aug. – i *om. S*

<sup>2</sup> Quod - necessaria CRSWBPPal; *om. ZTHA*

Tu non malum facis qui bene uteris iuratione, que etsi non bona, tamen necessaria est<sup>3</sup>, ut alteri persuadeas quod utiliter suades, sed a malo est illius cuius infirmitate iurare<sup>4</sup> cogeris.

*ID 12.5; C 22 q 1 c 6*

---

<sup>3</sup> tamen nec. est CRBPALZTHQ; est tamen nec. A

<sup>4</sup> iurare C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SWBPZJTHA; om. CRX

## 6

*Ieronimus super Matheum, libro i<sup>1</sup>. Quod melius sit iuramentum exhibere Deo quam demoniis<sup>2</sup>*

Considera quod Saluator non per Deum iurare prohibuerit, sed per celum, et per terram, et per Ierosolimam, et per caput tuum. Et hoc quasi paruulis fuerat lege concessum, ut quomodo uictimas immolabant Deo, ne eas immolarent idolis, sic et iurare permetterentur in Deum, non quod recte hoc facerent, sed quod melius esset Deo id exhibere quam demoniis.

*ID 12.6; IP 8.87; C 22 q 1 c 8*

---

<sup>1</sup> super – i om. S

<sup>2</sup> Quod - demoniis CRSWBP; om. ZTHA

## 7

*Ysidorus sententiarum libro ii, cap. xxi<sup>1</sup>. Quod<sup>2</sup> dum iurandi usum facimus, periurium incurrimus<sup>3</sup>*

Non est contra Dei preceptum iurare sed [fo.191vb] dum iurandi usum facimus, periurii crimen incurrimus.

*ID 12.7; IP 8.88; C 22 q 1 c 13*

---

<sup>1</sup> xxi CLRXWP; cap. xxi om. B; xxxi ZJTHQA; Sent. – xxi om. S

<sup>2</sup> melius sit iuramentum exhibere Deo *add. and canc.* X

<sup>3</sup> Quod - incurrimus CRX<sup>2</sup>SWBP; om. ZTHQA

## 8

*Augustinus de uerbis apostoli, sermone<sup>1</sup> xxviii<sup>2</sup>. Quod iuratio non sit peccatum, et<sup>3</sup> quando iurare debeamus<sup>4</sup>*

Si peccatum esset iuratio, nec in ueteri lege diceretur, Non periurabis, reddes Domino iuramentum<sup>5</sup> tuum<sup>6</sup>. Non enim peccatum preciperetur<sup>7</sup> nobis. ITEM. Non uobis dicimus non nos iurare, si enim hoc dicimus, mentimur. Quantum ad me pertinet iuro, sed quantum michi uidetur magna necessitate<sup>8</sup> compulsus cum uidero nisi faciam michi non credi, et ei qui michi non credit non expedire quod non credit. Hac perpensa<sup>9</sup> ratione et consideratione librata cum magno timore dico coram Deo, aut testis est Deus, aut scit Christus quod scit<sup>10</sup> sic esse in animo meo. Et uideo quia

---

<sup>1</sup> sermone CLRXWB; sermo ZHA; serm' JT

<sup>2</sup> *corr. from* xxiii C; de – xxviii om. S

<sup>3</sup> om. S

<sup>4</sup> Quod - debeamus CRSWBP; om. ZTHA

<sup>5</sup> iuramentum CRSWBP; iusiurandum ZJTHA

<sup>6</sup> tuum CLXSWBPZJTHQA; om. R

<sup>7</sup> prec- CX<sup>2</sup>SWBPZJTHQA; perc- LRXW<sup>2</sup>

<sup>8</sup> magna nec. CRPZTHA; nec. magna B

<sup>9</sup> *corr. from* perpensatis A

<sup>10</sup> *corr. fr.* sit H



plus est, id est quod amplius est quam<sup>11</sup> est, est<sup>12</sup>, non, non. Sed hoc quod amplius est, a malo est, etsi non a malo iurantis, a malo est non credentis.

*ID 12.8 as CB Varia IC 13b-c; IP 8.89; C 22 q 1 c 14*

---

<sup>11</sup> quam CRSWB; quod ZJTHA

<sup>12</sup> est est] esset P

## 9

*Ex concilio Toletano<sup>1</sup> viii. cp. iii<sup>2</sup>. Quod tolerabilius sit stulte promissionis uota reicere, quam inutilia promissa implere<sup>3</sup>*

Si publicis sacramentorum gestis quod Deus auertat a quibuslibet illicita uel non bona extitisset conditio alligata<sup>4</sup>, que aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissime uirginis, numquid non tolerabilius esset stulte promissionis reicere uota, quam per<sup>5</sup> inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram?

*ID 12.9; IP 8.90; C 22 q 4 c 1*

---

<sup>1</sup> Ex concilio Toletano CRWBP; Toletanum concilium ZHQA; Concilium Toletanum T

<sup>2</sup> Ex – iiiii om. S

<sup>3</sup> Quod - implere CRSWBP; om. ZJTHA

<sup>4</sup> alligata CLRX; allegata SWBPZJTHA

<sup>5</sup> quam per CRBZTHQ; q'ua A

## 10

*Ambrosius de officiis, libro i. Quod aliquando sit contra officium promissum soluere sacramentum<sup>1</sup>*

Est etiam contra officium nonnunquam promissum soluere sacramentum, ut Herodes qui iurauit, quoniam quicquid petitus esset daret filie Herodiadis, necem Iohannis prestauit ne promissum negaret.

*ID 12.10; IP 8.91; C 22 q 4 c 2*

---

<sup>1</sup> Quod - sacramentum (corr. fr. -orum R) CRSWBP; om. ZTHA

## 11

*Sermo sancti<sup>1</sup> Augustini episcopi<sup>2</sup> in decolla[fo.192ra]tione sancti Iohannis<sup>3</sup> baptiste<sup>4</sup>, qui sic incipit<sup>5</sup>, Cum<sup>6</sup> sanctum euangelium legeretur<sup>7</sup>. Quod Dauid iuramentum per sanguinis effusionem<sup>8</sup> non impleuit, maior pietas fuit<sup>9</sup>*

Video Dauid pium hominem sanctum in iurationem temerariam cecidisse<sup>10</sup>, et maluisse<sup>11</sup> non facere quod iurauerat, quam iurationem suam fuso hominis sanguine implere.<sup>12</sup> ITEM. Iurauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. Ecce Dauid sanctus non quidem iratus sanguinem hominis<sup>13</sup> fudit, sed eum falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minimum, sed minus fuit illud

---

<sup>1</sup> sancti CLRXWA; om. BPZJTHQ

<sup>2</sup> episcopi CLRXW; om. BPZJTHQA

<sup>3</sup> sancti Ioh. ss P

<sup>4</sup> baptiste CLRWH; om. BPZJTQA

<sup>5</sup> qui sic inc. CRBPZTA; om. H?Q

<sup>6</sup> autem add. R, om. CLXWBPZJTQA

<sup>7</sup> Sermo – legeretur] Idem S

<sup>8</sup> ss W

<sup>9</sup> Quod - fuit CLRSWBP; om. ZTGHQA

<sup>10</sup> cecid- CRBZTQA; occid- H

<sup>11</sup> se add. CL, om. LRXSWBPZTHQA

<sup>12</sup> Video Dauid – implere om. S

<sup>13</sup> corr. fr. –es Z

in comparatione peioris. Nam<sup>14</sup> per seipsum appensum magnum malum est falsa iurare.

ID 12.11; IP 8.92-3; C 22 q 4 cc 3-4 including CLRSWBP's rubric in the text

---

<sup>14</sup> qui add. CRX, om. LSWBPZJTA

## 12

*Ysidorus in synonymis, libro ii<sup>1</sup>. Quod debemus in malis promissis fidem rescindere, in turpi uoto decretum mutare<sup>2</sup>*

In malis promissis rescinde fidem, in turpe uotum muta decretum. Quod incaute uouisti, non facias. Impia promissio que scelere adimpletur.

ID 12.12; IP 8.93A; C 22 q 4 c 5

---

<sup>1</sup> in syn. – ii om. S

<sup>2</sup> Quod - mutare CRSWBP; om. ZTHA

## 13

*Beda in libro omeliarum, xliii<sup>1</sup>. Quod si incaute aliquid iurauerimus, illud consilio salubriori mutemus<sup>2</sup>*

Si aliquid<sup>3</sup> forte nos incautius iurare contigerit, quod obseruatum peiorem uergat in exitum, libere illud consilio salubriori mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum<sup>4</sup> nobis quam pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit<sup>5</sup> Daud per Dominum occidere Nebal<sup>6</sup> uirum stultum et impium, atque omnia que ad illum pertinerent demoliri, sed ad primam<sup>7</sup> intercessionem Abigail<sup>8</sup> femine prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in uaginam, neque aliquid culpe se tali periurio contraxisse doluit.<sup>9</sup> ITEM. Non solum in iurando sed in omne quod agimus, hec est [fo.192rb] moderatio sollertius obseruanda, ut si<sup>10</sup> in talem<sup>11</sup> forte lapsum uersuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine aliquo peccati contagio surgere non possimus, illum potius<sup>12</sup> euadendi aditum petamus, in quo minus periculi<sup>13</sup> nos perpessuros esse cernimus.

ID 12.13, cf. 12.75, below 22.31 as 'Sother'; IP 8.94-5; C 22 q 4 cc 6-7

---

<sup>1</sup> xliiii CRBPZJTQ; ? H; xliiii A. Beda – xliiii om. S

<sup>2</sup> Quod - mutemus CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> ali- ss A

<sup>4</sup> peierandum C?RBZTHQ; peiurandum A

<sup>5</sup> -aud R

<sup>6</sup> Nebal LRX<sup>2</sup>WPJTQA; ne Nabal X; Nabal SBZHQ<sup>2</sup>; ? C

<sup>7</sup> corr. from primum A

<sup>8</sup> Abigail LRXSWBPZJHQA; Abigal T; ? C

<sup>9</sup> S ends cap. here

<sup>10</sup> corr. fr. sic L?R

<sup>11</sup> talem LRWBPZTHA; tale CX

<sup>12</sup> corr. fr. potueris R?

<sup>13</sup> pericli Z

## 14

*Augustinus de bono coniugali. De fide adhibita ad peccatum admittendum<sup>1</sup>*

Si ad peccatum admittendum adhibetur fides, mirum si fides appelletur<sup>2</sup>.

Verumtamen qualiscumque sit si et contra ipsam fit peius fit<sup>3</sup>, nisi cum propterea

---

<sup>1</sup> De - admittendum CRSWBP; om. ZTHA

<sup>2</sup> -etur LRXSWBP; -atur ZJTHA; ? C

<sup>3</sup> in mg. J

deseritur<sup>4</sup> ut ad fidem ueram legitimamque redeatur, id est ut peccatum<sup>5</sup> emendetur uoluntatis prauitate correcta, tanquam quisque cum hominem solus expoliare non possit, inueniat socium iniquitatis et cum eo paciscatur, uel simul id faciant spoliūque partiantur, quo facinore commisso totum solus auferat, dolet quidem ille, et seruatum sibi fidem non esse<sup>6</sup> conqueritur. Verum in ipsa sua querela cogitare debet potius in bona uita ipsi humane societati<sup>7</sup> fuisse seruandum, ne preda iniqua ex homine fieret, si sentit quam inique sibi in peccati societate seruata non fuerit. Ille quippe utrobique perfidus, profecto sceleratior<sup>8</sup> iudicandus est.<sup>9</sup> ITEM. Mulier si fide coniugali uiolata fidem seruet adultero, utique mala est, si nec adultero<sup>10</sup> peior est. Porro si eam flagitii peniteat, et ad castitatem rediens coniugalem pactam ac placitam<sup>11</sup> adulterinam rescindat, miror si eam fidei uiolatricem uel ipse adulter putabit.

ID 12.14; IP 8.96-7; C 22 q 4 cc 20-21

<sup>4</sup> corr. from deritur A

<sup>5</sup> pecca A

<sup>6</sup> seruatum sibi fidem non esse CLRSBP; seruatum sibi non esse fidem W; fidem sibi seruatum non esse ZJTHA

<sup>7</sup> -ati R<sup>2</sup>XSPZTHA; -ate RB; -atis L; ? C

<sup>8</sup> -atior LRSBZJTQ<sup>2</sup>A; -ator HQ; ? C

<sup>9</sup> S ends canon here

<sup>10</sup> -ero CRBZJTQA; -erio H

<sup>11</sup> placitam CLRXTJHA; placidam PZ; ac placitam in mg. B

## 15

*Toletanum concilium viii<sup>1</sup>, cp. iii<sup>2</sup>. Quod grauius<sup>3</sup> sit noxia cum iuramento promissa soluere quam periurare<sup>4</sup>*

Duo<sup>5</sup> mala licet omnino sint cautissime precauenda, tamen si periculi necessitas ex his unum temperare<sup>6</sup> compulerit<sup>7</sup>, id debemus soluere quod minori [fo.192va] nexu noscitur obligari. Quid autem leuius ex his, quid sit grauius, pure rationis acumine uestigemus. Et enim dum periurare compellimur, Creatorem quidem offendimus sed nos tantummodo maculamus. Cum uero noxia promissa complemus, et Dei iussa superbe contempnimus, et proximis impia crudelitate nocemus, et nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo perimimur, hic tripliciter iugulamur.

ID 12.16; IP 8.89; D 13 c 1

<sup>1</sup> Toletanum concilium viii CRWBZTH; Toletano concilio octauum A

<sup>2</sup> C obscure; iii LRWZJTHA; cp. iii om. BP. Tol. - iii om. S

<sup>3</sup> grauior S

<sup>4</sup> Quod - periurare CRSWBP; om. ZTHA

<sup>5</sup> Duo CRSWBZJTA; Quo HQ

<sup>6</sup> temperare LRXSWBPZJTA; temperalem H; temptare Q; ? C

<sup>7</sup> comp- CRBZTHQ; cop- A

## 16

*Ambrosius de officiis, libro iii<sup>1</sup>. De eodem<sup>2</sup>*

Vnusquisque simplicem sermonem<sup>3</sup> proferat, uas suum in sanctificatione possideat, nec fratrem circumscriptorem inducat uerborum, nichil promittat inhonestum, ac si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit. Sepe plerique constringunt se iurisiurandi<sup>4</sup> sacramento, et cum ipsi cognouerint

<sup>1</sup> lib. iii CRWPZTHA; om. B. Amb. - iii om. S

<sup>2</sup> De eodem CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> simp. serm. CRPZTHA; serm. simp. B

<sup>4</sup> iurisiurandi LRXB<sup>2</sup>PZJTH; iusiurandi SWA; iurisiurando B; ? C

promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod sponponderunt<sup>5</sup>, sicut de Herode suprascriptimus, qui saltatrici premium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe quod regnum pro saltatione promittitur, crudele quod mors prophete pro iurisiurandi<sup>6</sup> religione donatur. Quanto tolerabilius tale fuisset periurium sacramento, si tamen periurium posset dici quod ebrius inter uina<sup>7</sup> iurauerat, quod eiuratus inter psaltantium<sup>8</sup> choros promiserat? Infertur disco prophete caput, et hoc estimatum est fidei esse quod amicitie fuit.<sup>9</sup> ITEM. Non semper promissa omnia soluenda sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat<sup>10</sup> sententiam, sicut scriptura indicat.

*ID 12.17; IP 8.101-2 from Sepe plerique only; C 22 q 4 c 8 to amicitie fuit*

<sup>5</sup> -erunt LRSWPZJTHA; -erint B; ? C

<sup>6</sup> iurisiurandi C?LRS<sup>2</sup>B<sup>2</sup>PZJ<sup>2</sup>THQ; iurisiurandi SWBJA

<sup>7</sup> uina RBZTHQ; iuria A; ? C

<sup>8</sup> psalt- LRSWBP; salt- XZTHQA; ? C

<sup>9</sup> S ends cap. here

<sup>10</sup> suam mutat CRWPZTHA; mutat suam BQ

## 17

*Ieronimus super Ieremiam, libro ii<sup>1</sup>. Quod iusiurandum habeat comites ueritatem, iudicium, atque iusticiam<sup>2</sup> [fo.192vb]*

Animaduertendum quod iusiurandum hos<sup>3</sup> habeat comites, ueritatem, iudicium atque iusticiam. Si ista defuerint<sup>4</sup>, nequaquam iuramentum erit, sed periurium.

*ID 12.22; IP 8.123; C 22 q 2 c 2*

<sup>1</sup> lib. ii CRWPZTHA; om. B. Ier. – ii om. S

<sup>2</sup> Quod - iusticiam CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> hos LRXSWBPZTHQA; om. C?

<sup>4</sup> defuerint CRSWBP; defecerint ZJTHQA

## 18

*Capitularium libro i, cp. viiii<sup>1</sup>. Ne paruuli iurare cogantur, et qui periurus fuerit, nec testis sit, nec ad sacramentum accedat<sup>2</sup>*

Paruuli qui sine rationabili etate sunt non cogantur iurare, et qui semel periuratus fuerit, nec testis sit post hec, nec ad sacramentum accedat<sup>3</sup>, nec in sua causa uel alterius iurator existat.

*ID 12.23; IP 8.103; C 22 q 5 c 14*

<sup>1</sup> viiii CRXWBPZJTHQA; viii L. Cap. – viiii om. S

<sup>2</sup> Ne - accedat CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> accedat CRSWP; accedet ZJTHQA; ? B

## 19

*Matisconense concilium, tempore Gontramni regis, cp. xxi<sup>1</sup>. Quod qui alios ad falsa testimonia<sup>2</sup> attraxerit, ipse quidem usque<sup>3</sup> ad exitum uite non communicet, hii uero qui ei consenserint ab omni testimonio sint remouendi<sup>4</sup>*

Si quis conuictus fuerit alios ad falsa testimonia uel periuria adtraxisse aut quacumque corruptione sollicitasse, ipse quidem usque ad exitum non communicet.

<sup>1</sup> Mat. – xxi om. S

<sup>2</sup> falsa test. CRWP; test. falsa B

<sup>3</sup> ss L<sup>2</sup>

<sup>4</sup> Quod - remouendi CRSWBP; om. ZTHA; P here p. 344 continues with B 21 from mid-c 3 - the end of the section, resuming the text as here on p. 352

Hii uero qui ei in periurio<sup>5</sup> consensisse probantur, postea ab omni testimonio<sup>6</sup> sunt remouendi, et secundum legem infamia notabuntur.

ID 12.26; +C 22 q 5 c 7

<sup>5</sup> after corr. R

<sup>6</sup> testimoni A

## 20

*Augustinus questionum<sup>1</sup> in Leuitico, cp. i<sup>2</sup>. De eo quo audiente falsum iuratur<sup>3</sup>*

Hoc uidetur dicere peccare hominem quo audiente iurat aliquis<sup>4</sup> falsum, et scit eum falsum iurare et tacet. Tunc autem scit si ei rei de qua iuratur testis fuit aut uidens, aut conscius fuit, id est aliquo modo cognouit, aut oculis suis conspexit, aut ille ipse qui iurat illi indicauit, ita enim potuit esse conscius, sed inter timorem huius peccati et timorem prodicionis hominum non parua existit plerumque<sup>5</sup> temptatio. Possumus enim paratum ad periurium admonendo uel prohibendo [fo.193ra] a tam graui peccato reuocare. Sed si non audierit, et coram nobis de re quam nouimus falsum iurauerit, utrum prodendus<sup>6</sup> siue<sup>7</sup> proditus etiam<sup>8</sup> in periculum mortis incurrat, difficillima<sup>9</sup> questio est<sup>10</sup>. Sed quia non hic expressit cui hoc<sup>11</sup> indicatum est, utrum illi cui iuratur an sacerdoti, uel cuiquam qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest, uidetur michi quod se hoc soluat etiam a peccati uinculo, si indicet talibus qui magis possint<sup>12</sup> prodesse<sup>13</sup> quam obesse periuro<sup>14</sup>, siue ad corrigendum eum, siue ad Deum, pro eo placandum, si et ipse confessionis adhibeat medicinam.

ID 12.29; IP 8.109; C 22 q 5 c 8

<sup>1</sup> quest. C?RPZTHA; om. B

<sup>2</sup> quest. – i om. S

<sup>3</sup> De - iuratur (iurare RX) C?LRXSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> aliquis LRWBZTHQ; aliquid A; ? C

<sup>5</sup> ss Z

<sup>6</sup> prodendus CRWBZJTHA; prouidendus Q

<sup>7</sup> siue CRSWB; si ZJTHQA

<sup>8</sup> etiam CRSWBZJT; om. HQ; et A

<sup>9</sup> corr. fr. difficilia X<sup>2</sup>

<sup>10</sup> est CRPZJTHA; om. B

<sup>11</sup> ss R

<sup>12</sup> possint CSRBZTA; possit H; possunt Q

<sup>13</sup> poss. prod. CRPZTHA; prod. poss. B

<sup>14</sup> periuro CRPZTHA; periurio B

## 21<sup>1</sup>

*Epistola<sup>2</sup> Augustini ad Publicolam. De eo qui per demonia uel falsos deos iurauerit<sup>3</sup>*

Mouet te utrum eius fide utendum sit<sup>4</sup> qui ut eam seruet per demonia iurauerit. Vbi te uolo<sup>5</sup> prius considerare, utrum si<sup>6</sup> quispiam<sup>7</sup> per deos falsos iurauerit se fidem seruaturum, et eam non seruauerit, non tibi uidetur<sup>8</sup> bis peccasse? Si enim tali iuratione promissam seruaret fidem, ideo tantum peccasse iudicaretur, quia per tales deos iurauit. Illud autem nemo reprehenderet quia fidem seruauit. Nunc uero quia et

<sup>1</sup> xi P

<sup>2</sup> om. S

<sup>3</sup> De - iurauerit CRSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> ss R

<sup>5</sup> obsc. addn here Z

<sup>6</sup> ss Z

<sup>7</sup> quispiam LRXSWBPZTHA; quisquam C

<sup>8</sup> uidetur CRSWBP; uideatur ZJTHA

iurauit per quos non debuit, et contra pollicitam fecit fidem quod non debuit, bis utique peccauit. Ac per hoc qui utitur fide illius quem constat<sup>9</sup> iurasse per deos falsos, et utitur non ad malum sed ad licitum et bonum<sup>10</sup>, non peccato illius se sociat quo per demonia iurauit, sed bono pacto eius quo fidem seruauit. Neque hic eam fidem dico seruari qua fideles uocantur qui baptizantur in Christo. Illa enim longe alia est, longeque discreta a fide humanorum placitorum atque pactorum<sup>11</sup>. Verumtamen sine [fo.193rb] ulla dubitatione minus malum est per deos falsos iurare ueraciter quam per Deum uerum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis sanctum est, tanto magis est penale<sup>12</sup> periurium. Alia questio est, utrum non peccet qui<sup>13</sup> per falsos deos sibi iurari fecit, quia ille qui ei iurat falsos deos colit. Cui questionem possunt illa testimonia suffragari que ipse commemorasti de Laban et Abimelech, si<sup>14</sup> tamen Abimelech per deos suos iurauit, sicut Laban per Deum Sabaoth.

ID 12.35; IP 8.117; C 22 q 1 c 16

<sup>9</sup> obsc. addn, later canc. Z

<sup>10</sup> ad licitum et (ss C) bonum CLRSPZTQ; ad bonum et licitum W; ad licitum et ad bonum A

<sup>11</sup> pactorum CRBZTHQ; pastorum A

<sup>12</sup> penale CRSBZTQA; om. H

<sup>13</sup> corr. fr. quia Z

<sup>14</sup> si CRSBZTQA; om. H

## 22<sup>1</sup>

*Ysidorus sententiarum libro ii, cp. xxxi<sup>2</sup>. Quod quacumque arte quis iuret, Deus tamen ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit, et quod tolerabilius sit non implere sacramentum quam permanere in stupri flagitio<sup>3</sup>*

Quacumque<sup>4</sup> arte<sup>5</sup> uerborum quis<sup>6</sup> iuret, Deus tamen qui<sup>7</sup> conscientie testis est, ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus sit, qui cum Dei nomen in uanum assumit et proximum dolo capit. Non est conseruandum sacramentum quo malum incaute promittitur, ueluti si quispiam adultere perpetuam fidem cum ea permanendi<sup>8</sup> polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum quam permanere in stupri flagitio<sup>9</sup>.

ID 12.36; IP 8.112-3; C 22 q 5 c 9 to dolo capit

<sup>1</sup> xii P

<sup>2</sup> xxxi LRWBPZTHQ; xxxii CA. Sent. xxxi om. S

<sup>3</sup> Quod - flagitio CRSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> Quacumque CRSBZJTHA; Quicumque W

<sup>5</sup> corr. fr. autem J

<sup>6</sup> quis CRSWB; quisque ZTHA

<sup>7</sup> qui CRSBZTQA; quod H

<sup>8</sup> fidem cum ea perm. CRSWB; cum ea perm. fidem ZJTQA

<sup>9</sup> erasure in mid-word H

## 23

*Augustinus de uerbis apostoli<sup>1</sup>, sermone<sup>2</sup> xxviii<sup>3</sup>. De eo qui iurat<sup>4</sup> uerum esse<sup>5</sup> quod<sup>6</sup> falsum putat, et e conuerso<sup>7</sup>*

Homines enim falsum iurant, uel cum fallunt aut putat homo uerum esse quod falsum est, et temere iurat, aut scit uel putat falsum esse, et tamen pro uero iurat<sup>8</sup>, et

<sup>1</sup> apostoli CRPZTH(after corr.)A; Domini B

<sup>2</sup> sermone RXBP; de sermone CLW; sermo Z; serm' THQA

<sup>3</sup> de uerb. - xxviii om. S

<sup>4</sup> iurat LRXSWBP; iurauerit C

<sup>5</sup> corr. fr. uel W

<sup>6</sup> quod CLSBP; om. RXW

<sup>7</sup> De - conuerso CLRWBP; om. ZTHA

nichilominus cum scelere iurat. Distant autem ista periuria que duo commemorauit. Fac illum<sup>9</sup> iurare, quia uerum putat esse pro quo iurat. Verum putat esse et [fo.193va] tamen falsum est, non ex animo iste periurat, fallitur. Hoc pro uero habet, quod falsum est, non<sup>10</sup> pro re falsa sciens iurationem interponit. Da alium. Scit falsum esse et dicit uerum esse, et iurat tanquam uerum sit quod scit falsum esse. Videtis quam ista detestanda sit belua, et de rebus humanis exterminanda. Quis enim fieri uelit? Omnes homines talia detestantur. Fac alium. Putat falsum esse et iurat tanquam uerum sit, forte uerum est. Verbi gratia ut intelligatis. Pluit in<sup>11</sup> illo loco, interrogas hominem et<sup>12</sup> pluisse, et ad<sup>13</sup> negocium ipsius competit ut dicat, Pluit, sed putat non pluisse. Dicitur enim, Vere pluit? Vere et iurat et tamen pluit ibi, sed ille nescit, et putat non pluisse, periurus est. Interest quemadmodum uerbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi rea mens.

ID 12.39 as CB Varia IC 13a; IP 8.111; C 22 q 2 c 3

<sup>8</sup> aut scit - uero iurat in mg. J

<sup>9</sup> C has here an obscure word

<sup>10</sup> non CRSBZTQA; et H

<sup>11</sup> ss A

<sup>12</sup> putat add. ID; an obscure word here in C; dicit add. ss L<sup>2</sup>S; RXWBPZJTHA as here

<sup>13</sup> ss A

## 24

*Item. Augustinus<sup>1</sup> de uerbis apostoli, cp. xxviii<sup>2</sup>. Non esse mentiendum causa humilitatis<sup>3</sup>*

Cum ergo humilitatis causa mentiris si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficeris quod euitaras. Veritas in te<sup>4</sup> non est, nisi te ita dixeris peccatorem, ut etiam esse<sup>5</sup> cognoscas. Veritas autem ipsa est, ut quod es dicas. Nam quomodo est humilitas, ubi regnat falsitas?

ID 12.42 as CB Varia IC 14b; IP 8.128; C 22 q 2 c 9

<sup>1</sup> after uerbis W

<sup>2</sup> cap. xxviii CRWPZTHA; om. B. Aug. - xxviii] Idem S

<sup>3</sup> Non - humilitatis CRSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> in te C<sup>2</sup>RWBZJBTQ; intem S?; ante H; m'te A; ? C

<sup>5</sup> ss T

## 25

*Augustinus questionum super Genesim, cap. cxlv<sup>1</sup>. Quod cum ea que non sunt tanquam ioco dicuntur, non putantur mendacia<sup>2</sup>*

Quod ait fratribus suis Ioseph, Nesciebatis quia non est augurio homo qualis ego, de hoc augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem suum quid sibi uelit queri solet, an quia non serio sed ioco dictum est, ut exitus docuit, non est habendum mendacium. Mendacia [fo.193vb] enim a mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem que non sunt tanquam ioco dicuntur, non putantur<sup>3</sup> mendacia.

ID 12.43; IP 8.129; C 22 q 2 c 18

<sup>1</sup> cap. cxlv CRWPZTHA; om. B. quest. - cxlv om. S

<sup>2</sup> Quod - put. mendacia (mend. put. W) CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> putantur CLRX; deputantur SWBPZJTHA

## 26

*Aug' de conflictu<sup>1</sup> uiciorum atque uirtutum<sup>2</sup>. Quod non oporteat aliquem<sup>3</sup> artificioso mendacio uel simplici uerbo mentiri<sup>4</sup>*

Nec artificioso mendacio, nec simplici uerbo oportet<sup>5</sup> decipere quemquam, quia quolibet modo<sup>6</sup> mentitur quis<sup>7</sup>, os quod mentitur occidit animam.

*ID 12.44a; C 22 q 2 c 13*

<sup>1</sup> con- ss H<sup>2</sup>

<sup>2</sup> cap. xviii add. ZJTHA, om. CRWBP. Aug. – uirt.] Idem S

<sup>3</sup> in mg. R

<sup>4</sup> Quod - mentiri CR(aliquem in mg.)SWBP; om. ZTHA

<sup>5</sup> corr. from optet T

<sup>6</sup> modo CRSWBP; morbo ZJTHA

<sup>7</sup> ss L<sup>2</sup>

## 27

*Augustinus in<sup>1</sup> quinto psalmo<sup>2</sup>. Spirituali homini nullo modo esse<sup>3</sup> mentiendum<sup>4</sup>*

Ne<sup>5</sup> quis arbitretur perfectum et spiritualem hominem pro ista temporali uita in cuius mortem occiditur anima, siue sua siue alterius debere mentiri. Sed quoniam aliud est mentiri, aliud est uerum occultare, siquidem aliud est falsum dicere<sup>6</sup>, aliud<sup>7</sup> uerum tacere, si quis forte uel ad istam uisibilem mortem non uult hominem prodere, paratus esse debet uerum occultare, non falsum dicere, ut neque prodat neque mentiatur, nec occidat animam suam pro corpore alterius.

*ID 12.46a; IP 8.130a; C 22 q 2 c 14a*

<sup>1</sup> in CRBZTQA; om. H

<sup>2</sup> Aug. ps. ] Idem S

<sup>3</sup> ss B

<sup>4</sup> Spirituali - mentiendum CLRSWBP; om. ZTHA

<sup>5</sup> Ne CRSWBZJQH; Nec TA

<sup>6</sup> aliud est falsum dicere after tacere below S; as here CLRXPZTHA

<sup>7</sup> est add. STHQA, om. CRWBZJ

## 28

*Item. Duo esse genera mendaciorum in quibus non est magna culpa<sup>1</sup>*

Duo sunt genera mendaciorum in quibus non magna culpa<sup>2</sup> est, sed tamen non sunt sine culpa. Cum autem iocamur, aut<sup>3</sup> proximo mentimur. Illud primum in iocando, ideo non est perniciosum, quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo mitius est, quia retinet nonnullam beniuolentiam. Illud uero quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est, tanquam uerbi gratia, si cui gladius commendetur, et<sup>4</sup> promittat se<sup>5</sup> redditurum cum ille qui commendauit poposcerit, si forte gladium suum repetat furens, manifestum est non esse reddendum, ne uel<sup>6</sup> se [fo.194ra] occidat uel alios, donec ei sanitas restituatur. Hoc ideo non habet duplex cor, quia ille cui commendatus est gladius cum promittebat se redditurum poscenti non cogitabat furentem posse repetere. Manifestum est non esse culpandum aliquando uerum tacere, falsum autem dicere non inuenitur concessum sanctis.

*ID 12.46b; IP 8.130b; C 22 q 2 c 14b*

<sup>1</sup> Duo - culpa CRSWBP; om., continuing directly from the previous canon ZTHA

<sup>2</sup> magna culpa (in mg. J) CRPZJTHA; culpa magna B

<sup>3</sup> pro add. ZJTHA, om. CRSWBP

<sup>4</sup> ss H

<sup>5</sup> esse add. CL, om. RXSWBPZTHA

<sup>6</sup> uel CLR<sup>2</sup>SBPZTHA; om. RX



## 29

*Augustinus ad Oceanum*<sup>1</sup>. *Tropicam loquutionem non esse mendacium*<sup>2</sup>

Nulla modo michi uidetur tropicam loquutionem recte dici posse mendacium. Non enim mendacium est, cum letum diem dicimus, quod letos nos faciat, aut triste lupinum, quod gustantem amaro sapore contristet. Nequaquam ista sunt mendacia.

ID 12.47

---

<sup>1</sup> ad Oc. om. S

<sup>2</sup> Tropicam - mendacium CRSWBP; om. ZTHA

## 30

*Ex concilio Toletano, cp. viiii. De illis qui iniusta uota iuramento*<sup>1</sup> *firmauerint*<sup>2</sup>

Necesse<sup>3</sup> est enim<sup>4</sup> ut male iurans dignam penitentiam agat, eo quod nomen Domini contra preceptum illius sumpsit in uanum, quia in Exodo scriptum est, Nec enim insontem habebit Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei<sup>5</sup> sui frustra. Et in Leuitico, Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Domini Dei tui, ego Dominus. Malum tamen quod facturum se sacramento deuouerat, omnino non faciat, quia stulta uota frangenda sunt.

ID 12.64 as BD 12.7; C 22 q 4 cc 14-5

---

<sup>1</sup> uota iuramento CRBZTA; iuramenta H

<sup>2</sup> Ex - cp. viiii (xi P). De - firm. CRWBP; De - firm. S; De - firm. Ex - cap. viiii ZTHA; Ex - viiii Q

<sup>3</sup> Sec- A

<sup>4</sup> est enim CSWRBZJTA; enim est HQ

<sup>5</sup> om. A

## 31

*Ex decretis*<sup>1</sup> *Sotheris pape, cp. iii*<sup>2</sup>. *De illis qui incaute iurauerint*<sup>3</sup>

Si aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum<sup>4</sup> peiorem in exitum uergat<sup>5</sup>, illud consilio salubriori mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate periurandum nobis quam perfecto iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.

ID 12.75 as BD 12.18, ID 12. 13a, above 3.22.13a as 'Bede'; IP 8.118; C 22 q 4 c 16

---

<sup>1</sup> decretis CRWBPHQ; dec' ZJT; concilio A

<sup>2</sup> Ex - iii om. S

<sup>3</sup> Ex - cp. iii. De - iurau. CRWBP; De - iurau. Ex - cap. iii ZTHA

<sup>4</sup> after corr. R

<sup>5</sup> in exitum uergat CRSWBP; uergat in exitum ZJTHQA

## 32

*Epistola Fulberti episcopi. Que in memoria habere debeat qui domino suo fidelitatem iurat, et*<sup>1</sup> *quod Dominus in*<sup>2</sup> *eisdem fideli suo uicem rependere debeat*<sup>3</sup> [fo.194rb]

De forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hec uobis que sequuntur breuiter ex librorum auctoritate notauit<sup>4</sup>. Qui domino suo fidelitatem<sup>5</sup> iurat, ista sex in memoria semper habere debet<sup>6</sup>. Incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolume

---

<sup>1</sup> iurat et CRXSBP; iurauit L

<sup>2</sup> ss L<sup>2</sup>

<sup>3</sup> Que - debeat CLRXSGBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> notauit CRBTHQ; notatur A

<sup>5</sup> after corr. C

<sup>6</sup> debet LRXSGBPZTHA; debeat C

uidelicet ne sit in dampnum<sup>7</sup> domino de corpore suo. Tutum, ne sit ei in dampnum de secreto suo, uel de munitionibus per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in dampnum de sua iusticia, uel de aliis causis que ad honestatem eius pertinere uidentur. Vtile ne sit ei in dampnum de suis possessionibus. Facile uel possibile, ne id bonum quod dominus suus leuiter facere poterat<sup>8</sup>, faciat ei<sup>9</sup> difficile, neue id quod possibile erat, reddat ei impossibile. Vt fidelis hec nocumenta caueat iustum est, sed non ideo casamentum<sup>10</sup> meretur. Non enim sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est. Restat ergo ut in<sup>11</sup> eisdem sex supradictis consilium et auxilium domino suo fideliter prestat, si beneficio dignus uideri uult, et saluus esse de fidelitate quam iurauit. Dominus quoque fideli suo in his omnibus uicem reddere debet. Quod si non fecerit, merito censebitur<sup>12</sup> malefidus, sicut ille si in eorum preuaricatione uel faciendo uel consentiendo deprehensus fuerit perfidus et periurus.

ID 12.76; IP 8.122; C 22 q 5 c 18

---

<sup>7</sup> after corr. R

<sup>8</sup> facere poterat CRBZTHQ; poterat facere A

<sup>9</sup> faciat ei CRWPZJTHQ; facile ei B; faciat A

<sup>10</sup> corr. fr. causam- R

<sup>11</sup> in CRSBZTQA; tam (*later canc.*) H

<sup>12</sup> after corr. H

### 33

*Ex concilio Elibertano, cp. i. Quod definitio incauta soluenda sit<sup>1</sup>*

Definitio incauta laudabiliter soluenda, nec preuaricatio est, sed temeritatis emendatio.

ID 12.80 as BD 12.25; C 22 q 4 c 17

## B XXIII

### DE INIVRIOSIS ET FLAGITIOSIS<sup>2</sup>

- <sup>3</sup>i. Quod nullus proximum expoliare debeat
- ii. Quid inter furtum sit et rapinam
- iii. De eo qui rem alienam abstulerit, nec eam reddiderit, cum tamen reddere possit

---

<sup>1</sup> Ex - cp. i. ( cap. i om. B) Quod - sit CRWBP; Quod - sit S; Quod - sit. Ex - cap. i ZJTHA

<sup>2</sup> De iniur. et flag. CLWB; Capitula de iniur. et flag. S; De iniur. P

<sup>3</sup> capitulatio om. ZJTHQA, in CLRXSWBP

### 1

*Ex libro questionum Exodi sancti Au[fo.194va]gustini. Quod nullus proximum expoliare debeat<sup>1</sup>*

Dixit Dominus ad Moysen, Petat uir a proximo et mulier a proxima, uasa argentea, et aurea, et uestem. Non hinc quisque sumendum exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximum. Hoc enim Deus iussit, qui nouerat quemquam quod pati oporteret, nec Israelite fecerunt, sed Deo iubente ministerium prebuerunt. Quemadmodum cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, profecto si

---

<sup>1</sup> Ex - Aug. Quod - debeat CRSWBP; De raptoribus, furibus, uenatoribus (ueneratoribus A), et aliis malisfactoribus (*corr. fr. -aribus H*). Ex - Aug' ZJ(*insc. in mg.*)THQA (*apparently paraphrasing the title of ID Bk. XII*)

id sponte faciat, homicida est, etiam si eum occidat quem scit a iudice debuisse occidi<sup>2</sup>.

*ID 13.2 as BD 11.53; +C 14 q 5 c 12 to prebuerunt, C 23 q 5 c 14 from Cum minister iudicis*

<sup>2</sup> debuisse occidi CRBZTHQ; occidi debuisse A

## 2

*Item. Ex eodem libro. Quid inter furtum sit et rapinam<sup>1</sup>*

Penale<sup>2</sup> est occulte auferre, multo maioris pene<sup>3</sup> est uisibiliter eripere. Auferre<sup>4</sup> ergo nolenti siue occulte siue palam, habet preceptum suum. Furti<sup>5</sup> enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei aliene. Non<sup>6</sup> enim rapinam permisit<sup>7</sup> qui furtum prohibuit, sed utique sub furti nomine in lege ueteris testamenti et rapinam intelligi uoluit. A parte<sup>8</sup> enim totum significauit<sup>9</sup>, quicquid illicite rerum proximi aufertur.

*ID 13.3 as BD 11.54; +C 14 q 5 c 13*

<sup>1</sup> Item (Idem ZJTA) - libro .Quid - rapinam CRWBPZJTA; Item. Quid – rapinam S; Quid (*corr. fr.* Quod) - rapinam. Idem ex eodem libro H; Idem - lib. (Quid -- rap. *in mg.*) Q

<sup>2</sup> Venale Q

<sup>3</sup> pene CLWBPZTHQA; *om.* RXS

<sup>4</sup> Auferre CSR<sup>2</sup>BPZTHA; Auferte LRX

<sup>5</sup> *corr. fr.* furtim R

<sup>6</sup> Non CRBZTHQ; Nam A

<sup>7</sup> perm- CRZTHA; prom- B

<sup>8</sup> *corr. from* patre T

<sup>9</sup> *corr. fr.* -eat R

## 3

*Augustinus in epistola ad Armentarium et Paulinam<sup>1</sup>. De eo qui rem alienam abstulerit, nec eam reddiderit cum tamen reddere possit<sup>2</sup>*

Si res aliena propter quam peccatum est cum reddi possit non redditur, non agitur penitentia, sed fingitur. Si autem ueraciter agitur<sup>3</sup> non remittetur peccatum nisi restituatur ablatum, si<sup>4</sup> ut dixi<sup>5</sup> restitui potest. Plerumque enim qui aufert amittit, siue alios patiendos malos, siue ipse male uiuendo, nec aliud habet unde restituatur. Huic certe non possumus dicere, [fo.194vb] Redde quod abstulisti, nisi eum habere credimus et negare. Vbi quidem si aliquos sustinet cruciatus repente, dum existimatur habere quod reddat<sup>6</sup>, nulla iniquitas. Quia si non est unde luat ablatam pecuniam, tamen dum eam per molestias corporales reddere compellitur, peccati quo male ablata est penas luit. Sed inhumanum non est, etiam pro talibus intercedere, non ad hoc ut minime restituantur aliena, sed ne frustra homo in hominem seuiat.

*ID 13.4, cf 15.25, below 28.6; C 14 q 6 c 1a*

## B XXIV

### <sup>7</sup>DE VSVRARIIS<sup>8</sup>

- i. De usurariis et aliis qui aliquid de malo habent
- ii. Quod qui plus expectat quam dedit fenerator est

<sup>1</sup> Aug. – Paul.] Item S

<sup>2</sup> De - possit CRSWBP; *om.* ZTHA

<sup>3</sup> *ss* T

<sup>4</sup> si LXS<sup>2</sup>WBP; sed RZJTHQA; ? C

<sup>5</sup> cum *add.* ZJTH<sup>2</sup>QA, u' *add.* H, *om.* CRSWBP

<sup>6</sup> -ur *add. and canc.* Z

<sup>7</sup> *title and capitulatio om.* ZJTHQA, in CLR<sup>2</sup>SWBP

<sup>8</sup> De Vs. CLR<sup>2</sup>SW; *om.* BP

- iii. Quod quicquid plus accipitur quam datum sit, usure nomine appellatur  
 iiiii. Quod fenus exercentes infames<sup>9</sup> sint  
 v. Quod etiam in mercibus accipiendis sit usura<sup>10</sup>  
 vi. Vt clerici ab omni negotiationis ingenio se abstineant uel a clericali officio cessent

<sup>9</sup> corr. fr. -mess R

<sup>10</sup> cc 4-5 originally reversed, but corrected B

1

*Augustinus de uerbis Domini, tractatu xxxv<sup>1</sup>. De usurariis et aliis qui aliquid de malo habent<sup>2</sup>*

Nolite uelle elemosinas facere de fenore et usuris. ITEM. Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum, qui<sup>3</sup> non habetis<sup>4</sup> de malo nolite acquirere de malo. Esto bonus tu qui facis de malo, et cum ceperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui conuertuntur<sup>5</sup> in bonum, et tu remanes malus?

*ID 13.16; C 14 q 5 c 1 to fenore et usuris, C 14 q 5 c 14 from Qui habetis*

<sup>1</sup> xxxv CRSWBJTQA; xxv Z

<sup>2</sup> De - habent CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> qui CRBZTHQ; quod A

<sup>4</sup> corr. from ? C

<sup>5</sup> conuertuntur CLRXWBZJTA<sup>2</sup>; conuertentur S; conuertantur HQ; reconuertuntur A

2

*Augustinus in xxxvi psalmo<sup>1</sup>. Quod qui plus expectat quam dedit fenerator est<sup>2</sup>*

Si feneraueris hominem, id est si<sup>3</sup> tu mutuuum dederis pecuniam tuam a quo plus quam dedisti expectes, non pecuniam solam sed aliquid plus quam dedisti, siue illud triticum sit, siue uinum, siue oleum, [fo.195ra] siue quodlibet<sup>4</sup> aliud<sup>5</sup> si plus<sup>6</sup> quam dedisti expectes accipere, fenerator es, et hoc improbandus non laudandus.

*ID 13.17; C 14 q 3 c 1*

<sup>1</sup> Aug. - psalmo] Item S

<sup>2</sup> Quod - est CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> ss A

<sup>4</sup> quodlibet CRSWB; quod ZJTHQ; quid A

<sup>5</sup> aliud CRSBPZTA; om. W

<sup>6</sup> pus H

3

*Ieronimus super Ezechielem, libro vi<sup>1</sup>. Quod quicquid plus accipitur quam datum sit, usure nomine appellatur<sup>2</sup>*

Putant quidam usuram<sup>3</sup> tantum esse in pecunia. Quod prouidens diuina scriptura, omnis rei aufert superhabundantiam ut plus non recipias<sup>4</sup> quam dedisti. ITEM. Alii pro pecunia fenerata solent munuscula accipere diuersi generis, et non intelligunt<sup>5</sup> usuram appellari, et superhabundantiam quicquid illud est si ab eo quod dederint plus reacceperint<sup>6</sup>.

<sup>1</sup> lib. vi om. S

<sup>2</sup> Quod - appellatur CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> corr. fr. usurandum R

<sup>4</sup> recipias CRWZTHA; accipias B; repias P

<sup>5</sup> corr. fr. -ant H

<sup>6</sup> reaccep- CLRWBJTHA; accep- S; recep- Z

ID 13.18; IP 3.160; C 14 q 3 c 2

## 4

*Codicum libro ii, cp. xxiii<sup>1</sup>. Quod fenus exercentes infames sint<sup>2</sup>*

Improbum fenus exercentibus et usuras usurarum illicite exigentibus infamie macula irroganda est.

ID 13.19

<sup>1</sup> xxii P. Cod. – xxiii om. S

<sup>2</sup> Quod - sint CRSWBP; om. ZTHA

## 5

*Ambrosius de Nabute<sup>1</sup>. Quod etiam in mercibus accipiendis sit usura<sup>2</sup>*

Plerique refugientes precepta legis, cum dederint pecuniam negociatoribus non in pecunia usuras exigunt, sed de mercibus eorum tanquam usurarum emolumenta percipiunt, ideo audiant quid lex dicat. Neque usuram, inquit, escarum accipies, neque omnium rerum. ITEM. Esca<sup>3</sup> usura est, et uestis<sup>4</sup> usura est, et quodcumque sorti accidit usura est<sup>5</sup>, quod uelis<sup>6</sup> ei nomen imponas, usura est. ITEM. Si quis instaurandum conuiuium<sup>7</sup> putat, ad negociatorem mittit, ut absintiati<sup>8</sup> cupellam<sup>9</sup> sibi gratis deferat, ad cauponem dirigit, ut Picenum<sup>10</sup> uinum aut Tyriacum requirat, ad lanium<sup>11</sup> ut<sup>12</sup> uuluam<sup>13</sup> sibi procuret, ad aliud ut sibi poma<sup>14</sup> adornet.<sup>15</sup> ITEM. Ab illo exige usuram, cui nocere merito desideras, cui iure inferuntur arma. Huic legitime inferuntur usure. [fo.195rb] Quem bello non potes facere<sup>16</sup> uincere ab hoc usuram exige, quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui usuram flagitat. Sine gladio se de hoste ulciscitur, qui fuerit<sup>17</sup> usurarius exactor<sup>18</sup> inimici. Ergo ubi ius belli, ibi ius usure.

ID 13.26b, 27; C 14 q 3 c 3 to adornet, C 14 q 4 c 12 from Ab illo

<sup>1</sup> Nabute CRSBZTQ; Nubate A

<sup>2</sup> Quod – sit usura (usura sit W) CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> Esca CRBPZTHQ; Osca A

<sup>4</sup> uestis LR<sup>2</sup>XSBPZTHA; uestes R; ? C

<sup>5</sup> et quodcumque sorti – est in mg. T

<sup>6</sup> uelis CRBZTHQ; uel A

<sup>7</sup> con and lacuna A

<sup>8</sup> absint- CLRXWBZTHA; absint- P

<sup>9</sup> cupellam CRBZTHQ; culpellam A

<sup>10</sup> Pic- CRBZTHQ; Pisc- A

<sup>11</sup> -um add. in mg. C

<sup>12</sup> corr. fr. aut H

<sup>13</sup> -uam ss S

<sup>14</sup> sibi poma CRBPJTHA; poma sibi Z

<sup>15</sup> ITEM. Si quis inst. – adornet om. S

<sup>16</sup> facere CRZJTHA; facete W; facile B<sup>2</sup>P

<sup>17</sup> fuerit CR(before obsc. corr.)XWB<sup>2</sup>PZJTQA; fuerat SB?; furit H

<sup>18</sup> exactor CRBZJTHQ; exauctor A

## 6

*Gelasius papa per Lucaniam, Britias, et Siciliam, cap. xii<sup>1</sup>. Vt clerici ab omni negociationis ingenio se abstineant, uel a clericali officio cessent<sup>2</sup>*

Clerici aut ab indignis questibus nouerint abstinendum, et ab omni cuiuslibet negociationis<sup>3</sup> ingenio uel cupiditate cessandum, aut in quocumque gradu sint mox a clericalibus officiis abstinere cogantur.

<sup>1</sup> Gel. – xii om. S

<sup>2</sup> Vt - cessent CRSWBP; om. ZTHA

ID 13.28; C 14 q 4 c 1

## B XXV

### <sup>4</sup>DE VENATORIBVS<sup>5</sup>

- i. Nichil dandum esse uenatoribus uel histrionibus uel meretricibus
- ii. Quod qui uident uenatorem et delectantur uidebunt Saluatorem et contristabuntur
- iii. Quod in scripturis nullus sanctus uenator inueniatur, piscatores uero multi
- iiii. Quod ei nil prosit ieiunare qui uenatibus luxuriatur
- v. Regule de feris, bestiis, uolucris, piscibus et apibus quando capientibus concedantur

---

<sup>3</sup> -cia- ss Q

<sup>4</sup> heading and capitulatio om. ZJTHQA, in CLRXSWBP

<sup>5</sup> corr. from Veneratoribus C; De uen. om. P

#### 1

*Augustinus super psalmum cii<sup>1</sup>. Nichil dandum esse uenatoribus uel hystrionibus uel meretricibus<sup>2</sup>*

Qui uenatoribus<sup>3</sup> donant, quare donant? Dicant michi quare dant uenatori. Hoc in illo amant in quo nequissimus est. Hoc in illo pascunt<sup>4</sup>, hoc in illo uestiunt, ipsam nequitiam publicam spectaculis omnium. Qui donat histrionibus, qui donat meretricibus quare donat? Numquid non et ipsi hominibus donant? Non tamen naturam ibi attendunt operis Dei, sed nequitiam operis humani. ITEM. Qui [fo.195va] uenatori donat, non homini donat, sed arti nequissime. Nam si homo tantum esset, et uenator non esset, non ei donares. Honoras<sup>5</sup> in eo uicium, non naturam.

ID 13.31; +D 86 cc 8-9

---

<sup>1</sup> Aug. – cii om. S

<sup>2</sup> Nihil - meretricibus (-ci- ss B) CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> uenat- RBZTHQ; uenerat- A; ? C

<sup>4</sup> corr. fr. posc- Z

<sup>5</sup> Horas Q

#### 2

*Augustinus super psalmum cxlvii<sup>1</sup>. Quod qui uident uenatorem et delectantur uidebunt Saluatorem et contristabuntur<sup>2</sup>*

Vident homines uenatorem et delectantur. Ve miseris, si non se correxerint. Qui enim uident uenatorem et delectantur, uidebunt Saluatorem et contristabuntur.

ID 13.32; +D 86 c 10

---

<sup>1</sup> Aug. super ps. cxlvii (clxlvi R after corr.) CRXWPZJTHA; Item S; Aug. B

<sup>2</sup> Qui - contr. (contristantur P) CRSWBP; om. ZJTHA

## 3

*Ieronimus super psalmum xc<sup>1</sup>. Quod in scripturis nullus sanctus uenator inueniatur, piscatores uero multi<sup>2</sup>*

Esau uenator erat, quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in scripturis sanctis, sanctum aliquem<sup>3</sup> uenatorem, piscatores inuenimus sanctos.

ID 13.33; +D 86 c 11

<sup>1</sup> xc CRSBZJTQA; 1 add. H<sup>2</sup>; om. H

<sup>2</sup> Quod - multi CRSWBP; om. ZJTHA

<sup>3</sup> ss A

## 4

*Ambrosius de omelia xl<sup>1</sup>, que sic incipit, Diximus superiori dominica<sup>2</sup>. Quod ei nichil prodest ieiunare qui uenatibus luxuriatur<sup>3</sup>*

Quid prodest ieiunare uisceribus et luxuriari uenatibus, abstinere cibis, errare peccatis? ITEM. An putatis illum ieiunare fratres qui primo diluculo<sup>4</sup> non ad ecclesiam uigilat, non beatorum martyrum sancta loca perquirat, sed surgens<sup>5</sup> congregat seruulos, disponit retia, canes producit, saltus siluasque perlustrat? Seruulos inquam secum pertrahit fortasse magis ad ecclesiam festinantes<sup>6</sup>, et uoluptatibus<sup>7</sup> suis peccata accumulata aliena, nesciens reum se futurum tam de suo delicto quam de perditione seruorum.

ID 13.34; +D 86 cc 12-13

<sup>1</sup> xl CRBZJTHQ; xi A

<sup>2</sup> sup. dominica CRZJTHA; sup. B; dom. sup. Q; Diximus -- dom. om. WP. de omelia – dominica] in omeliis S

<sup>3</sup> Quod - lux. CRSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> -lu- ss A

<sup>5</sup> corr. from sugens A

<sup>6</sup> corr. fr. -ibus Q

<sup>7</sup> -bus ss Q

## 5

*Institutionum<sup>1</sup> libro<sup>2</sup> ii, titulo i<sup>3</sup>. Regule de feris, bestiis, uolucris, piscibus, et apibus, quando capientibus concedantur<sup>4</sup>*

Fere<sup>5</sup> bestie, et uolucres, et pisces, id est omnia animalia [fo.195vb] que in terra, mari, celoque nascuntur simul atque ab aliquo capta fuerint, iure gentium<sup>6</sup> illius esse incipiunt<sup>7</sup>. Quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti conceditur, nec interest, feras, bestias, et uolucres, utrum in suo fundo quisque capiat<sup>8</sup>, an<sup>9</sup> in alieno. Plane qui alienum fundum ingreditur uenandi aut aucupandi gratia, potest a domino si is prouiderit prohiberi ne ingrediatur. Quicquid autem ceperis eo usque tuum esse intelligitur, donec tua custodia cohercetur. Cum autem euaserit custodiam tuam, et in naturalem libertatem se receperit, tuum esse desiit, et rursus occupantis fit. Naturalem autem<sup>10</sup> libertatem recipere intelligitur<sup>11</sup>, cum uel oculos tuos effugerit, uel

<sup>1</sup> -ionum CRWBZ; -it' JTA; -io HQ

<sup>2</sup> libro C?LRWBP; lib' ZJTQA; libri H

<sup>3</sup> Inst. – i om. S

<sup>4</sup> Regule - concedantur (-atur P) CLRSWBP; om. ZTHQA

<sup>5</sup> Vere Q

<sup>6</sup> statim add. ZJTHQA, om. CRSWBP

<sup>7</sup> in- ss S

<sup>8</sup> capiat quisque subsequently reversed A

<sup>9</sup> ss Q

<sup>10</sup> autem CRBZTHQ; aut A

<sup>11</sup> -itur CRBTQA; -igi H

ita sit in conspectu tuo ut difficilis sit eius persecutio. Illud quesitum est, an si fera, bestia, ita uulnerata sit ut capi possit, statim tua esse intelligatur. Quibusdam placuit tuam esse, et eo usque tuam uideri, donec eam persequaris. Quod si desieris persequi, desinit tua esse, et rursus fieri occupantis. Alii non aliter putauerunt tuam<sup>12</sup> esse, quam si ceperis, sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quia multa accidere solent, ut eam non capias<sup>13</sup>. Apum<sup>14</sup> quoque natura fera est. Itaque que in arbore tua consederint<sup>15</sup>, antequam a te alueo includantur<sup>16</sup>, non magis tue<sup>17</sup> esse intelliguntur quam uolucres que in tua arbore<sup>18</sup> nidum fecerint. Ideo si alius eas incluserit, is earum dominus erit. Fauos quoque si quos effecerint quilibet eximere potest. Plane integrare<sup>19</sup> si prouideris ingredientem in fundum tuum, potes [fo.196ra] eum iure prohibere<sup>20</sup> ne ingrediatur. Examen quoque ex alueo tuo si<sup>21</sup> euolauerit, eo usque tuum intelligitur donec in conspectu tuo est, nec difficilis eius persecutio est. Alioquin occupantis fit. Pauonum et columbarum fera natura est, nec ad rem pertinet quod ex consuetudine auolare et reuolare solent, nam et apes idem faciunt, quarum constat feram<sup>22</sup> esse naturam. Ceruos<sup>23</sup> quoque ita quidam mansuetos habent, ut in siluas ire et redire soleant, quorum et ipsorum feram esse naturam nemo negat. In his autem animalibus que ex consuetudine abire et redire solent, talis regula comprobata est, ut eo usque tua esse intelligantur donec animum reuertendi habeant. Nam cum reuertendi animum habere desierint, etiam tua esse desinunt et fiunt occupantium. Reuertendi autem uidentur animum<sup>24</sup> desinere habere cum reuertendi<sup>25</sup> consuetudinem<sup>26</sup> deseruerint. Gallinarum et anserum non est fera natura<sup>27</sup>, idque ex eo possumus intelligere, quod alie<sup>28</sup> sunt galline quas feras uocamus. Item alii anseres sunt quos feros<sup>29</sup> appellamus. Ideoque si anseres tui aut tue galline aliquo casu turbati turbateque euolauerint, licet conspectum tuum effugerint, quocumque loco sunt, tui tueque esse intelliguntur, et qui lucrandi animo ea animalia retinet, furtum intelligitur committere.

*ID 13.35 (as CB Varia IA 29d to reuertendi habeant); IP 5.76*

## B XXVI

### [DE TRUNCATIONE MEMBRORUM]<sup>30</sup>

<sup>31</sup>i. De his qui truncationes membrorum et domorum incendia fecerint

<sup>12</sup> *corr. fr.* putauer' J

<sup>13</sup> ut - capias *repeated and canc.* H

<sup>14</sup> Apium S

<sup>15</sup> consed- CRWBZQ; consid- JTHA

<sup>16</sup> includantur CRSB<sup>2</sup>PZJTHQ; incluantur B; incalidantur A

<sup>17</sup> tue CRPZJTHQA; tua B

<sup>18</sup> tua arb. CRBZJTQA; arb. tua H

<sup>19</sup> re C?LRSWPZTHA; *om.* B

<sup>20</sup> prohibere CRBZTHQ; probere A

<sup>21</sup> *corr. fr.* se B

<sup>22</sup> *ss* X, *after* esse S

<sup>23</sup> Ceruos CLRXPZTHA; Coruos S

<sup>24</sup> uid. (*in mgs* Z) animum CRPZJTHA; animum uid. B

<sup>25</sup> *corr. fr.* -dinem R

<sup>26</sup> *ss* R

<sup>27</sup> *ss* Z

<sup>28</sup> alie C?RBZTHQ; alte A

<sup>29</sup> feros CRSWBP; feras ZJTHQA

<sup>30</sup> De trunc. membr. S; De truncatione membrorum et domorum X; *Heading obliterated in CB; no heading in LRWP. De illis qui succendunt domos as running title X; De truncatione memb. et qui domorum incendia faciunt running title in S*

<sup>31</sup> *capitulatio om.* ZJTHQA, *in* CLRXSWBP



- ii. De his qui per necessitatem cibaria, uestem uel pecus<sup>32</sup> furantur  
 iii. De his qui commensationibus uel ebrietatibus student  
 iiiii. Quod furiosus non possit uxorem ducere, matrimonium tamen potest  
 retinere [fo.196rb]  
 v. De furiosis filiis uel quibuslibet liberis  
 vi. De eo si quis furore innocentem peremerit  
 vii. De eodem  
 viiii. De impubibus et furiosis si testamentum fecerint  
 viiiii. De seruis Iudeorum, Iudeis uel paganis, si Christiani fieri uoluerint

<sup>32</sup> pecus CLRXSWB; ? P

### 1

*Ex decretis Eutichiani pape. De his qui truncationes membrorum et domorum incendia fecerint<sup>1</sup>*

Si quis membrorum truncationes, domorum incendia fecerit, siue facere iusserit, aut facienti consenserit, quousque de his unicuique legaliter uel amicabiliter coram episcopo ciuitatis, aliisque ciuibus non emendauerit ab ecclesia se priuatum cognoscat. Si uero post secundam et tertiam conuencionem cuncta in quibus arguitur non emendauerit<sup>2</sup> tanquam ethnicus et publicanus ab omni Christianorum collegio separetur.

ID 13.40 as BD 11.30; +C 23 q 8 c 31

<sup>1</sup> Ex - pape. De - fecerint CRSWBP; De his qui truncationes membrorum, depredationes et domorum incendia fecerint. Ex decreto Eutichiani pape ZTHQA as BD

<sup>2</sup> ab ecclesia se priuatum - non emendauerit in ZJTHQA as ID, om. CRXSWBP (as C 23 q 8 c 31)

### 2

*Ex penitentiali Theodori Cantuariensis archiepiscopi<sup>1</sup>. De his qui per necessitatem cibaria, uestem uel pecus furantur<sup>2</sup>*

Si quis per necessitatem furatus fuerit cibaria, uel uestem uel pecus<sup>3</sup>, per famem aut per nuditatem, peniteat ebdomas tres. Si reddiderit<sup>4</sup>, non cogatur ieunare.

ID 13.42 as BD 11.56

<sup>1</sup> Ex - archiep. om. S

<sup>2</sup> Cant. archiep. De - furantur CLRXW; De - furantur BP; De eadem re J; De furto HQ; om. ZTA

<sup>3</sup> pecus CLR<sup>2</sup>XSWBPZJTHQ; peccus A; ? R

<sup>4</sup> reddiderit CRSBZTHQ; redderit A

### 3

*Aurelius<sup>1</sup> Augustinus<sup>2</sup> in epistola ad Aurelium episcopum<sup>3</sup>. De his qui commensationibus uel ebrietatibus student<sup>4</sup>*

Commensationes et ebrietates ita concesse et licite putantur, ut in honore etiam beatissimorum martyrum, non solum per dies sollempnes, quod ipsum quis non lugendum uideat, qui hec non carnis oculis inspicit, sed etiam cotidie celebrentur? ET POST PAVCA. Non ergo aspere quantum existimo, non duriter, non modo imperiose ista tolluntur, magis docendo quam iubendo, magis<sup>5</sup> monendo quam minando. Sic enim agendum est, cum multitudine, seueritas autem exercenda est in peccata paucorum, [fo.196va] et si quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis

<sup>1</sup> Aurelius CRWPZTHA; om. B

<sup>2</sup> Augustinus CRP; Aug' LXWBHA; Augustus ZTQ

<sup>3</sup> Aurelius - episc.] Aug. S

<sup>4</sup> De - student CRSWBP; om. ZTHQ; De uenatione A

<sup>5</sup> C (but not LRXSWP) appears to have another word added

comminando uindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur<sup>6</sup> spirituales uel spiritualibus proximi, quorum auctoritate et leuissimis quidem sed instantissimis<sup>7</sup> admonitionibus<sup>8</sup> cetera multitudo frangatur.

*ID 13.68; D 44 c 1*

<sup>6</sup> mouebuntur CRBZHQA; monebuntur T

<sup>7</sup> quidem sed inst. LR<sup>2</sup>SBPZTHA; om. R; quidem stant. X; ? C

<sup>8</sup> quorum - adm. apparently rewritten over erasure C

#### 4

*Ambrosius super Lucam, libro i, titulo vi<sup>1</sup>. Quod furiosus non possit uxorem ducere, matrimonium tamen potest<sup>2</sup> retinere<sup>3</sup>*

Furiosus<sup>4</sup> licet ducere uxorem<sup>5</sup> non possit, retinere tamen matrimonium potest.

*ID 13.88 as CB Varia II 16f, cf below 29.126*

<sup>1</sup> tit. vi CRWPZTHQA; om. B. Amb. – vi om. S

<sup>2</sup> potest CRSWP; om. B

<sup>3</sup> Quod - retinere CRSWBP; om. ZTHQA

<sup>4</sup> Cur- A

<sup>5</sup> ducere uxorem CRWZTHQA; uxorem ducere BP

#### 5

*Nouellarum constitutio ciiii<sup>1</sup>. De furiosis filiis<sup>2</sup> uel quibuslibet liberis<sup>3</sup>*

Si furiosus filius uel quecumque persona liberorum<sup>4</sup> sit in furore, eadem teneantur que superius de furiosis parentibus diximus.

*ID 13.90*

<sup>1</sup> Nou. – ciiii om. S

<sup>2</sup> fur. filiis CRSWP; filiis fur. B

<sup>3</sup> De - liberis CRSWBP; om. ZTHQA

<sup>4</sup> liberorum CRBZTHQ; librorum A

#### 6

*Ambrosius Exameron in tractatu primi diei<sup>1</sup>. De eo si quis furore innocentem peremerit<sup>2</sup>*

In iudiciis istiusmodi uoluntarios reos non ex necessitate compulsos culpa stringit, pena condempnat. Neque enim si furore<sup>3</sup> aliquis innocentem peremerit<sup>4</sup> obnoxius morti est, quin etiam ipsius diuine legis oraculo<sup>5</sup> si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugii facultatem, ut possit euadere. Hoc igitur de eo quod proprie malum uidetur dictum sit<sup>6</sup>. Mala<sup>7</sup> enim non sunt, neque crimine mentem implicant, et conscientiam ligant.

*ID 13.91; C 15 q 1 c 6 has more*

<sup>1</sup> Exam. – diei om. S

<sup>2</sup> De - peremerit CRSWBP; om. ZTHQA

<sup>3</sup> fur. si marked for reversal Q

<sup>4</sup> perem A

<sup>5</sup> corr. fr. -ula B

<sup>6</sup> dic. sit mal. uid. marked for reversal Q

<sup>7</sup> in libro add. from next inscr. A

#### 7

*Augustinus in libro<sup>1</sup> questionum ueteris et<sup>2</sup> noui testamenti, cp. ii. De eodem<sup>3</sup>*

<sup>1</sup> in libro om. S; Aug. in libro om. A (in libro inserted in previous canon)

Aliquos<sup>4</sup> scimus subito dementes factos, ferro, fuste, lapidibus, morsibus multis nocuisse, quosdam et occidisse, captos autem industria et iudiciis<sup>5</sup> oblatos minime reos factos eo quod non uoluntate sed [fo.196vb] impellente<sup>6</sup> ui nescio qua<sup>7</sup> hec gesserint nescientes. Quomodo enim reus constituitur, qui nescit quod fecerit?  
*ID 13.92; C 15 q 1 c 5*

<sup>2</sup> et CRPZTHQA; *om.* B

<sup>3</sup> De eodem CRSWBP; *om.* ZTHQA

<sup>4</sup> Sliquos A

<sup>5</sup> iudiciis C<sup>2</sup>R<sup>2</sup>XSWBPZJTHA; iudicis CLR

<sup>6</sup> *corr. from* impoll- A

<sup>7</sup> qua CRWBJTHA; quia Z

## 8

*Institutionum<sup>1</sup> libro ii, titulo ii<sup>2</sup>. De impubibus et furiosis si testamentum fecerint<sup>3</sup>*  
 Testamentum non possunt facere impubes<sup>4</sup>, quia nullum eorum animi<sup>5</sup> iudicium est. Item ebrii qui mente carent. Nec ad rem pertinet si impubes postea pubes factus, aut furiosus postea compos mentis factus fuerit et decesserit<sup>6</sup>. Furiosi autem si per id tempus fecerint<sup>7</sup> testamentum quo furor eorum intermissus est<sup>8</sup>, iure testati<sup>9</sup> esse uidentur.

*ID 13.93 as CB Varia IA 33b, cf above 16.188, below 29.121*

<sup>1</sup> Institutionum CRWBPZ; Institut' JT; Institutio HQ; Institut' A

<sup>2</sup> Inst. – ii *om.* S

<sup>3</sup> De - fecerint CRSWBP; *om.* ZTHA

<sup>4</sup> impubes CRSWBP; impuberes ZJTHQA

<sup>5</sup> *ss above erasure* W

<sup>6</sup> *after corr.* Q

<sup>7</sup> *ss* Q

<sup>8</sup> est CRBZTHQ; *om.* A

<sup>9</sup> testati CRBZTHQ; testamenti A

## 9

*Gregorius Fortunato Neapolitano episcopo. De seruis Iudeorum, Iudeis, uel paganis si Christiani fieri uoluerint<sup>1</sup>*

Fraternitatem uestram oportet esse sollicitam, si de Iudeorum seruiicio non solum Iudeus sed etiam quisquam paganorum fieri uoluerit Christianus, postquam uoluntas eius fuerit patefacta<sup>2</sup>, ne hunc sub quolibet ingenio uel argumento cuiquam<sup>3</sup> Iudeorum uenundandi facultas sit, sed is<sup>4</sup> qui ad Christianam conuerti fidem desiderat defensione uestra in libertatem modis omnibus uindicetur. Hii<sup>5</sup> uero quos huiuscemodi oportet seruos amittere, ne forsitan utilitates<sup>6</sup> suas irrationabiliter existiment impediri, sollicita uos hoc conuenit consideratione seruare, ut si paganos quos mercimonii causa de externis finibus emerint, infra<sup>7</sup> tres menses dum emptor cui uenditi fuerant non inuenitur fugere ad ecclesiam forte contigerit ut uelle se dixerint fieri Christianos, uel etiam extra ecclesiam hanc talem uoluntatem prodiderint<sup>8</sup>, pretium eorum a Christiano scilicet emptore percipiant. Si autem post<sup>9</sup> prefinitos<sup>10</sup>

<sup>1</sup> De - uoluerint CRSWBP; *om.* ZTHA

<sup>2</sup> fuerit pat. CRBTQA; pat. fuerit H

<sup>3</sup> *corr. fr.* cup- Z

<sup>4</sup> is CRBZTHQ; his A

<sup>5</sup> Hii CRSWBPH; Ii ZJTQA

<sup>6</sup> *corr. fr.* -atis R

<sup>7</sup> *another word ss here?* C

<sup>8</sup> *corr. fr.* proded- R

<sup>9</sup> post CRBZTHQ; *om.* A

tres menses, quisquam huiusmodi [fo.197ra] seruorum Iudaicorum uelle suum dixerit, et fieri uoluerit Christianus<sup>11</sup>, nec aliquis eum postmodum emerit, nec dominus qualibet occasionis specie audeat uenundare, sed ad libertatis procul dubio premia perducatur, quia hunc non<sup>12</sup> ad uendendum sed ad sibi seruiendum dicitur comparasse.

*ID 13.106; +D 54 c 15*

## B XXVII

### <sup>13</sup>DE EXCOMMVNICATIONE<sup>14</sup>

- |         |  |
|---------|--|
| i.      | De excommunicatione iusta uel iniusta  |
| ii.     | De eodem   |
| iii.    | Item de eodem  |
| iiii.   | De excommunicatione iniusta  |
| v.      | De communionem Achatii uitanda   |
| vi.     | Quod nature Dei quisquam <sup>15</sup> nocere <sup>16</sup> non <sup>17</sup> possit   |
| vii.    | De temerario iudicio   |
| viii.   | Quod aliquem non dampnet nisi iniqua conscientia   |
| viiii.  | De eodem   |
| x.      | Quod aliud sit sella terrena, aliud tribunal celeste   |
| xi.     | Quod etsi in aliquem preualeat apud homines falsum testimonium, non tamen ualebit apud Deum  |
| xii.    | De iusto cui iniuste maledicatur   |
| xiii.   | De illicita excommunicatione et de contumacibus  |
| xiiii.  | De episcopis uel clericis excommunicatis, si communicare presumpserint   |
| xv.     | Decreta <sup>18</sup> Gregorii VII, qui anathematis sententiam ad tempus temperauit, atque in sequenti sententia notatos excommunicationis uinculo subtraxit |
| xvi.    | Questio quomodo recte anathematizetur filius pro patris peccato, aut pro mariti uxor, aut pro domini seruus  |
| xvii.   | Quod qui ab ecclesia excommunicatur in celo ligatur  |
| xviii.  | Non esse contempendam excommunicationem  |
| xviiii. | Quod qui a sacerdotibus excommunicatur Sathane tradi dicatur   |
| xx.     | De his qui ecclesias uel sancta loca infregerint   |
| xxi.    | Vt notentur excommunicatorum nomina et in foribus ecclesie prefigantur   |
| xxii.   | De eo quod si episcopus aliquem dampnauerit, et illo non absoluto obierit  |
| xxiii.  | De illis qui excommunicati moriuntur   |
| xxiiii. | De illis qui in patibulis suspenduntur   |

<sup>10</sup> pre- ss ZT

<sup>11</sup> uoluerit Christ. CRSWPZJTQA; Christ. uoluerit B; uoluit Christ. H

<sup>12</sup> hunc non CRWPZTHQA; non hunc B

<sup>13</sup> heading and capitulatio om. ZJTHQA, in CLRXSWBP

<sup>14</sup> De exc. CRWBP; Capitula de exc. S

<sup>15</sup> quisquam LR<sup>2</sup>SWBP; om. RX; ? C

<sup>16</sup> after possit P

<sup>17</sup> ss B

<sup>18</sup> -eta CLRX<sup>2</sup>SWBP; decreata X

## 1

*Gregorius in omelia xxvi. De [fo.197rb] excommunicatione iusta uel iniusta<sup>1</sup>*

Plerumque contingit ut iudicis locum teneat cuius ad locum uita minime concordat, ac sepe agitur ut uel dampnet immeritos, uel alios ipse ligatus soluat. Sepe in soluendis ac ligandis subditis sue uoluntatis motus, non autem causarum merita sequitur pastor, unde fit ut ipsa ligandi ac soluendi potestate se priuet, qui hanc pro suis uoluntatibus et non<sup>2</sup> subditorum moribus<sup>3</sup> exercet. Sepe fit, ut erga quemlibet proximum<sup>4</sup>, odio uel gratia moueatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeant<sup>5</sup>, qui in subditorum causis sua uel odia uel gratiam sequuntur. Vnde recte per prophetam dicitur, Mortificabant animas que non moriuntur, et uiuificabant animas que non uiuunt. Non morientem quippe mortificat qui iustum dampnat, et non uicturum uiuificare nititur qui reum a supplicio absoluere conatur<sup>6</sup>. Cause ergo pensande sunt, et tunc ligandi atque soluendi potestas exercenda, uidendum que culpa aut que sit penitentia sequuta post culpam, ut quos omnipotens<sup>7</sup> Deus per compunctionis gratiam uisitat, illos sententia pastoris absoluat. Tunc enim uera est<sup>8</sup> absolutio presidentis, cum interni sequitur arbitrium<sup>9</sup> iudicis.

*ID 14.3a; IP 5.78-81a; C 11 q 3 c 88a to uera est absolutio etc*

<sup>1</sup> Greg. - xxvi. De - iniusta CRSWBP; De - iniusta. (Incipit *add.* H) Greg. - xxvi (*in mg.* J, xxvii T, xxv Q)

ZJTHQA

<sup>2</sup> pro *add.* ZJTHA, *om.* CRSWBP

<sup>3</sup> meritis *add.* ss S?

<sup>4</sup> -x- ss A

<sup>5</sup> nequeant CLRX; nequeunt SWBPZJTHA

<sup>6</sup> conatur CRSWBP; nititur ZJTHA

<sup>7</sup> omnipotens CRBZTHQ; episcopus A

<sup>8</sup> est CRBWTHQ; *om.* A

<sup>9</sup> seq. arb. CRSWBP; arb. seq. ZJTHQA

## 2

*Augustinus de uerbis Domini, cp. xvi. De eodem<sup>1</sup>*

Cepisti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra, sed ut iuste alliges uide, nam iniusta<sup>2</sup> uincula dirumpit<sup>3</sup> iusticia. Cum autem correxeris et concordaueris<sup>4</sup> confratri tuo, soluisti illum in terra. Cum solueris in terra [fo.197va] solutus erit et<sup>5</sup> in celo.<sup>6</sup>

*ID 14.5b; IP 5.83; C 11 q 3 c 48*

<sup>1</sup> Aug. - xvi .De eodem CRWP; De eodem. <Aug. in omel'> S; Aug. de eodem B; Aug. - xvi ZJTHQA

<sup>2</sup> in- ss Z

<sup>3</sup> dir- LRXSBH; disr- WPZJTQA; ? C

<sup>4</sup> *corr. fr.* concordat L<sup>2</sup>

<sup>5</sup> et CRWBZJTH; *om.* QA

<sup>6</sup> Cum solueris in terra – celo *om.* S

## 3

*Ieronimus super epistolam Pauli ad Philemonem.<sup>1</sup> Item de eodem<sup>2</sup>*

Si quis dixerit iustum iniustum, et<sup>3</sup> iniustum iustum<sup>4</sup>, abhominabilis uterque apud Deum est. Similiter qui sanctum dicit esse non sanctum, et rursum non sanctum asserit sanctum, abhominabilis apud Deum est.<sup>5</sup>

*ID 14.6; IP 5.84; C 11 q 3 c 57*

<sup>1</sup> Ier. – Philemon *om.* S

<sup>2</sup> Item de eodem CSWBP; De eodem L; Item RX; *om.* ZTHA

<sup>3</sup> et *add.* B<sup>2</sup>

<sup>4</sup> iniustum (et *add. and canc.* P) iustum CXSWBPZTHA; iustum *corr. fr.* iniustum R

<sup>5</sup> Similiter qui sanctum dicit - Deum est *add. in mg.* B

## 4

*Ieronimus super Matheum, libro iii<sup>1</sup>. De excommunicatione iniusta<sup>2</sup>*

Tibi dabo claves regni celorum<sup>3</sup>, et quecumque ligaueris super terram erunt ligata et in celo, et quecumque solueris super terram erunt soluta et in celo. Istum locum episcopi et presbyteri non intelligentes aliquid sibi de phariseorum assumunt supercilio, ut uel dampnent innocentes, uel soluere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum sed reorum uita queratur. Legimus in Leuitico de leprosis ubi iubentur quod ostendant se<sup>4</sup> sacerdotibus, et si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, non quod sacerdotes<sup>5</sup> immundos faciant<sup>6</sup>, sed quod habeant noticiam de leprosis et non leprosis et possint discernere qui mundus<sup>7</sup> quique immundus sit. Quomodo ergo sacerdos immundum leprosum non facit, sic et hic alligat uel soluit episcopus uel presbyter non eos qui insontes<sup>8</sup> sunt uel noxii, sed pro officio suo cum peccatorum audierit<sup>9</sup> uarietates, scit qui ligandus sit, qui soluendus.<sup>10</sup>  
*ID 14.7, cf. above 3.2.23, 3.8.5; IP 5.85-6*

<sup>1</sup> lib. iii CRWPZJTHA; om. SB

<sup>2</sup> De - iniusta CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> corr. from tel- A

<sup>4</sup> ss B

<sup>5</sup> corr. fr. sacerdos B

<sup>6</sup> faciant CRB<sup>2</sup>PZTHQ; faciat B; fiant A

<sup>7</sup> qui mundus CXWBPZTHQA; om. R

<sup>8</sup> insontes CRBZJTQA; insantes H

<sup>9</sup> audierit CRWZTHQA; om. B; audierint P

<sup>10</sup> Legimus in Leuitico – solu. om. S

## 5

*Gelasius episcopis orientalibus<sup>1</sup>. De communionem Achatii uitanda*

Cui<sup>2</sup> est<sup>3</sup> illa<sup>4</sup> sententia deponat errorem, et uacua est. Si iniusta est, tanto eam curare<sup>5</sup> non<sup>6</sup> debet, quanto apud Deum et<sup>7</sup> ecclesiam eius<sup>8</sup> neminem potest iniqua grauare sententia. Ita ergo ea se non absolui desideret qua se nullatenus perspicit obligatum.

*ID 14.8 as CB Varia IB 1p; C 11 q 3 c 46*

<sup>1</sup> epp. orient. om. S

<sup>2</sup> Cui CR<sup>2</sup>XSWBZTHQ; Cum R; Cuius P?; Qui A

<sup>3</sup> ss RJ

<sup>4</sup> illa CRXSWBP; illata ZJTHQA

<sup>5</sup> corr. fr. -ate R

<sup>6</sup> ss A

<sup>7</sup> apud add. Q, om. CRWBZHTA

<sup>8</sup> ss Q

## 6

*Augustinus de summo bono<sup>1</sup>. [fo.197vb] Quod nature Dei quisquam nocere non possit<sup>2</sup>*

Secundum catholicam<sup>3</sup> fidem sanamque doctrinam, nec Dei nature nocere potest quisquam nec natura Dei iniuste nocere cuiquam, nec noceri iniuste patitur quemquam. Qui enim nocet, ait apostolus, recipiet hic quod nocuit.

*ID 14.9 as CB Varia IC 98; C 11 q 3 c 47*

<sup>1</sup> de summo bono om. S

<sup>2</sup> Quod - possit CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> -h- ss H

7

*Aug' de sermone<sup>1</sup> Domini in monte<sup>2</sup>. De temerario iudicio<sup>3</sup>*

Temerarium iudicium plerumque nichil nocet ei de quo iudicatur temere. Ei autem qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat.

*ID 14.10 as CB Varia IC 101; C 11 q 3 c 49*

---

<sup>1</sup> sermone CRWBPZ; sermonibus JTHQA

<sup>2</sup> Aug. – monte *om.* S

<sup>3</sup> De temerario (*corr. fr.* temeratio B) iudicio CRSWBP; *om.* ZTHQA

8

*Aug' in epistola<sup>1</sup> ad clerum Yponiensem. Quod aliquem non dampnet nisi iniqua<sup>2</sup> conscientia<sup>3</sup>*

Nunc si uobis placet ut nomen presbyteri non recitetur, ut his qui ad ecclesiam uolunt accedere, sicut ait apostolus, demus occasionem, non erit hoc nostrum factum, sed eorum quorum causa fuerit factum. Quid enim obest homini quod ex illa tabula non uult<sup>4</sup> eum recitare<sup>5</sup> humana ignorantia, sed<sup>6</sup> de libro uiuentium non eum debeat iniqua conscientia?

*ID 14.11 as CB Varia IC 102; C 11 q 3 c 50 from Quid obest*

---

<sup>1</sup> Aug. in ep.] Idem S

<sup>2</sup> in aliqua W

<sup>3</sup> Quod - conscientia CRSWBP; *om.* ZTHQA

<sup>4</sup> *corr. fr.* uul X

<sup>5</sup> r- ss H

<sup>6</sup> sed C?LRXQ; si SWBPZTHA

9

*Aug' ad Secundinum<sup>1</sup> manicheum. De eodem<sup>2</sup>*

Senti<sup>3</sup> de Augustino quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset.

*ID 14.12 as CB Varia IC 103; C 11 q 3 c 51*

---

<sup>1</sup> Secundinum CRBZTHQ; Secundum A

<sup>2</sup> De eodem CRSWBP; *om.* ZTHQA

<sup>3</sup> Senti CRBPZTHQ; Sentit A

10

*Augustinus super psalmum xxxvii<sup>1</sup>. Quod aliud sit sella terrena, aliud tribunal celeste<sup>2</sup>*

Etsi ad tempus dampnaris ab homine, et si dixeris sententiam<sup>3</sup> proconsulis in Cyprianum, aliud est sella terrena, aliud tribunal celeste, ab inferiore accipit sententiam, a superiore coronam.

*ID 14.13 as CB Varia IC 104; +C 11 q 3 c 53*

---

<sup>1</sup> Aug. – xxvii] Item. S

<sup>2</sup> Quod - celeste CRSWBP; *om.* ZTHQA

<sup>3</sup> *corr. fr.* sentiam X

## 11

*Aug' super psalmum xxviii<sup>1</sup>. Quod etsi in aliquem preualeat falsum testimonium apud homines, non tamen ualebit apud Deum<sup>2</sup>*

Custodi intus innocentiam tuam, ubi nemo opprimit causam tuam. Preualuit in te falsum testimonium, sed apud homines. [fo.198ra] Numquid apud Deum ualebit, ubi causa tua dicenda est? Quando Deus erit iudex, alius testis quam conscientia tua non erit. Inter iudicem iustum et conscientiam tuam, noli<sup>3</sup> timere nisi causam tuam<sup>4</sup>.

ID 14.14a as CB Varia IC 105; +C 11 q 3 c 54

<sup>1</sup> Aug. – xxviii om. S

<sup>2</sup> Quod - Deum (corr. fr. hominem L<sup>2</sup>) CRSWBP; om. ZTHQA

<sup>3</sup> -oli ss Z

<sup>4</sup> noli - tuam CRXSWPZTHQA; timere nisi (corr. fr. nisi timere) causam tuam noli B

## 12

*Aug' super psalmum cii<sup>1</sup>. De iusto cui iniuste maledicatur<sup>2</sup>*

Qui iustus est et iniuste maledicatur, premium illi redditur.

ID 14.14b as CB Varia IC 106a; C 11 q 3 c 90

<sup>1</sup> super – cii om. S

<sup>2</sup> De - maledicatur CRSWBP; om. ZTHQA

## 13

*Ex concilio Parisiensi<sup>1</sup>, tempore<sup>2</sup> Hludouici<sup>3</sup>. De illicita excommunicatione et de contumacibus<sup>4</sup>*

De illicita excommunicatione lex Iustiniani catholici imperatoris<sup>5</sup> quam probat et seruat ecclesia catholica constitutione cxviii, cp.ccccli<sup>6</sup>, decreuit ut nemo episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem antequam<sup>7</sup> causa probetur, propter quam ecclesiastici<sup>8</sup> canones hoc fieri iubent. Si quis autem aduersus ea<sup>9</sup> aliquem excommunicauerit, ille quidem qui excommunicatus est maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sancte communionis<sup>10</sup> redeat. Is autem qui non legitime excommunicauit, in tantum abstineat a sacra communione tempus, quantum maiori sacerdoti uisum fuerit, ut quod iniuste fecit, ipse<sup>11</sup> iuste patiat. Et hinc sanctus Gregorius ad Iohannem episcopum iniuste excommunicantem inter cetera scripsit, dicens, Cassatis prius atque ad nichilum redactis predictae sententiae tue decretis ex beati Petri apostolorum principis auctoritate decreuimus, triginta dierum spacio sacra te<sup>12</sup> communione priuatum ab omnipotenti Deo tanti excessus ueniam cum summa penitentia ac lacrimis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognouerimus<sup>13</sup> implese remissius, non iam tantum iniusticiam, sed et contumaciam fraternitatis tue cognoscas [fo.198rb] iuuante Domino seuerius puniendam, quia nemo prepropere<sup>14</sup>

<sup>1</sup> Parisiensi CLR<sup>2</sup>XSW<sup>2</sup>BPZHQ; Pariensi RWJTA

<sup>2</sup> enim add. R, om. CXSWBPZTQA

<sup>3</sup> Ludoici X

<sup>4</sup> et de contumacibus CLRWBP; et cont. S; om. ZTA; De ill. - cont. om. HQ

<sup>5</sup> cath. imp. CRWPZTHA; imp. cath. B

<sup>6</sup> cxviii cp. ccccli CRBZTHQ; centesima A

<sup>7</sup> repeated and canc. Z

<sup>8</sup> -ci ss Z

<sup>9</sup> ea LRXSWBPZJTHQA; eam C

<sup>10</sup> corr. fr. communis X

<sup>11</sup> ips H

<sup>12</sup> sacra te CRSWBP; sacrata ZJTHA

<sup>13</sup> te cognouerimus CWPZTHA; recognouerimus RXSB

<sup>14</sup> prepropere CXSWBPZJTHA; propere R



uel prepostere<sup>15</sup> scilicet non commonitus neque conuictus est iudicandus. De conuentione huiusmodi patratōris manifestorum criminum lex dicit, Quicumque tribus auctoritatibus iudicis conuentus uel tribus edictis fuerit ad iudicium<sup>16</sup> prouocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est quod<sup>17</sup> causam extinguit, fuerit euocatus, et presentiam suam apud eum iudicem a quo ei denuntiatum est exhibere noluerit, aduersus eum quasi in contumacem iudicari potest, quin immo<sup>18</sup> nec retractari per appellationem negocia possunt, quotiens in contumacem<sup>19</sup> fuerit iudicatum. Et hanc sententiam de tribus auctoritatibus<sup>20</sup> conuentis ex euangelica ueritate<sup>21</sup> Celestinus ad Nestorium scribens, et beatus Gregorius ad Iohannem, comprobant. De peremptorio autem scripto Afffricanum<sup>22</sup> concilium monstrat de Cresconio, ut si conuentus<sup>23</sup> respiscere<sup>24</sup> detrectauerit<sup>25</sup>, suo contemptu et contumacia faciente, auctoritate<sup>26</sup> iudiciaria protinus excludatur. Et item beatus Gregorius, de sententia in contumacem scribens ad Maximum presumptorem Salonitanum episcopum, dicit, Hortamur ut ad nos uenire omni postposita excusatione festines, quatinus seruata iusticia hec de quibus accusaris, et cognoscere et finire secundum canonica instituta Christo reuelante possimus. Ita autem fac ut ad ueniendum amplius iam moras non ingeras, ne ipse te magis absentia obnoxium his que dicuntur assignes<sup>27</sup>, et nos in te hec res non solum propter dicta crimina que purgare subterfugis, sed etiam propter inobedientie culpam [fo.198va] durius scilicet ut in contumacem cogat ex concilio ferre<sup>28</sup> iudicium. *ID 14.21; IP 5.124; C 24 q 3 c 6*

<sup>15</sup> uel prepostere LRXSWBPZJTHA; *om.*, but a long lacuna below in scilicet C

<sup>16</sup> iudicium CRSWBP; iudicem ZJTHA

<sup>17</sup> quod C<sup>2</sup>LR(in *add. and canc.* R)WBZTHA; qui XS; ? C

<sup>18</sup> immo C<sup>2</sup>R<sup>2</sup>XSWBPZTHA; immo L; ? C

<sup>19</sup> -acem CXSWBPZTHQA; -atiem R

<sup>20</sup> auctoritatibus CRWBZJ<sup>2</sup>THQ; auctoribus J; auctoritatis A

<sup>21</sup> *after corr.* Q

<sup>22</sup> cum *add.* A

<sup>23</sup> *ss* B

<sup>24</sup> respicere Q

<sup>25</sup> detrectauerit CRS<sup>2</sup>WBZTHQ; temptauerit S; decreuerit A

<sup>26</sup> *ss* Z

<sup>27</sup> assignes CRSWBP; assignet ZJTHA

<sup>28</sup> *repeated and canc.* Z

## 14

*Ex concilio Cartaginensi, cp. xxviii<sup>1</sup>. De episcopis uel clericis excommunicatis, si communicauerint<sup>2</sup>*

Si quis excommunicatus fuerit, siue episcopus,<sup>3</sup> siue quilibet clericus, et tempore excommunicationis sue ante audientiam communionem presumpserit, ipse in se dampnationis iudicetur<sup>4</sup> protulisse sententiam.

*ID 14.34A omitted by the ed. and IDcr*

<sup>1</sup> cp. xxviii CRWPZJTHA; *om.* B. Ex – xxviii *om.* S

<sup>2</sup> De - communicauerint CRSWBP; *om.* ZTHA

<sup>3</sup> siue presbiter *add.* A, *om.* CRWBZJTHQ

<sup>4</sup> -etur CRBZJTHQ; -entur A

## 15

*Decreta Gregorii VII. Qui anathematis sententiam ad tempus temperauit<sup>1</sup>, atque in sequenti sententia notatos excommunicationis uinculo subtraxit<sup>2</sup>*

Quoniam<sup>3</sup> multos peccatis nostris exigentibus pro causa excommunicationis perire cotidie cernimus, partim<sup>4</sup> ignorantia, partim nimia simplicitate<sup>5</sup> partim timore, partim etiam necessitate, deuicti<sup>6</sup> misericordia, anathematis sententiam ad tempus prout possumus temperamus. Apostolica itaque<sup>7</sup> auctoritate ab anathematis uinculo hos subtrahimus, uidelicet uxores, liberos, filios, seruos, ancillas, seu mancipia, necnon rusticos et seruiantes, et omnes alios qui non adeo curiales sunt ut eorum consilio scelera perpetrentur, et eos qui ignoranter excommunicatis communicant, siue illos qui communicant cum eis, qui excommunicatis communicant<sup>8</sup>. Quicumque autem aut arator, siue peregrinus, aut uiator<sup>9</sup> in terram excommunicatorum deuenit, ubi non possit emere, uel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi<sup>10</sup> licentiam damus, et si quis excommunicatis<sup>11</sup> non per sustentationem superbie sed humilitatis<sup>12</sup> causa dare uoluerit, non prohibemus.

*ID 14.43; IP 5.125; C 11 q 3 c 103*

<sup>1</sup> *corr. fr.* - erauerit S

<sup>2</sup> Qui - subtraxit CRSWBP; *om.* ZTHA

<sup>3</sup> Quoniam CRBZJTHQ; Mm A

<sup>4</sup> *ss* B

<sup>5</sup> in mg. Z

<sup>6</sup> *corr. fr.* diu- B

<sup>7</sup> *ss* C

<sup>8</sup> siue illos - *comm.* in mg. Q

<sup>9</sup> *obsc. addn* in Z

<sup>10</sup> accipiendi CXSWBZTHQA; *om.* R

<sup>11</sup> accipiendi licentiam - *exc. om.* P

<sup>12</sup> humilitatis LRXSWBPQ; humilitis C; humanitatis ZJTHQ<sup>2</sup>A *with ID*

## 16

*Epistola<sup>1</sup> Augustini ad Auxilium episcopum. Questio quomodo recte anathematizetur filius pro patris peccato, aut pro mariti<sup>2</sup> uxor aut pro domini seruus<sup>3</sup> [fo.198vb]*

Si habes de hac re sententiam certis rationibus uel scripturarum testimoniis exploratam, nos docere digneris quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro mariti uxor, aut pro domini seruus, aut quisquam in domo etiam nondum natus si eo tempore quo uniuersa domus est anathemate obligata nascatur, ne<sup>4</sup> ei<sup>5</sup> possit per lauachrum regenerationis in mortis periculo subueniri. Hec enim corporalis pena qua<sup>6</sup> legimus<sup>7</sup> quosdam contemptores Dei cum suis omnibus qui eiusdem impietatis participes fuerunt pariter interfectos. Tunc quippe ad terrorem uiuentium mortalia corpora perimebantur, quandoque etiam moritura. Spiritalis autem pena qua fit quod scriptum est, Que ligaueris super terram, erunt ligata et in celo, animas obligat, de quibus dictum est, Anima patris mea est, et anima filii mea est, anima que peccauerit ipsa morietur. Audistis fortassis aliquos magni nominis sacerdotes, cum domo sua quempiam anathematizasse peccantium. Ego autem si quis ex me quesierit utrum recte fiat, quid<sup>8</sup> ei respondeam non inuenio. Numquam hoc

<sup>1</sup> *om.* S

<sup>2</sup> *after corr.* R

<sup>3</sup> Questio - seruus CRSWBP; *om.* ZTHA

<sup>4</sup> nec P

<sup>5</sup> ei CRSWBP; eis ZJTHA

<sup>6</sup> qua LRXSWBPZJTHA; quam C

<sup>7</sup> *corr. from* legitimus T

<sup>8</sup> quid LRXSWPZJTHA; quod CB

facere ausus sum de quorundam facinoribus unanimiter<sup>9</sup> aduersus ecclesiam perpetratis, nisi grauissime commouerer<sup>10</sup>.

ID 14.44a; IP 5.126a; C 24 q 3 c 1a

---

<sup>9</sup> unanimiter CRBPZJTH; unianimiter Q; unamiter A

<sup>10</sup> -erer CRSBZJTQA; -eretur H

## 17

*Augustinus super Iohannem parte i, tractatu<sup>1</sup> xliiii<sup>2</sup>. Quod qui ab ecclesia excommunicatur, in celo ligatur<sup>3</sup>*

Cum excommunicat ecclesia, in celo ligatur excommunicatus. Cum reconciliat ecclesia, in celo soluitur<sup>4</sup> reconciliatus.

ID 14.47; IP 5.87

---

<sup>1</sup> tractatu CRWZJBHQ; titulus TA

<sup>2</sup> Aug. – xliiii] Item S

<sup>3</sup> Quod - ligatur CRSWBP; om. ZTHQA

<sup>4</sup> et add. A, om. CRBZTHQ

## 18

*Iohannes<sup>1</sup> Chrisostomus super epistolam ad Hebreos, sermone iiii<sup>2</sup>. Non esse contempndam excommunicationem<sup>3</sup>*

Nemo contempnat uincula ecclesiastica. [fo.199ra] Non enim homo est qui ligat, sed Christus qui<sup>4</sup> hanc potestatem dedit, et dominos fecit homines tanti honoris.

ID 14.48; IP 5.88; C 11 q 3 c 31

---

<sup>1</sup> Iohannes CRWHQ; om. BPZJTA

<sup>2</sup> serm. iiii CRWPZJTHA; om. B; serm. iiii Q. super ep. – iiii om. S

<sup>3</sup> Non - exc. CRSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> qui C<sup>2</sup>LRXSWBPZTHQ; om. CA

## 19

*Aug' de uerbis apostoli<sup>1</sup> sermone lxviii<sup>2</sup>. Quod qui a sacerdotibus excommunicatur, Sathane tradi dicitur<sup>3</sup>*

Omnis Christianus dilectissimi qui a sacerdotibus excommunicatur, Sathane tradi dicitur. Quomodo? Scilicet quia extra ecclesiam est diabolus, sicut in ecclesia Christus. Ac per hoc quasi diabolo tradi dicitur qui ab ecclesiastica<sup>4</sup> communione remouetur. Vnde illos quos tunc apostolus Sathane esse traditos predicat, excommunicatos a se esse<sup>5</sup> demonstrat.

ID 14.50; C 11 q 3 c 32

---

<sup>1</sup> apostoli CRWB<sup>2</sup>PZTHA; Domini SB

<sup>2</sup> serm. lxviii om. S

<sup>3</sup> Quod - dicitur CRSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> -ca ss Z

<sup>5</sup> a se esse CRSWBZJTA; esse a se HQ

## 20

*Ex decretis Iohannis pape, cap. x. De his qui ecclesias uel sancta loca infregerint<sup>1</sup>*

Vt<sup>2</sup> hii qui monasteria et loca Deo sacrata, et ecclesias infringunt, et deposita uel alia quelibet exinde abstrahunt, dampnum nouies componant, et emunitatem tripliciter, et uelut sacrilegi canonice sententie subigantur.

---

<sup>1</sup> Ex - x. (cap. x om. B) De - infr. CRSWBP; De (Ex A) eadem re. Ex - x ZTHQA

<sup>2</sup> Vt CRSBZJTHQ; Et A

ID 14.92 as BD 11.22; cf +C 17 q 4 c 21c

21

*Ex decretis Honorii pape, cp. xi. Vt notentur excommunicatorum nomina, et in foribus ecclesie prefigantur<sup>1</sup>*

Cure<sup>2</sup> sit omnibus episcopis excommunicatorum omnino nomina tam uicinis episcopis<sup>3</sup> quam suis parroechianis<sup>4</sup> pariter indicare, eaque in celebri loco<sup>5</sup> posita pre foribus ecclesie cunctis conuenientibus inculcare<sup>6</sup>, quatinus in utraque diligentia et excommunicatis ubique ecclesiasticus auditus excludatur et excusationis causa omnibus auferatur.

ID 14.65 as CB Varia II 124 (Dd. 4.394), cf BD 11.49; +C 11 q 3 c 20

<sup>1</sup> Ex - cp. xi. Vt - pref. CRWBP; Vt - pref. S; Vt - pref. (Vt - pref. in mg. Q) Ex - cap. xi ZTHQA

<sup>2</sup> corr. fr. Iure L<sup>2</sup>

<sup>3</sup> ss P

<sup>4</sup> parroechianis CLR<sup>2</sup>WBPZTA; parroenis RX

<sup>5</sup> cel. loco CRWPZTHA; loco cel. B

<sup>6</sup> eaque in - inculcare om. Q

22

*<sup>1</sup>Ex concilio Epaonensi, cp. x<sup>2</sup>. De eo si episcopus aliquem dampnauerit et illo non absoluto obierit<sup>3</sup>*

Si episcopus ante dampnati absolutionem obitu rapiatur, correptum aut penitentem successorem licebit absoluere<sup>4</sup>.

ID 14.114a as BD 11.50; IP 5.121; +C 11 q 3 c 40

<sup>1</sup> De illis qui excommunicati moriuntur (as ID; cf next c.) ZJTHQA

<sup>2</sup> Ex - x om. S

<sup>3</sup> De - obierit CRSWBP; om. ZJTHQA

<sup>4</sup> add., pt. in mg. B

23

*Ex eodem concilio, cp. xi. De illis qui excommunicati moriuntur<sup>1</sup> [fo.199rb]*

Si aliquis excommunicatus fuerit mortuus, qui iam sit confessus, et testimonium habet bonum, et non poterat uenire ad sacerdotem, sed preoccupauit eum mors in domo aut in uia, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, et dent redemptionem pro captiuis.

ID 14.114b as BD 11.51; IP 5.120; +C 26 q 6 c 11

<sup>1</sup> Ex - cp. xi. (cp. xi om. B) De - moriuntur CRWBP; De - moriuntur S; De eadem re. Ex eodem, cap. xi (viii A) ZTHQA

24

*Ex concilio Magontiensi, cp. v. De illis qui in patibulis suspenduntur<sup>1</sup>*

Quesitum<sup>2</sup> ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadauera eorum<sup>3</sup> ad ecclesias<sup>4</sup> deferenda sint<sup>5</sup>, et oblationes pro eis<sup>6</sup> offerende, et misse celebrande<sup>7</sup> annon. Quibus

<sup>1</sup> Ex - cp. v. De - susp. CRWBH; De - susp. S; De - susp. (De - susp. in mg. Q) Ex - cap. v (cap. v om. A) ZTQA

<sup>2</sup> est add. SWBHQ, om. CLRXPZJTA

<sup>3</sup> eorum CRSWBPQ; illorum ZJTHA

<sup>4</sup> -ias CRSBJTHA; -iam Z

<sup>5</sup> corr. fr. sunt Z

<sup>6</sup> pro eis ss Q

<sup>7</sup> et misse cel. CRWPZJTHQA; om. B

respondemus, Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, et digne penitentibus communio in fine secundum<sup>8</sup> canonicum<sup>9</sup> iussum danda est, cur canones interdicunt<sup>10</sup> eis qui pro peccatis suis penam extremam persoluunt et confitentur, uel confiteri desiderant? Scriptum est enim, Non iudicat Deus bis in ipsum<sup>11</sup>.  
*ID 14.124 as BD 11.76; IP 5.122; +C 13 q 2 c 30*

## B XXVIII

### <sup>12</sup>DE PENITENTIA<sup>13</sup>

- i. Quod dimissa peccata ubi fraterna caritas non est redeant
- ii. De his qui in ultimo penitentiam petunt
- iii. Quare constituta sint tempora penitentiae, cum tam<sup>14</sup> non sit consideranda mensura temporis quam doloris
- iiii. Vt penitens satisfactionis suae modum accipiat a prepositis sacramentorum
- v. Cautè esse prouisum ut locus humillime penitentiae in ecclesia semel concedatur
- vi. Quod non<sup>15</sup> agitur penitentia sed fingitur si res aliena ablata cum reddi possit non redditur
- vii. De infirmis in periculo mortis constitutis
- viii. Vt presbyteri de occultis peccatis iussu episcopi penitentes reconcilient
- <sup>16</sup>viii. Quod infirmis omni hora cibum sumere liceat
- x. De illis sacerdotibus qui morientibus penitentiam denegauerint [fo.199va]
- xi. Vt in capite Quadragesime omnes publice penitentes in ciuitatem ueniant et ante fores ecclesiae nudis pedibus et cilicio induti, episcopo suo se representent
- xii. De illis qui soli Deo peccata sua confitenda esse affirmant
- xiii. Vt presbyter qui post galli cantum bibit, nisi necessitas cogat, sequenti die missam non celebret
- <sup>17</sup>xiii. Ex penitentia laicorum
- xv. De penitentia mulieris
- xvi. De illis qui ieiunare<sup>18</sup> possunt, et adimplere quod in penitentiali scriptum est
- xvii. De redemptione illius diei quem in pane et aqua ieiunare debet aliquis
- xviii. De eodem

<sup>8</sup> *ss X<sup>2</sup>*

<sup>9</sup> *-um CLR<sup>2</sup>SBZTH; -am RX; -ic' A*

<sup>10</sup> *eu add. and canc. H*

<sup>11</sup> *ipsum CRXBPJTA; idipsum SWZ; idspsum H*

<sup>12</sup> *heading and capitulatio om. ZJTHQA in CLRXSWBP*

<sup>13</sup> *De Pen. CLRW; Capitula de pen. S; om. BP*

<sup>14</sup> *tam CXSWBP; tamen LR*

<sup>15</sup> *non CLXSWBP; si R*

<sup>16</sup> *whole title in mg, and now one out, since c 10 is also numbered as viii X*

<sup>17</sup> *whole title om. L*

<sup>18</sup> *non add. CL, om. RXSWBP*

## 1

*Augustinus<sup>1</sup> in<sup>2</sup> libro i de baptismo. Quod dimissa peccata ubi fraterna caritas non est, redeant<sup>3</sup>*

Redire dimissa peccata ubi fraterna caritas non est apertissime Dominus in euangelio docet<sup>4</sup> de illo seruo qui cum inuenisset debitorem decem milium talentorum deprecanti omnia dimisit. Ille autem conseruum suum<sup>5</sup> qui ei debebat centum denarios cum<sup>6</sup> misertus non fuisset, iussit eum dominus reddere que<sup>7</sup> ei dimiserat.  
ID 15.21

<sup>1</sup> de penitentia sanorum uel infirmorum *add.* ZJTHQA (HQ *with* Aug. *after* infirmorum), *om.* CRSWB

<sup>2</sup> *om.* P

<sup>3</sup> Quod - redeant CRSWBP; *om.* ZJTHQA

<sup>4</sup> docet LSWBPZTHA; dicit R; ? C

<sup>5</sup> conseruum suum RWBPZJTHQA; suum conseruum CL; cum seruum suum XS

<sup>6</sup> *om.* *with lacuna* S

<sup>7</sup> que C?RWBZJTHQ; qui A

## 2

*Ex dictis Augustini. De illis qui in ultimo penitentiam petunt<sup>1</sup>*

Sane quisquis positus in ultima necessitate egritudinis sue acceperit penitentiam et mox ut reconciliatus fuerit exierit de corpore, fateor uobis non illi negamus quod petit, sed non presumo dicere<sup>2</sup> quia hinc bene exierit. Si securus hinc exierit, ego nescio. Penitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Numquid dico dampnabitur? Sed nec<sup>3</sup> dico liberabitur. Vis ergo a dubio liberari? Vis quod incertum est euadere? Age penitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quia securus es, quia penitentiam [fo.199vb] egisti eo tempore quo peccare potuisti<sup>4</sup>. Si autem uis agere penitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu peccata.

ID 15.22 as BD 18.12; De pen. D 7 c 2 of which much is a later *addn*

<sup>1</sup> Ex dictis (decretis B) - Aug. De illis - penitentiam petunt CRWBP; Idem. De illis - petunt S; De his - penitentiam (-tia A) petunt (pet. pen. H). Ex dictis - Aug. ZTHQA

<sup>2</sup> *ss* X<sup>2</sup>

<sup>3</sup> nec C?RBZTHQ; ne A

<sup>4</sup> eo tempore quo - peccare potuisti *in mg.* R (*in text* LXS)

## 3

*Item Augustinus in libro de penitentia<sup>1</sup>. Quare constituta sint tempora penitentiae cum tam non sit consideranda mensura temporis quam doloris<sup>2</sup>*

In actione autem penitentiae ubi tale commissum est<sup>3</sup> ut is<sup>4</sup> qui commisit a Christi etiam corpore separetur, non tam consideranda est mensura temporis quam doloris. Cor enim contritum et humiliatum Deus non spernit<sup>5</sup>. Verum quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, nec in aliorum noticiam per uerba uel quecumque alia signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur, Gemitus meus a te non est absconditus, recte constituuntur ab his qui ecclesiis presunt tempora penitentiae ut<sup>6</sup> satisfiat<sup>7</sup> etiam ecclesiae in qua remittuntur ipsa peccata. Extra eam quippe non remittuntur. Ergo cum tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, ut medicamenta

<sup>1</sup> Item - pen.] Aug. S

<sup>2</sup> Quare - doloris CRSWBP; *om.* ZTHQA

<sup>3</sup> est CXSWBPZTQA; *om.* R; sit *add.* *ss* S<sup>2</sup>

<sup>4</sup> is CRBZTHQ; eis A

<sup>5</sup> spernit CRBZTHQ; desperne A

<sup>6</sup> -t *ss* H

<sup>7</sup> satisfiat CRBZTQA; satisfaciat H

corporis et sanguinis Domini differenda<sup>8</sup> sint<sup>9</sup>, auctoritate antistitis debet se quisque ab altario remouere ad agendam penitentiam, et eadem auctoritate reconciliari.  
*ID 15.23; +De pen. D 1 c 84*

<sup>8</sup> differenda CRWBZTA; deserenda SHQ

<sup>9</sup> sint CRWBTZA; sunt S

## 4

*Item in libro de penitentia<sup>1</sup>. Vt penitens satisfactionis sui modum accipiat a prepositis sacramentorum<sup>2</sup>*

Iudicet se ipsum homo uoluntate dum potest<sup>3</sup>, et mores conuertat in melius ne cum iam non poterit etiam preter uoluntatem a Domino iudicetur. Et cum in se protulerit seuerissime medicine<sup>4</sup> sed tamen medicine<sup>5</sup> sententiam, ueniat ad antistites per quos illi clauis in ecclesia ministrantur, et tanquam bonus iam<sup>6</sup> incipiens esse filius maternorum membrorum ordine [fo.200ra] custodito a prepositis sacramentorum accipiat satisfactionis sue modum, et in offerendo sacrificio contribulati cordis deuotus et supplex. Id tamen agat quod non solum ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam ceteris ad exemplum ut si peccatum eius in graui<sup>7</sup> eius malo, sed etiam in tanto scandalo aliorum est, atque hoc expedire utilitati ecclesie uidetur antistiti, in noticiam multorum uel etiam<sup>8</sup> totius plebis agere penitentiam non recuset, non resistat, non letali et mortifere plage per pudorem addat tumorem. Multi enim corriguntur ut Petrus, multi tolerantur ut Iudas, multi nesciuntur donec ueniat Dominus, et<sup>9</sup> illuminet abscondita tenebrarum et manifestabit cogitationes cordis.  
*ID 15.24a; +De pen. D 1 c 85, ending tolerantur ut Iudas etc*

<sup>1</sup> in libro de pen. om. S

<sup>2</sup> Vt - sacramentorum CRSWBP; om. ZTHA

<sup>3</sup> potest CRWPZTHQA; poterit B

<sup>4</sup> medicine CLRXPZJTHQA; discipline S; penitentie B; sententiam *add. and canc.* J

<sup>5</sup> sed tamen med. *in mg.* R

<sup>6</sup> *ss* Z

<sup>7</sup> -r- *ss* R

<sup>8</sup> *ss* A

<sup>9</sup> qui *add. ss.* S

## 5

*Item Augustinus in epistola ad Macedonium<sup>1</sup>. Caute esse prouisum ut locus humillime penitentie in ecclesia semel concedatur<sup>2</sup>*

Caute salubriterque prouisum sit, ut locus illius<sup>3</sup> humillime penitentie semel in ecclesia concedatur, ne<sup>4</sup> medicina uilis minus utilis esset egrotis, que tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit. Quis tamen audeat Deo dicere, Quare huic homini qui post primam penitentiam rursus se laqueis iniquitatis astringit<sup>5</sup>, adhuc iterum parcis? Quis audeat dicere erga<sup>6</sup> istos non agi quod apostolus ait<sup>7</sup>, Ignoras quia patientia Dei ad penitentiam<sup>8</sup> te adducit? Aut istis exceptis esse definitum quod scriptum est, Beati omnes qui confidunt in eum? Aut ad istos non pertinere quod

<sup>1</sup> Item - Mac.] Aug. ad Mac. S

<sup>2</sup> Caute - concedatur CRSWBP; om. ZTHQA

<sup>3</sup> illius LRXPZJTHQA; om. CS

<sup>4</sup> ne LSWBPZJTHQA; ut CRX

<sup>5</sup> ast- CLRSP; asst- B; abst- ZJTHQA

<sup>6</sup> dicere erga CRBZTHQ; erga dicere A

<sup>7</sup> *ss* Q

<sup>8</sup> Dei ad pen. om. A

dicitur, Viriliter agite et confortetur cor uestrum omnes qui speratis in Dominum<sup>9</sup>? Cum igitur super peccatores tanta sit patien[fo.200rb]tia, tanta misericordia Dei, ut in hac temporali uita moribus emendatis non dampnetur in eternum, qui nullius que sibi prebeatur misericordiam expectat<sup>10</sup>, quoniam nemo est illo beator, nemo potentior, nemo iustior quales nos<sup>11</sup> esse oportet homines<sup>12</sup> erga homines, qui hanc uitam nostram quantacumque laude cumulemus, eam sine peccato esse non dicimus? Quod si dixerimus nos ipsos sicut scriptum est, decipimus, et ueritas in nobis non est.  
*ID 15.24b; cf D 50 c 62, De pen. D 3 c 22, both only fragments*

<sup>9</sup> -inum CRPZJTQA; -ino BH

<sup>10</sup> mis. exp. CRSWBP; exp. mis. ZJTHA

<sup>11</sup> nos C?(?over erasure)LR<sup>2</sup>BZ<sup>2</sup>THA; nos homines S; om. RXZ

<sup>12</sup> oportet homines CRWBZTHQ; oportet S; homines oportet A

## 6

*Augustinus in epistola ad Parmenarium et Paulinam<sup>1</sup>. Quod non agitur penitentia sed fingitur, si res aliena<sup>2</sup> ablata cum reddi possit non redditur<sup>3</sup>*

Si res aliena propter quam peccatum est, cum reddi possit non redditur, non agitur penitentia sed fingitur. Si autem ueraciter agitur, non remittetur peccatum<sup>4</sup> nisi<sup>5</sup> restituatur ablatum, si ut dixi<sup>6</sup> restitui potest.

*ID 15.25 (cf ID 13.4, above 3.23.3); C 14 q 6 c 1a*

<sup>1</sup> Aug. – Paul.] Idem S

<sup>2</sup> pece add. and canc. C?

<sup>3</sup> Quod - redditur CRSWBP; om. ZTHA

<sup>4</sup> peccatum CRWPZTHQA; om. B

<sup>5</sup> nisi CRBZTHQ; non A

<sup>6</sup> cum add. ZJTHQA, ut add. P, om. CRSWB

## 7

*Ex penitentiali Theodori Cantuariensis archiepiscopi. De infirmis in periculo mortis constitutis<sup>1</sup>*

Ab infirmis in periculo mortis positus per presbyteros pura inquirenda est confessio peccatorum, non tamen illis imponenda quantitas penitentiae<sup>2</sup>, sed innotescenda. Et cum amicorum orationibus et elemosinarum studiis pondus penitentiae subleuandum, et si forte migrauerint ne obligati et communione alieni, uel consortio uenie fiant. A quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit, penitentiae modum a suo confessore impositum, diligenter obseruet. Et ideo secundum canonicam auctoritatem ne illis ianua pietatis clausa uideatur, orationibus et consolationibus ecclesiasticis sacra cum unctione olei<sup>3</sup> animati [fo.200va] secundum statuta sanctorum patrum communione uiatici reficiantur<sup>4</sup>.

*ID 15.36 as BD 18.14; C 26 q 7 c 1*

<sup>1</sup> Ex - arch. De - const. CRW; De - const. S; Ex pen. Theodori (-oli P). De - const. BP; De - const. Ex pen. Theodori ZJTA; Ex penitentiali Theod. De - const. (De - const. in mg Q) HQ

<sup>2</sup> subleuandum et si forte add. and canc. X

<sup>3</sup> corr. fr. oleo R, fr. olei X

<sup>4</sup> -iantur CRWPZJTHQA; -iatur B

## 8

*Ex decretis Euaristi pape, cp. iiii. Vt presbyteri de occultis peccatis iussu episcopi penitentes reconcilient<sup>1</sup>*

<sup>1</sup> Ex - cp. iiii. Vt - reconc. CRXWBP; Euaristi pape. Vt - reconc. S; Vt - reconc. (Vt - rec. in mg. Q) Ex - cap. iiii (iii Q) ZJTQA; Ex - cap. iiii H



Vt presbyteri de occultis peccatis iussione episcopi penitentes reconcilient, et sicut supra premisimus infirmantes absoluant et communicent.

*ID 15.38 as BD 18.16; C 26 q 6 c 4*

9

*Ex concilio Magontensi, cp. xxiii. Quod infirmis omni hora cibum sumere liceat<sup>1</sup>*

*Infirmis licet omni hora cibum potumque sumere, quotienscumque desiderant.*

*ID 15.42 as BD 18.20*

---

<sup>1</sup> Ex - cp. xxiii. Quod - liceat (licet S) CRSWBP; Quod - liceat. (Quod - lic. *in mg.* Q) Ex - cap. xxiii ZTHQA

10

*Ex decretis Iulii pape. De illis sacerdotibus qui morientibus penitentiam denegauerint<sup>1</sup>*

Si<sup>2</sup> presbyter penitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum quia Dominus dicit<sup>3</sup>, Quacumque die fuerit conuersus peccator, uita uiuet, et non morietur. Vera enim confessio<sup>4</sup> in ultimo tempore potest esse, quia Dominus non solum temporis sed cordis inspector est, sicut latro unius momenti meruit esse in paradyso<sup>5</sup>, in hora ultima<sup>6</sup> confessione<sup>7</sup>.

*ID 15.43 as BD 18.21; C 26 q 6 c 12*

---

<sup>1</sup> Ex - pape. De - deneg. CRWBP; De - deneg. S; De - deneg. ( De - deneg. *in mg.* Q) Ex - pape ZTHQA

<sup>2</sup> quis *add.* ZJTHQA, *om.* CRSWBP

<sup>3</sup> Dom. dic. CRSBZTQA; dic. Dom. H

<sup>4</sup> confessio CRSWBP; conuersio ZJTHQA

<sup>5</sup> -yso CRBZTGHQ; -isum A

<sup>6</sup> hora ultima CRWPZTHQA; ultima hora B

<sup>7</sup> G ends here, at foot of leaf and end of quire

11

*Ex concilio Agatensi, cp.viii. Vt in capite Quadragesime omnes publice penitentes in ciuitatem ueniant, et ante fores ecclesie nudis pedibus<sup>1</sup> et cilicio<sup>2</sup> induti episcopo suo se representent<sup>3</sup>*

In capite Quadragesime omnes penitentes qui publicam suscipiunt aut susceperunt penitentiam, ante fores ecclesie<sup>4</sup> se representent episcopo ciuitatis sacco induti, nudis pedibus, uultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu et uultu proclamantes. Ibi adesse debent decani, id est archipresbyteri parrochiarum, id est presbyteri penitentium<sup>5</sup>, qui eorum [fo.200vb] conuersationem inspicere diligenter<sup>6</sup> debent, et secundum modum culpe penitentiam per prefixos gradus iniungant. Post hec in ecclesiam eos introducat<sup>7</sup>, et cum omni clero septem penitentie<sup>8</sup> psalmos in terram prostratus cum lacrimis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat<sup>9</sup>, cinerem prius mittat<sup>10</sup>, deinde cilicio<sup>11</sup> capita eorum cooperiat<sup>12</sup>, et cum gemitu et

---

<sup>1</sup> suis *add.* H, *om.* CRSPZJTQA

<sup>2</sup> cilicio CRBPJTHQA; cilio Z

<sup>3</sup> Ex - cp. viiii; Vt - repr. CRSWBP; Vt - se (ss Z) repr. Ex - cap. viiii ZTHQA

<sup>4</sup> ss T

<sup>5</sup> -entium CRSWBPH; -entum ZJTQA

<sup>6</sup> ins. dil. CRSP; dil. ins. WZJTHQA

<sup>7</sup> -cat CRBZTQA; -cant H

<sup>8</sup> -entie CRBZTA; -entiales HQ

<sup>9</sup> *corr. fr.* -ant BQ

<sup>10</sup> *corr. fr.* -ant B

<sup>11</sup> cilicio CRBJTHA; cilio Z

crebris suspiriis denuntiet eis<sup>13</sup> quod sicut Adam proiectus est de paradyso ita et ipsi pro peccatis ab ecclesia<sup>14</sup> abiciuntur. Post hec iubeat<sup>15</sup> ministris ut eos extra ianuas ecclesie expellant. Clerus uero prosequatur eos, cum responsorio, In sudore uultus tui uesceris pane, et cetera, ut uidentes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non paruipendant penitentiam. In sacra autem Domini cena rursus ab<sup>16</sup> eorum decanis et eorum presbyteris ecclesie<sup>17</sup> liminibus represententur<sup>18</sup>.

*ID 15.45 as BD 19.26; +D 50 c 64*

<sup>12</sup> *corr. fr.* -iant B

<sup>13</sup> den. (*corr. fr.* -ient B) eis CRSWBP; eis den. ZJTHQA

<sup>14</sup> pro pec. ab eccl. CRSWBP; ab eccl. pro pec. ZJTHQA

<sup>15</sup> *corr. fr.* -eant B

<sup>16</sup> ab CRBZTQA; ad H

<sup>17</sup> ecclesie LXRSWBPZJTHA; *om.* C

<sup>18</sup> -ententur CLRXS<sup>2</sup>WBPJ<sup>2</sup>THA; -entur SZJ

## 12

*Ex penitentiali Theodori Cantuariensis archiepiscopi. De illis qui soli Deo peccata sua<sup>1</sup> confitenda esse affirmant<sup>2</sup>*

<sup>3</sup>Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata, ut Greci, quidam uero sacerdotibus confitenda esse percensent, ut tota sancta ecclesia. Quod utrumque non<sup>4</sup> sine magno fructu intra sanctam fit<sup>5</sup> ecclesiam, ita dumtaxat ut Deo qui remissor est peccatorum confiteamur peccata nostra, et hoc perfectorum est, et cum Dauid dicamus, Delictum meum cognitum tibi feci, et iniusticiam meam non abscondi. Dixi, Confitebor aduersum me iniusticias [fo.201ra] meas<sup>6</sup> Domino, et tu remisisti impietatem peccati<sup>7</sup> mei. Sed tamen apostoli institutio nobis sequenda est, ut confiteamur<sup>8</sup> alterutrum peccata nostra, et oremus pro inuicem ut saluemur. Confessio itaque que Deo soli fit, quod iustorum est peccata purgat, ea uero que sacerdoti fit, docet qualiter ipsa<sup>9</sup> purgentur peccata<sup>10</sup>. Deus namque salutis et sanitatis auctor et largitor plerumque hanc prebet<sup>11</sup> sue penitentiae<sup>12</sup> inuisibili administratione, plerumque medicorum operatione.

*ID 15.155 as BD 19.145; De pen. D 1 c 90*

<sup>1</sup> *ss* L<sup>2</sup>

<sup>2</sup> Ex - arch. De - affirmant CRW; De - affirmant S; Ex pen. Theod. De - affirmant BP; De - affirmant. Ex pen. Theodori ZTHQA

<sup>3</sup> A has here the text of c 13, placing this text under the inscription for c 13

<sup>4</sup> *ss* S

<sup>5</sup> *ss* S

<sup>6</sup> iniusticias meas CLWPZJT; iniustitiam meam RXB; SHQ *abbrev.*; non abscondi. Dixi - meas *om.* A

<sup>7</sup> *corr. fr.* cordis X<sup>2</sup>

<sup>8</sup> -eamur CLSWBPZTHQA; -eantur RX

<sup>9</sup> qualiter ipsa CRBZTHQ; ipsa qualiter A

<sup>10</sup> peccata CRBZTHQ; *om.* A

<sup>11</sup> preb. hanc W

<sup>12</sup> in *add.* LR, *om.* CXSWBPZTHQA

## 13

*Ex concilio Salegunstat. Vt presbyter qui post galli cantum<sup>1</sup> bibit, nisi necessitas cogat, sequenti die missam non celebret<sup>2</sup>*

<sup>3</sup>Decretum<sup>4</sup> est etiam in eodem concilio ut presbyter aliquis<sup>5</sup> post galli cantum estiuus noctibus bibens, proximo die missam non celebret, hiemantibus similiter nisi necessitas cogat.

*ID 15.170 as BD Appx*

<sup>1</sup>-t- ss H

<sup>2</sup>Ex - Sal. Vt - non celebret CRWBP; Vt - celebret S; Vt - celebrare non audeat (aud. cel. H) . Ex - Sal. (Ex - Sal. in mg.JA) ZJTHQA

<sup>3</sup>A has here text of c 12

<sup>4</sup>Sec- Z

<sup>5</sup>aliq. ss Q; qui add. ZJTHQA, om. CRSWBP

## 14

*Ex penitentia laicorum*

tradatur. Hereditas tamen liberi hominis qui propter tale facinus ad mortem fuerit iudicatus ad legitimos illius heredes<sup>29</sup> perueniat<sup>30</sup>. Si in atrio ecclesie cuius porta reliquiis sanctorum consecrata est huiusmodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo emendetur uel componatur. Si uero porta ecclesie non est sacrata, eodem modo<sup>31</sup> componatur sicut componi debet quod in immunitate uiolata<sup>32</sup> committitur.  
ID 16.238

<sup>27</sup> pro eo *add.* ZTHQABodl, *om.* CRWBV

<sup>28</sup> uice CRBZTHQ; die A

<sup>29</sup> illius heredes CRWBV; heredes illius ZTHA; heres illius Bodl

<sup>30</sup> illius *add.* Q; Si in atrio ad mortem fuerit iudicatus - illius perueniat *add. again partly fr. above* A; De ecclesiastico et fiscalino - heredes perueniat *om.* S

<sup>31</sup> non *add.* HQ, *om.* CRSBZTABodl

<sup>32</sup> in immunitate uiolata CXSVZTA; immunitate uiolata LR; in munitate uiolata W; in imm. uiolenta B; inuiolata immunitate (-atem) HQ

### 163

#### *Cp. xxvii<sup>1</sup>. De libero uel seruo de furto accusato<sup>2</sup>*

Si liber homo de furto accusatus fuerit, et res proprias habuerit, in mallo ad presentiam comitis se<sup>3</sup> adhramiat<sup>4</sup>. Et si res non habet, fideiussores donet, qui eum<sup>5</sup> adhramire<sup>6</sup> et in placitum adduci faciant. Et liceat<sup>7</sup> ei prima uice per sacramentum se<sup>8</sup> secundum legem<sup>9</sup> idoneiare<sup>10</sup>, si potuerit aut si<sup>11</sup> alia uice duo uel tres eum de furto accusauerint<sup>12</sup>, liceat ei contra unum ex his cum<sup>13</sup> scuto et fuste in campo [218rb] contendere. Quod si seruus de furto<sup>14</sup> accusatus fuerit<sup>15</sup>, dominus eius pro eo emendet, aut cum sacramento excuset, nisi tale furtum perpetratum habeat propter quod ad supplicium tradi debeat.

ID 16.239

<sup>1</sup> Cp. xxvii *om.* S

<sup>2</sup> De - accusato CRSWB; *om.* VZTHQA

<sup>3</sup> comitis se CRSWBZTBodl; comitisse HQA

<sup>4</sup> adhr- CRSWVZTA; adrh- HQBodl

<sup>5</sup> adhramiat. Et si res - eum *om.* B (*not* V)

<sup>6</sup> adhramire CRSWBZT; adhramire HQBodl; haramire A

<sup>7</sup> -t *supercsr.* H

<sup>8</sup> se CRBZTHQ; *om.* A

<sup>9</sup> legem CRBZTHQ; lege A

<sup>10</sup> id<i>on<i>are Z, *corr. fr.* -eare Q

<sup>11</sup> si CRBJTHA; *om.* Z

<sup>12</sup> -erint CRBZJHQBodl; -erit TA

<sup>13</sup> cum CRBZTQ; *om.* A

<sup>14</sup> de furto *ss* T

<sup>15</sup> fuerit CRBZTQ; fuere A

### 164

#### *Cp. xlv<sup>1</sup>. De iniustis et nouis consuetudinibus auferendis<sup>2</sup>*

De iniustis occasionibus et consuetudinibus nouiter institutis, sicut sunt tributa et thelonei in media uia<sup>3</sup>, ubi nec aqua nec palus nec pons nec aliquid tale fuerit unde iuste census exigi possit, uel ubi naues subtus pontes transire solent, siue in medio flumine<sup>4</sup> ubi nullum obstaculum est, ut auferantur. Antiqui autem ad nostram noticiam deferantur.

ID 16.240

<sup>1</sup> Cp. xlv *om.* S

<sup>2</sup> De iniustis (*corr. fr.* iustis B) - auferendis CRSWB; *om.* VZTHQA

<sup>3</sup> media uia *corr. fr.* mediana Z

<sup>4</sup> -inef H; ne *add.* ZTQABodl, *om.* CRSWBVH

## 165

*Cp. lxxiii<sup>1</sup>. De forestibus antiquis seruandis et nouis dimittendis<sup>2</sup>*

De forestibus<sup>3</sup> nostris ut ubicumque fuerint diligentissime inquirant quomodo salue sint, et defense et ut comitibus denuncient<sup>4</sup> ne ullam forestem nouiter instituant, et ubi nouiter constitutas<sup>5</sup> sine nostra iussione<sup>6</sup> inuenerint, dimittere debent<sup>7</sup>.

ID 16.241

---

<sup>1</sup> Cp. lxxiii *om.* S

<sup>2</sup> De - dimittendis CRSWB; *om.* VZTHA

<sup>3</sup> *after corr.* Z

<sup>4</sup> -ient CRBZTHQ; -iet A

<sup>5</sup> constitutas CRSWB; institutas ZTHQBodl

<sup>6</sup> ullam forestem nouiter – iussione *om.* A

<sup>7</sup> debent CRSWB; debeant ZTHQABodl

## 166

*De pacto legum<sup>1</sup>*

Communes causas absentibus consortibus alii consortes agere possunt<sup>2</sup>, si illi qui presentes sunt<sup>3</sup> caueant acceptum esse illis qui absentes sunt<sup>4</sup> quicquid fuerit iudicatum, aut in presenti fideiussorem dederint, ut omnia que definita fuerint implere non differant<sup>5</sup>.

ID 16.242

---

<sup>1</sup> De pacto legum *om.* V

<sup>2</sup> possunt CLWBZTQA; *om.* R

<sup>3</sup> si illi - sunt *ss* Z

<sup>4</sup> sunt CRBZTHQ; *om.* A

<sup>5</sup> differam A

## 167

*De peruasoribus iuris alieni<sup>1</sup>*

Si quis peruasor<sup>2</sup> finium fuerit approbatus, eo quod priusquam aliquid iudicio finiretur id quod alter tenuerat inuasisse, non solum illud quod male peruasit<sup>3</sup> amittat<sup>4</sup>, sed ut non unusquisque rem<sup>5</sup> alienam occupet, cum fuerit in causa deuictus peruasor iuris alieni<sup>6</sup>, tantum spatii restituat quantum presumpsit inuadere.

ID 16.243

---

<sup>1</sup> De - alieni CRWB; *om.* VZTHQA

<sup>2</sup> quis peru. CRBZTHABodl; peru. quis Q

<sup>3</sup> peruasit Bodl

<sup>4</sup> amittat CRSBZTH<sup>2</sup>QBodl; admittat HA

<sup>5</sup> rem CRBZTHQ; *om.* A

<sup>6</sup> iur. al. CRBZTQABodl; al. iur. H

## 168

*De re<sup>1</sup> minori<sup>2</sup> precio uendita<sup>3</sup> quam ad presens ualeat<sup>4</sup> [218va]*

Cum<sup>5</sup> inter ementem atque uendentem fuerit res diffinito precio comparata, quamuis plus ualeat quam ad presens uenditur, hoc tantummodo inquirendum est, si nichil

---

<sup>1</sup> re LSWB; *om.* RX; ? C

<sup>2</sup> *ss* W

<sup>3</sup> -ita LSWB; -ito RX; ? C

<sup>4</sup> De - ualeat CLRSWB; *om.* VZTHQA

<sup>5</sup> autem *add.* HQBodl, *om.* CRSWBVZTA

fraudis uel uolentie egit ille qui comparasse probatur, et uoluerit reuocare qui uendidit, nullatenus permittatur.

ID 16.244

### 169

*Quod unus ex consortibus<sup>1</sup> cum uoluerit uendendi res liberam habeat facultatem<sup>2</sup>*

Prior ordinatio legis fuerat, ut si unus ex consortibus pro quacumque necessitate rem uendere uoluisset, extraneus emendi licentiam non haberet<sup>3</sup>, sed hoc melius probatur indultum<sup>4</sup>, ut quicumque de suis rebus libero utatur arbitrio, et pretermisiss consortibus uel propinquis cui uoluerit uendendi<sup>5</sup> habeat liberam potestatem.

ID 16.245

<sup>1</sup> unus ex cons. RXSWBV; ex cons. unus CL

<sup>2</sup> Quod - facultatem CLRSWBV; om. ZTHQA

<sup>3</sup> haberet CRBZTHQBodl; habet A

<sup>4</sup> indultum CRBZTQABodl; in adultum H

<sup>5</sup> corr. fr. uendidi J

### 170

*Vt dos uiro<sup>1</sup> data a muliere mortuo uiro ad eam redeat<sup>2</sup>*

Si contigerit ut maritus uxore superstite moriatur, quecumque a muliere marito in dote data<sup>3</sup> fuerant, ad suum dominium<sup>4</sup> femine reuocabunt<sup>5</sup>, nec heredes<sup>6</sup> defuncti mariti hoc uendicare presumant<sup>7</sup>.

ID 16.246

<sup>1</sup> uiro C<sup>2</sup>L<sup>2</sup>R<sup>2</sup>SWBV; nec C?L?R

<sup>2</sup> Vt - redeat CRSWBV; om. ZTHQA

<sup>3</sup> data C<sup>2</sup>LSWBVZTQA; dota CR

<sup>4</sup> dominium CRBZTHQ; dominum A

<sup>5</sup> -abunt LR<sup>2</sup>XWVZJ; -abit CSBTHA; -abaint R

<sup>6</sup> heredes CRBZTQABodl; heres H

<sup>7</sup> -ant CRBZTQABodl; -at H

### 171

*De eo qui alium de homicidii crimine impetuerit<sup>1</sup>*

Quicumque alium de homicidii crimine periculosa uel capitali obiectione pulsauerit<sup>2</sup>, non prius a iudicibus audiatur quam se similem penam<sup>3</sup> reo intendi<sup>4</sup> conscripserit subiturum, et si seruos alienos accusandos esse crediderit, se simili inscriptione constringat futurum, ut supplicia innocentum seruorum aut pena capitis sui, aut facultatum amissione compenset.<sup>5</sup> ¶ Ante inscriptionem nemo efficiatur criminosus. Nam inscriptione per ordinem facta, tunc a iudice suscipiendus est reus, et custodie cum accusatore tradendus est, ea tamen ratione ut tam [218vb] accusati quam accusatoris dignitas estimetur. Et<sup>6</sup> unumquemque ante discussionem ita iudex faciat custodire<sup>7</sup>, ut eorum natalis aut dignitas patiuntur<sup>8</sup>. Sane hii qui<sup>9</sup> crimina sua in questione confessi sunt, de aliis si dicere uoluerint, a iudice non credantur, quia iure et

<sup>1</sup> De - impetuerit (-ierit C?V) CRSWBV; In libro nono ZTHQA

<sup>2</sup> pulsauerit CRWVZTHQA; putauerit B

<sup>3</sup> quam add. ZTHQABodl, om. CRSWBV

<sup>4</sup> intendi CRBZTHQ; intendit A

<sup>5</sup> S ends cap. here

<sup>6</sup> Et CRWBJTA; Vt Z

<sup>7</sup> -ire CRWVZTHQA; -ie B

<sup>8</sup> pat- CRBZTHQ; spat- A

<sup>9</sup> qui CRBJTHA; quia Z

legibus constitutum est<sup>10</sup>, ut spontanea professione reus reum non faciat, neque illi<sup>11</sup> de altero<sup>12</sup> credatur, qui se criminose esse confessus est.

*ID 16.247; IP 5.14 ( Quicumque - subiturum ), 5.15a (et si seruos - compenset)*

---

<sup>10</sup> est CRBZTHQ; om. A

<sup>11</sup> illi CRWBV; ille ZTHQABodl

<sup>12</sup> de altero ss T

## 172

*De eo qui famosam cartam ad cuiuscumque iniuriam uel maculam in publico affixerit<sup>1</sup>*

Qui famosam<sup>2</sup> cartam ad cuiuscumque iniuriam et maculam conscripserit in secreto et<sup>3</sup> in publico affixerit, inueniendamque proiecerit, illum contra quem proposita est cartula non nocebit, nec fame eius aliquid derogabit. Sed si inueniri potuerit qui huiusmodi cartulam fecit, constringatur ut probet que conscripsit. Qui si etiam que scripsit<sup>4</sup> probare non potuerit, fustigetur, quia<sup>5</sup> infamare<sup>6</sup> maluit quam accusare.

*ID 16.248 in IDcrsm only*

---

<sup>1</sup> De - affixerit CRSWBV; om. ZTHQA

<sup>2</sup> car- add. and canc. H

<sup>3</sup> et CRSBJTHA; aut Z

<sup>4</sup> Qui si etiam - scripsit om. A

<sup>5</sup> quia CRSWBHQ; qui ZTABodl

<sup>6</sup> infamare CRBZTQABodl; immare H

## 173

*De eo qui cuiuscumque criminis reum accusare uoluerit<sup>1</sup>*

Quicumque inscriptione<sup>2</sup> premissa cuiuscumque<sup>3</sup> criminis reum accusare uoluerit, ab eo die quo<sup>4</sup> inscripsit intra annum peragat propositas actiones. Qui si distulerit, infamis effectus bonorum suorum quarta parte<sup>5</sup> multabitur<sup>6</sup>.

*ID 16.249; IP 5.15b*

---

<sup>1</sup> De - uoluerit CRSWBV; om. ZTHQA

<sup>2</sup> after corr. Z

<sup>3</sup> cuiuscumque CRBZTHQ; cuiusque A

<sup>4</sup> quo CRBZTHQ; quod A

<sup>5</sup> quarta parte CRSWB; quartam partem ZTHQBodl; cartam partem A

<sup>6</sup> mutabitur A

## 174

*De induciis<sup>1</sup> accusatoris uel accusati de criminalibus negociis<sup>2</sup>*

Iudices qui inscriptione premissa criminalia negotia audire ceperint, a die inscriptionis si inducias aut accusator aut reus petierit, intra annum prestare debent, ut hec actio intra anni circulum finiatur. Quod si accusator intra annum que proposuit probare [219ra] distulerit, absoluto reo penam suscipiat legibus superioribus<sup>3</sup> comprehensam. Quod si talis persona sit ad cuius deformitatem infamia non<sup>4</sup> pertineat, exilio deputetur. Tamen si inter accusatorem et reum ita iudice presente conuenerit, ut pro inscriptione utriusque partis<sup>5</sup> integri<sup>6</sup> inducie tribuantur,<sup>7</sup> debet a

---

<sup>1</sup> induciis C<sup>2</sup>RSWBV; iudiciis CLX

<sup>2</sup> De - negociis CLRSWBV; om. ZTHQA

<sup>3</sup> superioribus T; srioribus Bodl

<sup>4</sup> ss C

<sup>5</sup> corr. fr. patris H

<sup>6</sup> after tribuantur Q

<sup>7</sup> et add. A, om. CRBZTHQ

iudice non negari futurum, ut pars que<sup>8</sup> post inducias fuerit superata, districtiori sententia feriatur.

*ID 16.250; IP 5.41 to comprehensam*

<sup>8</sup> pars que CRWVZTHQA; que pars B

### 175

*Quod si post accusationem criminaliter factam accusatori cum accusato innocente conuenerit, inuicem se absoluant, et quod abolitio inuito accusato intra triginta dies accusatori petenti<sup>1</sup> sit permittenda. Post triginta uero<sup>2</sup> dies sit deneganda nisi accusatus et accusator eam a<sup>3</sup> iudice petierunt, quod etiam sumptus<sup>4</sup> testium accusatus si conuictus fuerit, uel accusator si non conuicerit exsoluat<sup>5</sup>*

Si quem penituerit accusasse criminaliter et inscriptionem fecisse de eo quod probare non potuerit<sup>6</sup>, si ei cum accusato innocente conuenerit, inuicem se absoluant. Si uero iudex eum qui accusatus est criminosum esse cognouerit<sup>7</sup>, et inter reum et accusatorem per correptionem<sup>8</sup> de colludio penam excipiat, legibus constitutam. ¶<sup>9</sup> Abolitionem<sup>10</sup> inuito reo postquam fuerit officii custodie<sup>11</sup> traditus intra<sup>12</sup> dies triginta<sup>13</sup> accusatori petenti dari permittimus, post hoc tempus nisi reus consentiat censemus non esse tribuendam<sup>14</sup>. Si criminis accusator intra triginta dies<sup>15</sup> abolitionem petierit, etiam<sup>16</sup> inuito reo a iudice concedatur, et liberi<sup>17</sup> et accusatus<sup>18</sup> et accusator abscedant. Post triginta uero dies quam accusatus custodie fuerit traditus nisi abolitionem et reus et accusator a iudice petierint, accusatori solo non esse [219rb] prestandum. Quod si testes exhibiti<sup>19</sup> ad petitionem accusatoris<sup>20</sup> fuerint, et in custodiam missi fuerint, et abolitio petita prestitaque fuerit<sup>21</sup>, sumptus quos fecerint<sup>22</sup> testes eis accusator exsoluat. Nam si testes exhibiti ab accusatore pene subiacuerint, etiam si consentiant<sup>23</sup> partes abolitio a iudicibus denegetur, sed aut in accusatum si conuictus fuerit, aut in accusatorem si non conuicerit legibus sententia iudicis penam quam passurus erat reus accusator excipiat.

*ID 16.251; C 2 q 3 c 8 to legibus constitutam*

<sup>1</sup> -enti C?LRWV ; -endi B

<sup>2</sup> dies acc. - uero LR<sup>2</sup>SWB; dies accusatori - triginta *add. in black over erasure and in mg. C; om. R; uero X*

<sup>3</sup> a CLRWV; *om. B*

<sup>4</sup> *in mg. in black L*

<sup>5</sup> Quod - exsoluat CLRWBV; *om. ZTHQA*

<sup>6</sup> accusasse - potuerit *om. A*

<sup>7</sup> *corr. fr. cgn- A*

<sup>8</sup> correptionem CRSWBVQ; corruptionem ZTHABodl

<sup>9</sup> ITEM S. *New canon, without insc., begins here in W*

<sup>10</sup> tionem *after lacuna A*

<sup>11</sup> -odie CRSWB; -odia ZTHQA

<sup>12</sup> intra CRBZTQABodl; inter H

<sup>13</sup> trig. dies Q

<sup>14</sup> -dam CRBZTQBodl; -dum H

<sup>15</sup> trig. dies CRSBZT; dies trig. HQBodl; accusatori petenti - triginta dies *om. A*

<sup>16</sup> etiam CRBZTHQ; *om. A*

<sup>17</sup> et liberi CRBZTHQ; *om. A*

<sup>18</sup> et accusatus CRSBZTA; *om. HQBodl*

<sup>19</sup> -h- ss A

<sup>20</sup> -oris CRBJHTA; -res Z

<sup>21</sup> -rit CRSWBQ; -rint ZTHABodl

<sup>22</sup> -rint CRSWB; -runt ZTHQABodl

<sup>23</sup> *corr. fr. consenserint Q*

176

*Eum qui ab irato principe iussus est occidi, non statim a iudicibus occidendum, sed per triginta dies reseruandum<sup>1</sup>*

Si princeps cuiuscumque<sup>2</sup> graui accusatione commotus quemquam occidi preceperit<sup>3</sup> non statim a iudicibus que ab irato principe iussa sunt<sup>4</sup> compleantur, sed triginta dies qui puniri iussus est reseruetur, donec pietas dominorum iusticie amica subueniat.

ID 16.252

<sup>1</sup> Eum - reseruandum (seru- S) CRSWB; om. VZTHQA

<sup>2</sup> cuiuscumque CRBZTHQ; cuiusque A

<sup>3</sup> preceperit CRBZTHQ; precipit A

<sup>4</sup> ss C

177

*Ex libro i Pauli sententiarum<sup>1</sup>. De eo si alienum animal alicui dampnum intulerit<sup>2</sup>*

Si alienum animal cuicumque dampnum intulerit, aut alicuius fructus leserit, dominus eius aut<sup>3</sup> estimationem dampni reddat aut ipsum animal tradat, quod etiam de cane similiter est<sup>4</sup> statutum.

ID 16.253; IP 5.69b

<sup>1</sup> Ex - sent. CRWVZTHA; om. SB

<sup>2</sup> De - intulerit CRSWB; om. VZTHQA

<sup>3</sup> ss Z

<sup>4</sup> est CRBZTHQ; et A

178

*De eo qui feram uel quamcumque bestiam in se proritauerit<sup>1</sup>*

Si<sup>2</sup> qui<sup>3</sup> irritatu suo feram bestiam uel quamcumque aliam quadrupedem in se proritauerit<sup>4</sup>, eaque dampnum dederit, neque<sup>5</sup> in eius dominum neque in custodem actio datur.

ID 16.254; IP 5.69c

<sup>1</sup> De - proritauerit CRSWB; om. VZTHQA

<sup>2</sup> Si C?RXSWBVA; Ei ZTQ; Et H; [ ]t Bodl

<sup>3</sup> qui CRBVZTHA; quis SW

<sup>4</sup> proritauerit CRWBVZH; portauerit TA; proirritauerit Q

<sup>5</sup> neque CRBZTQABodl; nec H

179

*Debital<sup>1</sup> restitutionem inter fideiussores esse diuidendam<sup>2</sup>*

Cum multi<sup>3</sup> fideiussores extiterint<sup>4</sup>, etiam si ad soluendum<sup>5</sup> que promiserunt probantur idonei, et possint omnes in solidum retineri<sup>6</sup>, tamen restitutio<sup>7</sup> [219va] debiti inter eos diuidenda est, ut unusquisque id quod eum pro portione sua contingit<sup>8</sup> exsoluat.

ID 16.255; IP 5.70a

<sup>1</sup> -iti L?WB; -ita CR; -itam X

<sup>2</sup> Debital - diuidendam CLRSWB; om. VZTHQA

<sup>3</sup> multi CRBZTHQ; multa A

<sup>4</sup> extiterint CRSB; extiterunt W; exstiterint V; institerint ZTHQABodl

<sup>5</sup> ad soluendum CRBZTHQ; absoluendum A

<sup>6</sup> retineri CRBZTHQ; itineri A. tamen ret. *repeated and canc.* Z

<sup>7</sup> tam. rest. *repeated and canc.* Z

<sup>8</sup> -ingit CXSBVZTHQA; -igit LR; -igerit W

**180**

*Ex libro v<sup>1</sup>. De his qui famosos libellos in contumelia alterius proposuerint<sup>2</sup>*

In eos auctores qui famosos libellos in contumelia alterius proposuerint, extra ordinem usque ad religionem insule uindicatur, ista interpretatione<sup>3</sup> non indiget. ID 16.256 var.

---

<sup>1</sup> Ex – v om. S

<sup>2</sup> De - proposuerint CRSWB; om. VZTHQA

<sup>3</sup> -ione CRBZTHQ; -ionem A

**181**

*Appellatores infames esse qui fecerunt conuicium iudici<sup>1</sup>*

Conuicium<sup>2</sup> iudici<sup>3</sup> ab appellatoribus fieri non oportet, alioquin infamia notantur, ista interpretatione<sup>4</sup> non indiget.

ID 16.257a var.

---

<sup>1</sup> Appellatores - iudici CRWB; om. VZTHQ; Item A

<sup>2</sup> Conuicium CRBZTHQ; Non uicium A

<sup>3</sup> ss C

<sup>4</sup> interpretatione CRSWBVHQBodl; in tempore ZJTA

**182**

*Quod confessi debitores pro iudicatis habeantur<sup>1</sup>*

Confessi debitores pro iudicatis<sup>2</sup> habentur, ideoque ex die confessionis tempora solutionis<sup>3</sup> prestituta computantur, ista interpretatione<sup>4</sup> non indiget<sup>5</sup>.

ID 16.257b var.

---

<sup>1</sup> Quod - habeantur CRSWB; om. VZTHQ; Item A

<sup>2</sup> uidatis Q

<sup>3</sup> -ionis LRXSWBZTHQA; -iones C?

<sup>4</sup> interpretatione CRSWBHQ; int' ZJTA

<sup>5</sup> -et CLRSWVQ; ind' BTA; -ent Z; indig' J

**183**

*De eo qui a iudice tercio uocatus uenire noluerit<sup>1</sup>*

Quicumque tribus<sup>2</sup> auctoritatibus<sup>3</sup> iudicis<sup>4</sup> conuentus uel<sup>5</sup> tribus edictis ad iudicem<sup>6</sup> fuerit prouocatus<sup>7</sup> aut uno pro omnibus peremptorio id est quod causam extinguit<sup>8</sup> fuerit<sup>9</sup> euocatus, et presentiam suam apud eum iudicem a quo ei denuntiatum est exhiberi noluerit, aduersus eum quasi in contumacem iudicari<sup>10</sup> potest, quin immo nec retractari per appellationem negocia possunt, quoties in contumacem fuerit iudicatum.

ID 16.258; IP 5.43

---

<sup>1</sup> De - noluerit (*corr. fr.* uol- W) CRSWBH; om. VZTQA

<sup>2</sup> tribus CRBZTHABodl; om. Q

<sup>3</sup> *corr. fr.* auctoribus X<sup>2</sup>

<sup>4</sup> iudicis CRBZTHQ; iudici A

<sup>5</sup> uel CLSWBZTHQABodl; ut RX

<sup>6</sup> ad iudicem RXSBVZTHQABodl; a iudice CLW

<sup>7</sup> ss C

<sup>8</sup> -u- ss C; extingit R

<sup>9</sup> prouocatus aut uno pro - fuerit om. A

<sup>10</sup> *corr. fr.* -are B

**184**

*Appellandum esse quando sacramentum offertur, non postquam iuratur<sup>1</sup>*

---

<sup>1</sup> Appellandum - iuratur CRSWB; om. VZTHQ; Item A



Si quando dum<sup>2</sup> causa a iudice audiatur sacramentum<sup>3</sup> petente uno ex litigatoribus alter obtulerit, litigator qui iudicibus appellare uoluerit tunc appellare debet quando sacramentum offertur, non postquam iuratur.

ID 16.259

<sup>2</sup> ss Z

<sup>3</sup> short erasure follows in Z

## 185

*De eo qui timens preiudicium fideiussorem dare noluerit<sup>1</sup>*

Si quando inter litigatores de dampno presentie sue fideiussore contentio<sup>2</sup> est, si aliquis [219vb] in cautionem uerborum preiudicium timeat, et propter hoc fideiussorem dare nolit, post certum aliquid de rebus suis pene causa<sup>3</sup> deponere, sed<sup>4</sup> si contra eum fuerit iudicatum et ipse defuerit, perdet quod deposuit.

ID 16.260

<sup>1</sup> De - noluerit (uol- RXW) C?LRXSWB; om. VZTHA

<sup>2</sup> contentio CRSWBVJTHA; contemptio Z

<sup>3</sup> corr. to causam R

<sup>4</sup> sed CRBZTHQ; om. A

## 186

*Ex libro i capitularium, cp. lxxxiii. De personis a quibus non sunt res accipiende<sup>1</sup>*

Sanctitum<sup>2</sup> est ut nullus quilibet<sup>3</sup> ecclesiasticus ab his personis res deinceps accipere presumat, quarum liberi aut propinqui hac inconsulta<sup>4</sup> oblatione possunt rerum propriarum exheredari. Quod si aliquis deinceps hoc facere temptauerit, synodali uel imperiali sententia modis omnibus feriat.

ID 16.261

<sup>1</sup> Ex - lxxxiii. (cp. lxxxiii om. B) De - accipiende CRWB; De - accipiende S; De - accipiende. Ex libro primo (primo libro HQ) - lxxxiii VZTHQA

<sup>2</sup> Sanctitum CLRX; Statutum R<sup>2</sup>SWBVZTHQABodl

<sup>3</sup> corr. fr. quibuslibet C?

<sup>4</sup> corr. fr. con... C?

## 187

*Cp. lxxxv. De mansis uniuscuiusque ecclesie<sup>1</sup>*

Sanccitum<sup>2</sup> est ut unicuique ecclesie unus mansus integer absque alio seruicio attribuatur, et presbiteri in eis constituti non de decimis neque de oblationibus fidelium, non de domibus neque de atris, uel de ortis iuxta ecclesiam positus, neque de prescripto<sup>3</sup> manso aliquod seruicium faciant<sup>4</sup>, preter ecclesiasticum. Et si aliquid amplius habuerint, inde senioribus suis debitum seruicium impendant<sup>5</sup>.

ID 16.262 ( cf ID 3.55, above 3.3.2 ); + C 23 q 8 c 25 (Palea)

<sup>1</sup> Cp. lxxxv (lxxxv W) . De - ecclesie CRW; De - ecclesie SB; om. V; De - ecclesie. Cp. lxxxv ZTHQA

<sup>2</sup> Sanccitum CLRXSWBVZT<sup>2</sup>QBodl; Sancitum THA

<sup>3</sup> prescripto CRBZTHQ; scripto A

<sup>4</sup> ss after ecclesiasticum S

<sup>5</sup> -ant CRXWBV; f. S; -atur ZTHQABodl

## 188

*Cp. lxxxvi. De uillis nouis et ecclesiis in eis nouiter constitutis<sup>1</sup>*

<sup>1</sup> Cp. lxxxvi (corr. to lxxxvii L?). De - constitutis (institutis B). CLRWB; De - constitutis S; Cp. lxxxvii V; De - in eis (in eis om.HQ) nou. const. cap. lxxxvi ZTHQA

Sanctitum<sup>2</sup> est de uillis nouis et ecclesiis in eis nouiter constitutis<sup>3</sup>, ut decime de ipsis uillis ad easdem ecclesias conferantur<sup>4</sup>.

ID 16.263

---

<sup>2</sup> Sanctitum LRXSWBVZT<sup>2</sup>QBodl; Saccitum C; Sancitum THA

<sup>3</sup> corr. fr. edificatis Q

<sup>4</sup> conferantur CRSWBZTABodl; referantur HQ

### 189

*Cp. lxxxvii<sup>1</sup>. Sacra uasa ecclesie in pignus nullomodo danda nisi pro redemptione captiuorum<sup>2</sup>*

De sacris uasis ecclesie que in pignus a nonnullis in quibusdam locis dari comperimus inhibitum est ne<sup>3</sup> deinceps a quoquam fieri presumatur, nisi solummodo necessitate redimendorum captiuorum compellente<sup>4</sup>.

ID 16.264

---

<sup>1</sup> corr. to lxxxviii R?; Cp. lxxxvii om. S

<sup>2</sup> Sacra - captiuorum CRSWB; om. VZTHQA

<sup>3</sup> ne CRBZTHQ; om. A

<sup>4</sup> -ente CRSBJTHA; -entem Z

### 190

*Cp. cxxxv. De [220ra] his qui ad casam Dei res tradere uolunt<sup>1</sup>*

Qui res suas pro anima sua ad casam<sup>2</sup> Dei tradere uoluerit, domi traditionem faciat coram testibus legitimis. Et que inhoneste<sup>3</sup> facte sunt traditiones de quibus nulla est questio stabiles permaneant<sup>4</sup>.

ID 16.265

---

<sup>1</sup> Cp. cxxxv. De - uolunt CRW; De - uolunt SB; Cp. cxxxv V; De - uolunt. cap. cxxxv (cxxxv om. A) ZTHQA

<sup>2</sup> -am CRBZTHQ; -um A

<sup>3</sup> inhoneste CRXSWBV; honeste S<sup>2</sup>ZTHQABodl

<sup>4</sup> permaneant LRXSWBZTHQA; permaneane C?

### 191

*Ex iii libro capitularium cp. xii. De theloneis<sup>1</sup>*

Placet nobis ut antiqua et iusta thelonea a negotiatoribus exigantur, tam de pontibus quam<sup>2</sup> de nauigiis, seu mercatis. Noua ergo seu iniusta ubi uel funes tenduntur, uel cum nauibus sub pontibus transitur, seu his<sup>3</sup> similia in quibus nullum adiutorium itinerantibus prestatur, similiter etiam nec de his qui sine negociandi causa substantiam suam de una domo sua<sup>4</sup> ad aliam, aut ad palacium, aut in exercitum ducunt, theloneum<sup>5</sup> nullatenus ab eis<sup>6</sup> exigatur.

ID 16.266

---

<sup>1</sup> Ex iii (iiii W) libro (libro iii S) - xii (xii C<sup>2</sup>RSW<sup>2</sup>; ii CW; cp. xii om. B). De thel. CLRSWB; Ex iii libro capitularium cp. xii V; De tel. Ex iii (corr. fr. intercio T) - xii ZTHQA

<sup>2</sup> quam CRXSWB; quamque ZJTHA

<sup>3</sup> his CRBZTHQ; om. A

<sup>4</sup> sua CRBZTABodl; om. HQ

<sup>5</sup> teleonum corr. fr. teloneum A

<sup>6</sup> null. ab eis CRBZTHABodl; ab eis null. Q

### 192

*Cp. xliiii. De seruo qui dampnum quodlibet perpetrat<sup>1</sup>*

---

<sup>1</sup> Cp. xliiii. De - perpetrat CRWB; De - perpetrat S; Cp. xliiii V; De - perpetrat. Cap. xliiii ZTHQA

Neminem liceat seruum suum propter dampnum ab illo cuilibet illatum dimittere, sed iuxta qualitatem dampni dominus pro illo respondeat, uel eum in compositionem aut penam petitori offerat. Si autem seruus perpetrato scelere fugerit, ita ut a domino penitus inueniri non possit, sacramento se dominus eius excusare studeat, quod hoc nec<sup>2</sup> sue uoluntatis nec conscientie fuisset<sup>3</sup> quod seruus eius tale facinus commisit.  
ID 16.267

<sup>2</sup> nec CRSWBV; om. ZTHQABodl

<sup>3</sup> fuisset CRBZTHQ; est A

### 193

#### *Cp. xlv. De mannitione secundum legem ad mallum<sup>1</sup>*

Si quis<sup>2</sup> ad mallum legibus mannitus<sup>3</sup> fuerit, et non uenerit, si eum somnis non tenuerit, xv sol<sup>4</sup> culpabilis iudicetur. Sic ad secundam et tertiam. Si autem ad quartum<sup>5</sup> uenire contempserit, possessio eius in bannum mittatur donec ueniat et de re qua interpellatus fuerit iusti[220rb]ciam faciat. Si infra annum non uenerit, de rebus eius<sup>6</sup> que in bannum misse sunt rex interrogetur, ut quicquid inde iudicauerit fiat. Prima mannitio<sup>7</sup> super noctes vii, secunda super noctes xiiii, tertia super noctes xxi<sup>8</sup>, quarta super noctes xlii fiat. Similiter et de beneficio hominis si forte res proprias non habuerit, mittantur in bannum usque dum rex interrogetur.

ID 16.268

<sup>1</sup> Cp. xlv. De mann. - mallum CRWB; De mann. - mal<l>um S; Cp. xlv V; De mann. ( bann. A ) - mallum. cap. xlv (xli H) ZTHQA

<sup>2</sup> corr. fr. quid A

<sup>3</sup> mallum legibus mannitus C?RBZTHQBodl; bannum legibus bannitus A

<sup>4</sup> corr. fr. -idos to -idis H

<sup>5</sup> -tum LRXSWBZTHQBodl; -tam C?A

<sup>6</sup> eius CRBZTH; suis Q; om. A

<sup>7</sup> mann- CRBZTHQ; bann- A

<sup>8</sup> corr. fr. xi A

### 194

#### *Cp. xlvii. De hominibus<sup>1</sup> ad mortem iudicatis, et postea eis uita concessa si iusticiam quesierint<sup>2</sup>*

De illis hominibus qui propter eorum culpas ad mortem iudicati<sup>3</sup> sunt<sup>4</sup>, et postea eis uita fuerit concessa, si ipsi iusticiam ab aliis requisierint, aut ab<sup>5</sup> ei<sup>6</sup> iusticiam<sup>7</sup> querere<sup>8</sup> uoluerint, qualiter inter illos iudicium terminetur. Primo omnium de illis causis pro quibus iudicatus fuerat ad mortem, nullam potest facere repeticionem, quia omnes res sue secundum iudicium Francorum in publico fuerunt reuocate. Et si aliquid in postmodum postquam uita ei<sup>9</sup> concessa est cum iustitia acquirere potuerit, in sua libertate teneat, et defendat secundum legem, in testimonium autem non suscipiatur, nec inter scabinos ad legem iudicandam teneatur<sup>10</sup>. Et si ad<sup>11</sup>

<sup>1</sup> hominibus CRBZTHQ; omnibus A

<sup>2</sup> Cp. xlvii (xlvi C). De - ques. CLRWB; De - ques. S; Cp. xlvii V; De - ques. cap.xlvii ZTHQA

<sup>3</sup> -ati C?RBZTHQBodl; -ari T

<sup>4</sup> sunt CRSWB; fuerint ZTHQABodl

<sup>5</sup> ab C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SB; om. CRXWVZTHQBodl

<sup>6</sup> ei RXWVZTHABodl; eis CLSB; an illegible add. ss C

<sup>7</sup> quis add. R<sup>2</sup>B, om. CLRXVZTHQBodl; erasure in W

<sup>8</sup> corr. fr. quere L<sup>2</sup>

<sup>9</sup> uita ei CRXBV; ei uita WZTHQABodl

<sup>10</sup> ad legem iudicandam teneatur CRXWVZTHQA; ad legem iudicando teneat L; ad legem iudicando (?) locum teneatur R<sup>2</sup>; legem iudicando locum teneat SB

<sup>11</sup> legem add. A

sacramentum aliquid iudicatum fuerit quod iurare debeat, si aliquis ipsum sacramentum falsum dicere uoluerit, contendant<sup>12</sup>.

ID 16.269

<sup>12</sup> contendant CRXWVZTHQABodl; cum armis contendat LSB; contendat L<sup>2</sup>; cum armis contendat R<sup>2</sup>

## 195

*Cap. liiii. De non cogendo ad pontem ire causa thelonei<sup>1</sup>*

Vt nullus cogatur ad pontem ire, uel ad fluuium transeundum<sup>2</sup> propter thelonei<sup>3</sup> causas, quando ille in alio loco compensus illud flumen transire potest. Similiter in plano campo ubi pons<sup>4</sup> nec triiectus est omnibus precipimus ut ibi theloneum non exigatur.

ID 16.270

<sup>1</sup> Cap. liiii. De - thelonei CRW; De - ire si noluerit S; De - thelonei B; Cp. lxiii V; De - telonei. cap. liiii ZTHQA

<sup>2</sup> transeun A

<sup>3</sup> corr. fr. -neos Z

<sup>4</sup> corr. fr. ponis T

## 195A<sup>1</sup>

*De nimium blasphemii<sup>2</sup> latronibus cp. lxi<sup>3</sup>*

De latronibus qui magnam habent blasphemiam quicumque aliquem ex his comprehenderit nullum dampnum exinde patiatur.

cf 29.161a above; ID 16. 236

<sup>1</sup> HQBodl only

<sup>2</sup> -emiis HQ; -emis H<sup>2</sup>

<sup>3</sup> De - lxi HQ; om. Bodl.

## 196

*Cp. lxxv. De eo [220va] qui domum alienam cuiuslibet infregerit<sup>1</sup>*

Si quis domum alienam cuiuslibet infregerit, quicquid exinde per uim abstulerit aut rapuerit aut furauerit secundum legem et uuadios<sup>2</sup> illi cuius domus fuerit infracta et spoliata in triplum componat, et insuper bannum dominicum<sup>3</sup> soluat. Si seruus hoc fecerit, sententiam superiorem accipiat, et insuper secundum suam legem compositionem faciat. Si quislibet homo aliquod tale dampnum alicui fecerit, pro quo plenam compositionem facere non ualeat, semetipsum in uuadio pro seruo dare studeat, usque dum plenam compositionem adimpleat.

ID 16.272

<sup>1</sup> Cp. lxxv. De - cuiusl. infregerit (infregit W) CLRW; uel ad aliquem uenerabilem locum *add.* L<sup>2</sup>; De - cuiusl. infregerit SB; Cp. lxxv V; De - cuiusl. fregerit. cap. lxxv ZTHQ; De - fregerit cuiusl. cp. lxxv A

<sup>2</sup> et uuadios CRWBVZT; reddat et S; uuadios HQBodl; euuadios A

<sup>3</sup> id est lx sol' *add.* ss S

## 197

*Ex libro iiii cp. viiii. De uxoribus defunctorum quam partem post obitum maritorum de collaboratione accipiant<sup>1</sup>*

Volumus ut uxores defunctorum post obitum maritorum terciam partem<sup>2</sup> collaborationis quam simul in beneficio collaborauerunt accipiant. Et de his rebus

<sup>1</sup> Ex - viiii. De - accipiant CRW; De - accipiant SB; Ex - ix V; De - accipere debent. Ex libro (capitularium *add.* Q) - viiii ZTHQA

<sup>2</sup> partem CRBZTHQ; om. A

quas is<sup>3</sup> qui illud beneficium habuit aliunde adduxit, uel comparauit uel ei ab<sup>4</sup> amicis suis collatum est, has uolumus tam ad orphanos defunctorum quam ad uxores eorum peruenire.

ID 16.273

<sup>3</sup> is CRSBZTH; his QABodl

<sup>4</sup> ab C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>S(after lacuna)WBZTHA; om. CRX

## 198

### *Cp. xv. De uiduis, pupillis et pauperibus<sup>1</sup>*

Precipimus ut quodcumque in mallum<sup>2</sup> ante comitem uidue, pupilli et pauperes uenerint, primo eorum causa audiatur et definiatur. Et si testes per se ad causas suas querendas habere non potuerint, leges nescierint, comes illos uel illas adiuuet, dando<sup>3</sup> eis talem hominem qui rationem eorum<sup>4</sup> teneat, et<sup>5</sup> pro eis loquatur.

ID 16.274

<sup>1</sup> Cp. xv. De - paup. CRWB; De - paup. S; Cp. xv V; De - paup. cap. xv ZTHQA

<sup>2</sup> mallum LRXSWBVZTHQABodl; mallis and lacuna for one word C

<sup>3</sup> dando CRBZTHQ; donando A

<sup>4</sup> ss Q

<sup>5</sup> et CRSWB; uel ZTHQBodl; om. A

## 199

### *Cp. xvi. De raptu uiduarum<sup>1</sup>*

Qui uiduam intra primos xxx dies uiduitatis<sup>2</sup> uel inuitam<sup>3</sup> uel uolentem<sup>3</sup> sibi copulauerit, bannum nostrum, id est sexaginta solidi in triplo componat, et si inuitam eam duxit<sup>4</sup>, legem suam componat<sup>5</sup>, [220vb] illam uero<sup>6</sup> ulterius non attingat.

ID 16.275

<sup>1</sup> Cp. xvi. De - uid. CRWB; De - uid. S; Cp. xvi V; De - uid. cap. xvi ZTHQA

<sup>2</sup> corr. fr. -ates R

<sup>3</sup> uolentem CRBZTHQ; uoluntatem A

<sup>4</sup> eam duxit CRSWZTA; duxerit eam HQBodl

<sup>5</sup> et si inuitam - componat om. B (in V)

<sup>6</sup> uero CRBZTHQ; om. A

## 200

### *Cp. xvii. De homine publicam penitentiam agente interfecto<sup>1</sup>*

Qui hominem penitentiam publicam<sup>2</sup> agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat, et guirguldum<sup>3</sup> proximis eius persoluat.

ID 16.276, and cf ID 10.44

<sup>1</sup> Cp. xvii. De - interfecto CRXWB; De - interfecto S; Cp. xvii V; De homine interfecto publicam penitentiam agente cap. xvii ZHQ; De homine agente interfecto publicam penitentiam . cap. xviii T; De homine interfecto agente publicam penitentiam. cap. xviii A

<sup>2</sup> pen. pub. CRXWVZTHQBodl; pub. pen. SBA

<sup>3</sup> guirguldum RX; guigildum C?; uirguldum S; uiguldum W; uuirguldum BV<sup>2</sup>T; et uuirguldum V; wirgildum Z; guirguldum HQBodl; ut uuirguldum A

## 201

*Cp. xviii. De homine<sup>1</sup> libero ut potestatem habeat ubicumque uoluerit res suas<sup>2</sup> dare, et qualiter hoc facere debeat<sup>3</sup>*

<sup>1</sup> ss C

<sup>2</sup> res suas CRWZTHQA; suas res B

<sup>3</sup> Cp. xviii. De - debeat CRWB; De - debeat S; Cp. xviii V; De - debeat. cap. xviii ZTHQA

Si quis res suas pro salute anime sue uel ad<sup>4</sup> aliquem uenerabilem locum uel propinquo suo aut cuilibet alteri tradere uoluerit, eo tempore quando intra ipsum comitatum fuerit in quo ille<sup>5</sup> res posite sunt legitimam traditionem facere<sup>6</sup> studeat. Quod si eodem tempore quo illas tradere uult extra eundem<sup>7</sup> comitatum fuerit, siue in exercitu siue in palatio, siue in alio quolibet<sup>8</sup> loco, adhibeat sibi uel de suis pagensibus, uel de aliis qui eadem lege uiuant qua ipse uiuit<sup>9</sup> testes idoneos, uel si illos habere non potuerit tunc de aliis quales sibi meliores inuenire possit, et coram eis rerum suarum traditionem faciat. Et postquam hec traditio ita facta fuerit, heres illius nullam de predictis rebus ualeat facere<sup>10</sup> repetitionem. Insuper et ipse per se<sup>11</sup> fideiussorem faciat eiusdem<sup>12</sup> uestiture<sup>13</sup>, ne<sup>14</sup> heredi ulla<sup>15</sup> occasio remaneat hanc traditionem immutandi, sed potius necessitas incumbat illam perficiendi. Et si nondum res suas cum coheredibus suis diuisas habuit, non ei hoc sit impedimento, sed coheres eius si sponte<sup>16</sup> noluerit<sup>17</sup> aut per comitem aut per missum eius distringatur ut diuisionem cum illo faciat, ad quem defunctus hereditatem suam uoluit peruenire. Et si cuilibet<sup>18</sup> ecclesie eam<sup>19</sup> tradere rogauit,<sup>20</sup> heres eius eam legem cum illa ecclesia de predicta here[221ra]ditate habeat quam cum alio coherede suo habere debeat. Et hoc obseruetur<sup>21</sup> erga patrem et filium et nepotem usque ad annos legitimos, postea ipse res ad immunitatem ipsius<sup>22</sup> ecclesie redeant.

ID 16.277

<sup>4</sup> ss T

<sup>5</sup> ss Q

<sup>6</sup> facere CRWZTHQA; tradere B

<sup>7</sup> eun- RSWBJTHA; ean- Z; ? C

<sup>8</sup> corr. fr. illo Q

<sup>9</sup> uiuit CRWBZTA; uult HQBodl

<sup>10</sup> add. in mg. C

<sup>11</sup> per se CRBZTH<sup>2</sup>; om. HQ

<sup>12</sup> eiusdem CRWBZTHA; om. Q

<sup>13</sup> uestiture CRBZTHQ; uestituere A

<sup>14</sup> ne CRWBZTHA; nec Q

<sup>15</sup> ulla C?LR<sup>2</sup>SWBVQBodl; nulla RXZTHA

<sup>16</sup> sponte CRBZT<sup>2</sup>HQBodl; ponte TA

<sup>17</sup> nol- LRXSWBZTHQBodl (-r- ss H); uol- A; ? C

<sup>18</sup> cuilibet C?LRSWB; cuiuslibet ZTHQABodl

<sup>19</sup> eam LRBZTH; om. WA; ? C

<sup>20</sup> cum add ZTHQABodl, om. C?LRSWB

<sup>21</sup> obseru- CRBZTQABodl; seru- H

<sup>22</sup> immunitatem ipsius CRBZTHQ; unitatem A

## 202

### *Cp. xxxi. De adulteratoribus monete<sup>1</sup>*

Quicumque falsam monetam percussisse comprobatus fuerit, manus eius amputetur. Et qui hoc consensit, si liber est, lx<sup>2</sup> solid' componat, si seruus lx ictus<sup>3</sup> accipiat.

ID 16.278; IP 5.70b

<sup>1</sup> Cp. xxxi. De - mon. CRWB; De - mon. S; Cp. xxxi V; De - mon. (manete A) cap. xxxi ZTHQA

<sup>2</sup> lx CRWZTHQA; xl B

<sup>3</sup> ss H

## 203

### *Cp. xxxv. De terra tributaria<sup>1</sup>*

Quicumque terram tributariam unde tributum ad partem<sup>2</sup> nostram exire solebat, uel ad ecclesiam, uel cuilibet alteri tradiderit, is<sup>3</sup> qui eam susceperit tributum quod inde

<sup>1</sup> Cp. xxxv. De - trib. CRWB; De - trib. S; Cp. xxxv V; De - trib. cap. xxxv ZTHQA

<sup>2</sup> partem CRBZTHQ; patrem A

soluebatur omnimodo<sup>4</sup> ad partem<sup>5</sup> nostram persoluat, nisi forte talem firmitatem de parte dominica habeat per quam ipsum tributum sibi perdonatum possit ostendere.  
ID 16.279

<sup>3</sup> is CRBZTHQ; his A

<sup>4</sup> omnimodo CRBZTQABodl; omnino H

<sup>5</sup> par A

## 204

### *Cp. xxxvii. De terra censali<sup>1</sup>*

Si quis<sup>2</sup> terram censalem<sup>3</sup> habuerit, quam antecessores sui uel<sup>4</sup> ad aliquam ecclesiam<sup>5</sup> uel ad uillam nostram dederunt, nullatenus eam secundum legem tenere potest, nisi ille uoluerit ad cuius potestatem uel illa ecclesia uel illa uilla pertinet<sup>6</sup>, nisi forte filius aut nepos eius sit qui eam tradiderit, et ei eadem terra ad tenendum placitata sit. Sed in hac re considerandum est<sup>7</sup> utrum ille qui hanc tenet diues<sup>8</sup> an pauper sit, et utrum aliud<sup>9</sup> beneficium habeat, uel etiam proprium. Et qui horum neutrum habet, circa hunc<sup>10</sup> misericorditer agendum est, ne ex toto despoliatus in egestatem<sup>11</sup> incidat, aut talem ille<sup>12</sup> censum inde<sup>13</sup> persoluat qualis ei fuerat constitutus, uel portionem aliquam inde<sup>14</sup> in beneficium<sup>15</sup> accipiat unde se sustentare ualeat.

ID 16.280

<sup>1</sup> Cp. xxxvii. De - cens. CRWB; De - cens. S; Cp. xxxvii V; De - cens. ( *corr. fr. sens- A* ) cap. xxxvii ZTHA; De - cens. Q

<sup>2</sup> *corr. fr.* quisquam Z

<sup>3</sup> terr. cens.] cens. terr. Bodl

<sup>4</sup> *ss* B

<sup>5</sup> al. ecc. CRVZTHQA; ecc. al. B

<sup>6</sup> -net RSWBJTHA; -neat Z; ? C

<sup>7</sup> re cons. est CRBZTHQBodl; cum ecclesiandum est uel A

<sup>8</sup> *corr. fr.* diuos A

<sup>9</sup> *corr. fr.* alium H; illud Q

<sup>10</sup> hunc CRBZTHQ; *om.* A

<sup>11</sup> -atem CRBZTHQ; -ate A

<sup>12</sup> inde S; *corr. fr.* illum Bodl

<sup>13</sup> inde CRWBZTA; unde HQBodl; *om.* S

<sup>14</sup> inde CRBZTHQ; ei A

<sup>15</sup> *short erasure follows in Z*

## 205

### *Cap. lvi. De debito ad opus dominicum reguadiato<sup>1</sup> [221rb]*

Vt<sup>2</sup> de<sup>3</sup> debito quod ad opus nostrum fuerit reuadiatum talis<sup>4</sup> consideratio fiat ut is<sup>5</sup> qui ignoranter peccauit non totum secundum legem soluere cogatur, sed iuxta quod possibile uisum<sup>6</sup> est. Is uero qui tantum mala<sup>7</sup> uoluntate peccauit totam legis compositionem cogatur exsoluere.

ID 16.281

<sup>1</sup> Cap. lvi. De - reguadiato (reuuad- WB) CRWB; De - reguadiato S; Cp. lvi V; De - reuadiato. cap. lvi ZTHQA

<sup>2</sup> Et V

<sup>3</sup> de CRS<sup>2</sup>WBV; *om.* SZTHQABodl

<sup>4</sup> talis CRBZTHQ; *om.* A

<sup>5</sup> is CRBZTHQ; his A

<sup>6</sup> *after corr.* Z

<sup>7</sup> mala CRBZTHQ; *om.* A

## 206

*Ex libro v, cp. cccli. De eo qui per inuidiam uel dolum uel<sup>1</sup> liberi uel serui domum incenderit<sup>2</sup>*

Si quis per aliquam inuidiam uel dolum in nocte uel in die ignem imposuerit, et incenderit liberi uel serui domum, primo omnia edificare restituat, et quicquid ibi arserit componat et insuper lx solid<sup>3</sup> sit culpabilis, et<sup>4</sup> publica<sup>5</sup> penitentia secundum iudicium sacerdotum multetur. Et quanti homines de ipso incendio euaserint, unicuique secundum legem componat, et omnia que<sup>6</sup> ibi perdiderint restituat.  
ID 16.282

<sup>1</sup> uel CLRXX; om. SBZTHQA

<sup>2</sup> Ex - cccli. De - incend. CLRXX; De - incend. SB; Ex - cccli V; De - incend. Ex - cccli ZTHQA

<sup>3</sup> lx sol. CRSWBZTA; xl sol. HQBodl

<sup>4</sup> in add. Z, om. CRSBJTHA

<sup>5</sup> sententia add. and canc. A

<sup>6</sup> et omnia que CRBZTHQ; omnia meque A

## 207

*Cp. ccclii. Vt si quis seruum iniuste accusauerit alienum domino simile mancipium pro hoc facto reddat<sup>1</sup>*

Si quis seruum<sup>2</sup> iniuste accusauerit alienum, et innocenti<sup>3</sup> tormenta pertulerit, domino simile mancipium pro<sup>4</sup> hoc facto reddat. Si uero innocens in tormento<sup>5</sup> mortuus est, duos seruos eiusdem meriti sine dilatione domino restituat.  
ID 16.283

<sup>1</sup> Cp. ccclii. Vt - reddat CRWB; Vt - reddat S; Cp. ccclii V; Vt - reddat. cap. ccclii ZTHA

<sup>2</sup> corr. fr. -uus Z

<sup>3</sup> -enti RSWBVTHA; -entem Z; ? CJ

<sup>4</sup> pro CRBZTHQ; per A

<sup>5</sup> -ento CRBZTQABodl; -enta H

## 208

*Cp. ccclx. De eo qui causam alterius tulerit de loco<sup>1</sup> suo<sup>2</sup>*

Si quis causam alterius<sup>3</sup> tulerit de loco suo, ipsam illesam reddat<sup>4</sup> aut<sup>5</sup> similem. Si uero foras aliqua traxerit et absconderit<sup>6</sup> atque negauerit interrogatus, furtiuam componat.  
ID 16.284

<sup>1</sup> -co ss T

<sup>2</sup> Cp. ccclx. (cccxl corr. fr. ccxl C, cccx L) De - suo CLRW; De - suo SB; Cp. ccclx V; De - suo. cap. ccclx ZTHQA

<sup>3</sup> caus. alt. CRSWBZTA; alt. caus. HQBodl

<sup>4</sup> -t ss H

<sup>5</sup> aut CRBZTHQ; ac A

<sup>6</sup> absconderit LRXSWBZTHQABodl; absconderit C?

## 209

*Cp. ccclxii. De uenditionibus uili precio distractis uel uiciosis<sup>1</sup>*

Placuit in uenditione hanc formam seruari, ut seu<sup>2</sup> res seu mancipia uel quodlibet<sup>3</sup> genus animalium uenundetur<sup>4</sup>, nemo [221va] propterea uenditionis firmitatem irrumpat quod dicit se uili precio uendidisse, sed postquam factum est negocium non sit mutatum, nisi forte uicium sibi a uenditore celatum inuenerit. Si autem uenditor

<sup>1</sup> Cp. ccclxii. De - uiciosis (uel uic. ss L) CLRWB; De - uiciosis S; Cp. ccclxii V; De - uiciosis. cap. ccclii (ccclxii H) ZTHQA

<sup>2</sup> seu CRBZTHQ; se A

<sup>3</sup> quodlibet CRSWBTH<sup>2</sup> QBodl; quolibet ZHA

<sup>4</sup> uenundetur CRBZTQ; uendetur A



dixerit uicium, stet emptio et non sit mutata. Si autem non dixerit, mutare potest in illa die, et in alia<sup>5</sup>, siue in tertia die. Et si amplius de tribus noctibus illud habuerit<sup>6</sup>, postea non potest mutare, nisi forte eum inuenire infra<sup>7</sup> tres dies non poterit. Tunc quando inuenerit recipiat, quia uicium uendidit. Et si non uoluerit recipere, iuret cum suis sacramentalibus quod uicium ibi nullum<sup>8</sup> sciebat in illa die quando negotium fecit, et stet factum<sup>9</sup>.

ID 16.285

---

<sup>5</sup> alia CRBTHQ; illa A

<sup>6</sup> illud hab. CRSBZTA; hab. illud HQBodl

<sup>7</sup> infus A

<sup>8</sup> nullum CRBZTHQ; in illum A

<sup>9</sup> et stet (*corr. fr.* stetit A) factum CRSWBJTHA; *om.* Z

## 210

*Cp. ccclxiii. Vt qui arras dederit pro quacumque re precium reddere<sup>1</sup> compellatur<sup>2</sup>  
Qui arras dederit pro quacumque<sup>3</sup> re pretium cogatur implere quod placuit emptori.*

ID 16.286

---

<sup>1</sup> dere Q

<sup>2</sup> Cp. ccclxiii. Vt - comp. (cogatur W) CRWB; Vt - comp. S; Cp. ccclxiii V; Vt - comp. cap. ccclxiii (ccclviii Q) ZTHQA

<sup>3</sup> quacumque CRSWBJ<sup>2</sup>THA; cumque ZJ

## 211

*Cap. ccclxiii. Vt peregrinos transeuntes nemo inquietet<sup>1</sup>*

Placuit ne peregrinos transeuntes quis inquietare presumat, eisque nocere audeat, quia alii propter<sup>2</sup> Deum, alii propter suas<sup>3</sup> discurrunt necessitates. Quod si aliquis presumptuosus<sup>4</sup> fuerit, qui peregrino nocuerit, uel eum assallierit<sup>5</sup>, aut despoliauerit, leserit, plagauerit, ligauerit, uendiderit, uel occiderit<sup>6</sup>, ipsi peregrino singillatim<sup>7</sup> dupliciter sicut de alio homine solet componi, aut suo seniori, uel socio cum sua lege componat. Quod si mortuus fuerit, et senioem ibi uel socium non habuerit, tunc episcopus aut<sup>8</sup> sacerdotes<sup>9</sup> eiusdem<sup>10</sup> pagi ipsam compositionem<sup>11</sup> in duplo sicut de indigena<sup>12</sup> distringente iudice accipi[221vb]ant, et in suam elemosinam illa<sup>13</sup> tribuant, et insuper lx<sup>14</sup> sol<sup>15</sup> fisco cogatur persoluere. Et si peregrinum uiuentem reliquerit, omnem iniuriam ei factam et quicquid illi tulit dupliciter ut predictum est, et per singula illi componat, sicut solet de infra prouinciam aliquem componere. Si autem eum occiderit, ut liberum hominem de ipsa prouincia in duplo componat, et ipsa pecunia a memoratis sacerdotibus in sua detur elemosina. Quoniam Dominus ait, Peregrinum et aduenam non contristabis.

ID 16.287

<sup>1</sup> Cap. ccclxiii. Vt - inquietet CRWB; Ex libro v capitularium. Vt - inquietet S; Cp. ccclxiii V; Vt - inquietet. cap. ccclxiii ZTQA

<sup>2</sup> propter CRSBZTQABodl; pro H

<sup>3</sup> ss Q

<sup>4</sup> -uosus CRBZJ(partly in mg.)THQ; -iosus A

<sup>5</sup> assal- LRSBVZTQABodl; assil- C?XWH

<sup>6</sup> uendiderit add. A

<sup>7</sup> sing- CRBZTHQ; sig- A

<sup>8</sup> aut CRVZTHQA; uel B

<sup>9</sup> -otes CRWBZTA; -os HQ

<sup>10</sup> eiusdem CRWBZTHQ; eius de A

<sup>11</sup> corr. fr. od' poem X<sup>2</sup>

<sup>12</sup> de indigena CRBZTHQ; diindigerant A?

<sup>13</sup> illa CRSBZTA; illam HQBodl

<sup>14</sup> lx CRBZTQABodl; xl H

<sup>15</sup> sol' C<sup>2</sup>LR<sup>2</sup>SZTA; om. RX; solidos BH

## 212

*Cp. ccclxvi. De eo qui alicuius quadrupedi unum<sup>1</sup> oculum excusserit<sup>2</sup>*

Si quis alicuius caballo uel boui, uel cuilibet de quadrupedibus unum oculum excusserit, apprecietur illud pecus quod ualet, et partem terciam componat.

ID 16.288

<sup>1</sup> quadrupedi (-ede W, before corr.) unum RXSWBZTHQA; quadrupedis CL

<sup>2</sup> Cp. ccclxvi. De - exc. CRWB; De - exc. S; Cp. ccclxvi V; De - exc. cap. ccclxvi ZTHQA

## 213

*Cp. ccclxvii. De eo qui iussu regis uel ducis aliquem<sup>1</sup> occiderit<sup>2</sup>*

Si quis iussione regis uel ducis illius qui ipsam prouinciam regit hominem occiderit, non requiratur ei, nec propterea faidosus<sup>3</sup> sit, quia lex et iussio dominica occidit eum, et ipse non potuit contradicere. Princeps<sup>4</sup> uero<sup>5</sup> et successores eius defendant eum et

<sup>1</sup> aliquem CRBZTHQ; alium A

<sup>2</sup> Cp. ccclxvii. De - occ. CRWB; De - occ. S; Cp. ccclxvii V; De - occ. cap. ccclxvii (T mg. unclear, ccclxviii A) ZTHQA

<sup>3</sup> faidosus CRSWBJTHA; faidos Z

<sup>4</sup> corr. fr. -ipes A

<sup>5</sup> short erasure follows in Z

totam progeniem eius, ne ob hoc<sup>6</sup> pereat aut malum patiat. Quod si propterea ipse aut eius progenies aliquid mali passi fuerint aut<sup>7</sup> occisi, dupliciter componantur.  
ID 16.289

<sup>6</sup> ho A

<sup>7</sup> aut CRBZTHQ; ad A

## 214

*Cp. ccclxviii. De eo qui scripturam protulerit, ut ueritatem eius testibus probet<sup>1</sup>*  
Si quis scripturam profert<sup>2</sup>, ueritatem eius testibus probare debet. Quia in omnibus causis constitutum est ut scripturam prolator affirmet.  
ID 16.290

<sup>1</sup> Cp. ccclxviii. De - probet CRWB; De - probet S; Cp. ccclxxviii V; De - probet. cap. ccclxviii (ccclxviii A) ZTHQA

<sup>2</sup> profert CRBZTHQ; om. A

## 215

*De vi libro. cp. xxiii. De asino, boue, oue, omnique iumento amico ad custodiendum tradito<sup>1</sup>*

Si quis commendauerit amico asinum, bouem, ouem, [222ra] et omne iumentum ad custodiam<sup>2</sup>, et mortuum fuerit, aut debilitatum, uel captum ab hostibus, nullusque hoc uiderit, iusiurandum erit in medium quod non<sup>3</sup> extenderit manum in rem proximi sui, suscipiatque dominus iuramentum, et ille reddere non cogetur. Si furto sublatum fuerit, restituat dampnum domino suo. Si comestum a bestia, deferat ad eum<sup>4</sup> quod occisum est, et non restauretur. Qui a<sup>5</sup> proximo suo quicquam<sup>6</sup> horum mutuo postulauerit, et debilitatum aut mortuum fuerit, domino presente reddere compellatur. Quod si<sup>7</sup> in presentia<sup>8</sup> dominus non<sup>9</sup> fuerit, non restituatur, maxime si conductus uenerit<sup>10</sup> pro mercede operis sui.  
ID 16.291

<sup>1</sup> De vi (quinto B) - xxiii. (Vt add. W) De - trad. CRWB; De vi - xxiii V; De boue, asino, oue, omnique iumento ad custodiendum tradito amico S; De - trad. De vi (v A) - xxiii ZTHQA

<sup>2</sup> custodiam CRBZTHQ; custodiendam A

<sup>3</sup> ss Z

<sup>4</sup> ad eum CRBZTHQ; om. A

<sup>5</sup> Qui a CRB?ZTQA<sup>2</sup>Bodl; Quia H; Qui A

<sup>6</sup> quicquam CRBZTHQ; quicumque A

<sup>7</sup> om. Bodl

<sup>8</sup> presentia CRSWB; presentiarum ZTHQABodl

<sup>9</sup> non CRSWB; om. ZTHQABodl

<sup>10</sup> -en- ss S

## 216

*Cp. xxiiii. Qui seduxerit uirginem<sup>1</sup> desponsatam uel<sup>2</sup> dormierit cum ea<sup>3</sup>*  
